


EXCHANGE




EX LIBRIS









FRAGMENTA
ARISTOTELIS

COLLEGIT DISPOSUIT ILLUSTRAVIT

UNIV. OF
ÆMILIUS. HEITZ
AUSTRIANA

IN GYMNASIO ARGENTORATENSI LITT. ANT. PROFESSOR



PARISIIS

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT

INSTITUTI FRANGÆ TYPOGRAPHO, VIA JACOB, 56

NO VINDI
AMERICA

FRAGMENTA
ARISTOTELIS



PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.



FRAGMENTA
ARISTOTELIS

COLLEGIT DISPOSUIT ILLUSTRAVIT

ÆMILIUS HEITZ

IN GYMNASIO ARGENTORATENSIS LITÆ ANNO. PROFESSOR



PARISIIS

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT

INSTITUTI FRANCIE TYPOGRAPHO

VIA JACOB, 56

M DCCC LXIX

B405
1867

TO VNU
AMERICAN

EXCHANGE

PRÆFATIO.

Duodecimus jam agitur annus, quum vir clarissimus C. Bussemakerus qui hujus voluminis primæ parti præfatus est, fragmentorum quotquot e deperditis Aristotelis scriptis reperiri possent editorem sese promisit. Quominus autem statim manum inchoando operi admoveret, in causa fuit certamen literarium eo ipso tempore ab illustri Academia Berolinensi institutum. Etenim quæ quum egregia Aristotelis scriptorum editione parata optime de his studiis meruisset, illam quoque laudem sibi præripi noluit, ut quidquid sub philosophi nomine a græcis romanisque scriptoribus allatum esset, in unum quasi corpus collectum lucidoque ordine dispositum edi curaret. Neque spes quam ita excitabat optato effectu destituta est. Vix tamen in publicos usus emissa collectione Aristoteleorum fragmentorum, sub hoc titulo : *Aristoteles Pseudepigraphus edidit Val. Rose*, Lipsiæ, 1863, quam senatus Berolinensis præmio dignam judicaverat, quum, ineunte statim anno subsequenti, supremum diem obiit, præmatura morte abreptus, vir doctissimus qui hujus Aristoteleorum operum editionis absolvendæ curam susceperat. Hoc sane acerbo et insperato casu factum est, ut humanissimus *Bibliothecæ græcæ* conditor, Ambrosius Firminus Didot, vir mea laude superior, quem unicum græcarum literarum in Gallia sospitatore omnes norunt, ad me, quem in idem certamen de quo supra diximus, descendere ausum, non prorsus imparatum audiisset, provinciam Bussemakeri morte derelictam detulerit. Ad perficiendum vero munus, quod, fateor, non invitum mihi imponi passus sum, duo sunt quæ adhuc restabant : fragmentorum scilicet collectio, deinde index absolutissimus in omnia philosophi scripta. De hoc indice, mox edendo, ut spero, cujus longe maximam par-

a

tem, ingenti plane labore atque diligentia confectam in suis chartis reliquerat Bussemakerus, quædam suo loco præfabimur : nunc de ipsa fragmentorum editione dicemus, in quibus colligendis illustrandisve nullam plane operam posuerat vir doctissimus.

Reputantibus nobis sive auctoritatem ipsius Aristotelis sive permagnum fragmentorum numerum quæ e deperditis ejus libris apud varios scriptores dispersa leguntur, mirari profecto liceret, ante hanc nostram ætatem, non majorem curam ad ea colligenda atque explananda adhibitam esse, nisi omnibus satis notum esset, superstites quoque philosophi libros, per duorum fere sæculorum spatium, plus justo neglectos apud philologos jacuisse. Postquam enim primo post renatas literas sæculo, Aristotele plus quam semibarbaro scholasticorum expulso, veri et germani philosophi scripta sive græce sive in latinum jam sermonem conversa edi cœperunt, multi de his studiis egregie meruere, inter quos præcipue Theodorum Gazam, Bessarionem, Petrum Victorium memorasse sufficet. Mox tamen hic ardor deferbuit, neque ante hoc nostrum sæculum redintegrata est apud philologos librorum Aristoteleorum lectio. Inde factum est, ut, licet lætissimum proventum Aristotelicorum hæc nostra ætas attulerit (post Buhlium enim et G. Schneiderum Saxonem nominandi sunt Brandis, I. Bekker, Trendelenburg, Spengel, Bonitz, Thurot, Rassow, Vahlen, Torstrick), haud paucæ adhuc restent quæstiones de philosopho ejusque scriptis quæ nondum ad liquidum perductæ sint. Neque hoc mirum est, quum tot sint superstites Stagiritæ libri, qui manum emendatricem expectent, plerosque viros doctos, qui in his studiis castra, ut ita dicam, locaverunt, in illis edendis recensendisque occupatos, de deperditorum librorum reliquiis minus sollicitos fuisse. At si utilis est universa diligentia quæ in componendis et coordinandis deperditorum operum reliquiis versatur, nullum esse profecto in tota antiquitate scriptorem, ad cujus accuratam sinceramque notitiam magis referat, quam Aristotelem, affirmare minime dubito. Neque solum hic loquor de incredibili pæne voluminum numero quæ ab eo

conscripta esse comperimus, nec de argumentorum quæ tractavit mira varietate, sed quum scribendi genere atque forma ad normam Socraticorum atque Platonis accedente eum usum esse constet, quum præterea et quamdam sententiarum in deperditis libris expositarum differentiam deprehendere liceat, jam quasi alterum habebimus Aristotelem ab eo quem e superstitibus scriptis noscere licet diversum. Inde factum est ut multa male perverseque de Aristotele ejusque scriptis in vulgus prolata sint, ob deperditorum ejus scriptorum ignorantiam. Quod si præsertim fragmentorum quocumque ex iis servata sunt collectionem paulo locupletiolem ante oculos habuissent, qui Strabonis et Plutarchi fidem, in iis quæ de Aristotelis librorum post ejus mortem fortuna narrant, elevare aggressi sunt (1), lenius fortasse de hac re statuissent. De qua tamen re fusius disputare non hujus est loci, sed de illis potius videndum erit quorum cura in deperditos Aristotelis libros collata notabilior fuit.

Utilitatem de qua dixi perspiciendo, bene de Aristotele meruit gravissimus philosophi insectator, Franciscus Patricius. De hoc enim viro, in quem multi propter iniquissimum odium quo erga Aristotelem flagrabat, suo quodam jure invecti sunt, verissimum esse puto judicium Jordani ita dicentis in libro *Recherches sur les traductions latines d'Aristote*, p. 220, ed. alt. : « Esse Patricium inter præstantissimos sæculi XVI auctores et literariarum rerum historiæ et philosophiæ Aristotelicæ apprime gnarum, cujus Discussiones Peripateticæ eorum, qui post ipsum de Aristotele scripserunt, plerisque scribendi materiam suppeditassent. » Quod et de

(1) De veritate eorum quæ a Strabone l. XIII, p. 608, et Plutarcho in Vita Syllæ c. 26, narrata sunt, majorem partem scriptorum Aristotelis et Theophrasti ad Syllæ usque tempora delituisse, primus dubitavit auctor, quisquis ille fuit, libelli : *les Aménitez de la critique, ou Dissertations et Remarques nouvelles sur divers points de l'antiquité ecclésiastique et profane*, Paris, chez Florentin Delaulne, 1717; cf. *Journal des Savants*, année 1717, t. LXI, p. 655 s. Similem sententiam amplexi sunt Brandis, *Ueber die Schicksale der Aristotelischen Schriften*, in *Rhein. Mus.* t. I, p. 236 ss., 259 ss.; Stahr, *Aristotelia*, Halle, 1832, t. II, p. 511, multique alii.

ipso Casaubono valet, qui quum acerbis verbis operam quam in colligendis deperditorum philosophi librorum reliquiis collocaverat Patricius perstrinxisset (1), ultra eam haud progressus, illa tantummodo fragmenta suæ editioni subjunxit, quæ majore diligentia quam judicio in *Discussionibus Peripateticis* collecta erant. Horum fragmentorum farrago, quorum numerus LX non excedit, quum amplius DC hæc nostra collectio præbeat, in omnibus quæ secutæ sunt Aristotelis operum editionibus usque ad Duvallianam ultimam a. 1654 repetita est. Post duorum fere sæculorum intervallum primus quæstionem de Aristotelis libris deperditis redintegravit Buhlius, in dissertationibus : *de Aristotelis librorum qui vulgo in deperditis numerantur ad libros superstites rationibus*, inserta in *Commentatt. hist. et philos. Acad. Gotting.*, t. XV, et *de Distributione Aristotelis librorum in exotericos et acroamaticos ejusque rationibus et causis*, Gotting., 1786, repetita in Aristotelis operum editione a Buhlio inchoata, quibus plura tamen turbavit quam ad liquidum perduxit. Feliciori jam successu partem quæstionis illustravit Brandisius, e cujus indefesso labore tot postea bonæ frugis in Aristotelem redundavit, in dissertatione sua inaugurali : *De perditis Aristotelis libris de Ideis et de Bono sive Philosophia*, Bonnæ, a. 1823 edita. Historicorum deinde librorum fragmenta, post satis levem Neumanni curam, *Aristotelis Rerum publicarum reliquiæ*, Heidelb., 1829, cf. *Aristotelis de Republica Atheniensium*

(1) Ejus verba leguntur ad calcem fragmentorum in editione Aristotelis operum Lugduni apud G. Læmarium a. 1590, et sæpius expressa : « Hæc tibi, lector, librorum Aristotelis non exstantium fragmenta, pauca illa quidem de multis, quæ pridem studiose collecta et emendata habemus, placuit nunc *δσον γεύματος χάριν* exhibere, tantisper dum liceat per otium omnia simul in unum conducta, emendata et conversa a nobis in eorum gratiam qui his epulis delectantur, publici juris facere. Nam qui ante nos hanc provinciam susceperunt, ita negligenter et imperite (quod res ipsa *μόνον οὐχί φωνήν ἀπειρία* testatur) eam sustinuerunt, ut non minus reprehendendi videantur, quod negotio se immiscuerunt quod non intelligebant, quam laudandi, quod de literis bene mereri voluerint. Sed nos de illis et cum illis alias favente Deo Opt. Max. agemus, et egregias istas *Discussiones Peripateticas* accurate discutiemus. »

fragmenta coll. ill. Van Dijk, Ultraj., 1845; ita edidit C. Müllerus in *Historicorum græcorum fragmentis*, t. II, quæ hujus Bibliothecæ pars sunt, ut nihil fere aliis agendum reliquerit, præsertim post ea quæ supplevit Bournot, *Philologus*, t. IV, in his felicior, mea quidem sententia, quam in iis de quibus idem disputavit in dissertatione inscripta : *Platonica Aristotelis opuscula*, Putbus, 1853.

Hæc, si excipias leviora nonnulla et in transcurso quasi dicta, vel quæ silentio præterire præstat, sicuti quæ a Titzio infelicissime somniata sunt in libello : *De Aristotelis operum serie et distinctione*, Lipsiæ, 1826, omnia fere sunt quæ de Aristotelis deperditis libris a viris doctis disputata erant, antequam Rosii collectio edita esset. De qua quid sentiam alio loco significavi atque in hac ipsa editione sæpius dicam. Etsi cetera omnia satisficiant, doctrina summa, multiplex lectio, acumen ingenii, non solus sum qui doleam talem hunc virum, sæpius notissimi illius quod a Pindaro dictum est : Μὴ ὄλω τῷ θυλάκῳ immemorem fuisse, multo autem magis hac opinione sibi mentem imbuisse, quam vereor ut cuidam persuaserit, licet eam jam antea in libro *de Aristotelis librorum ordine et auctoritate*, Berol., 1854, summa pervicacia defenderit, scilicet quæcunque sub Aristotelis nomine servata sint fragmenta, ea ad unum omnia falsariis nescio quibus deberi. Quo fere tempore edita est Rosii collectio, quæstionem de Aristotelis dialogis egregie illustravit J. Bernays, *die Dialoge des Aristoteles, in ihrem Verhältniss zu seinen übrigen Werken*, Berlin, 1863. Hujus viri quantum sit acumen in enodandis difficillimis quæstionibus, quanta felicitas in indagandis et pervestigandis deperditorum librorum reliquæ, non opus est ut pluribus persequar satisque ostendunt cetera quæ de Aristotele conscripsit sive in *Rhein. Museum n. F.*, t. VIII, p. 561 : *Ergänzung zu Aristoteles' Poetik*, sive in dissertatione : *Grundzüge der verlorenen Abhandlung des Aristoteles über Wirkung der Tragödie*, Breslau, 1857.

Sed de aliis satis jam dicta sunt : nunc quamnam ipsi in eden-

dis Aristotelis fragmentis secuti simus, breviter exponenda est ratio.

Inter omnes qui in tota antiquitate fecunditatis laude floruerunt scriptores, non ultimum certe locum obtinet Aristoteles. Numerus librorum quos conscripsisse dicitur, varie indicatus est. Quum enim Diogenes Laertius, V, 34 : (Συγγράμματα) τὸν ἀριθμὸν ἐγγὺς ἦκει τῶν τετρακοσίων, τὰ ὅσα γε ἀναμφίλεκτα· πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται συγγράμματ' αὐτοῦ καὶ ἀποφθέγματα, ἀγράφου φωνῆς εὐστοχίματα et Auctor anonymus Vitæ a Menagio primum editæ, ad calcem Diogenis Laertii, ed. Didot, p. 13, 7 : Συνέγραψε βιβλία ἐγγὺς υ', de hac re consentiunt, longe aliter se habent, quæ apud veterem quemdam philosophi interpretem leguntur, qui etsi ipse Græcus non fuit, tamen sua pleraque græcis fontibus debet. Ita igitur David in Aristot. Categ., p. 22, A, 11, Brandis : Τῶν Ἀριστοτελικῶν συγγραμμάτων πολλῶν ὄντων, χιλίων τὸν ἀριθμὸν, ὡς φασὶ Πτολεμαῖος ὁ Φιλάделφος, ἀναγραφὴν αὐτῶν ποιησάμενος καὶ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τὴν διάθεσιν et rursus ib., p. 24, A, 19 : Τῶν Ἀριστοτελικῶν συγγραμμάτων χιλίων ὄντων τὸν ἀριθμὸν, ὡς Ἀνδρόνικος παραδίδωσιν. Ptolemæum qui Philadelphus cognominatus est, de cujus incauto ardore quo Aristotelis Theophrastique libros coemerat nota sunt quæ cum apud Galenum in Comment. II de Natura hum., p. 128, tum apud Ammonium Comm. in Categor., p. 28, A, 43, Brand., Davidem ib. 14, Simplicium p. 2, E narrantur, de Aristotelis vita et scriptis commentarios reliquisse, omnes ignorant, nisi quod talis liber a Dschemaluddino (cf. Wenrich, *de Auctorum græcorum versionibus et commentariis syriacis, arabicis, armeniaticis, persicisque*, Lipsiæ, 1842, p. 237, et Casiri, *Bibliotheca arabico-hispanica*, t. I, p. 304) et auctore Vitæ Marcianæ Aristotelis, p. 8, ed. Robbe, Lugd. Batav., 1861, Ptolemæo cuidam, nullò tamen adscripto cognomine, tribuitur. Ptolemæum igitur Ægypti regem male huc delatum arbitror. Quod vero ad Andronicum attinet, si, ut puto, maximam partem vera sunt quæ de ejus curis in Aristotelis librorum editione collatis apud Strabonem et Plutarchum narrantur, nihil sane est quod miremur, numerum librorum phi-

losophii, ejus testimonio multo ampliozem indicari, quam qualis apud Hermippum cujus auctoritate nititur index qui est apud Diogenem Laertium et Anonymum, indicatus erat. Quod tamen haud ita dictum velim, ac si hunc ipsum numerum mille voluminum pro vero atque sincero accipiendum esse censeam. Quot libri reuera ab Aristotele conscripti sint ignorare me facile patior, dummodo hoc unum concedatur in indice Diogenis Laertii et Anonymi, cujus librorum summa proxime ad numerum quem ipsi indicant accedit, quadringentorum scilicet voluminum, nequaquam omnia philosophi scripta contineri.

Alia est quæstio cum hac artissime conjuncta nec minus impedita. Quis enim speret se satis perspicacem fore, ut germana et supposititia Aristotelis scripta, qualia jam in antiquitate multa fuisse pro certo habeo, discernere valeat : nisi si quis fortasse ariolando gaudeat, aut, desperando rem aliter decerni posse, in extremam quamdam sententiam abeat, omnia sive falsa, sive vera et genuina reputans? Neque solum loquor de libris quorum nudos tantummodo titulos in indicibus positos habemus, sed etiam quum de iis scriptis philosophi agitur quæ et aliunde nobis innotuerunt non minus iniqua est nostra conditio. Etenim ad unum fere omnes qui deperditum quemdam Aristotelis librum laudant, nihil de ejus argumento ambituve addunt, neque indicare præterea curant quoniam jure philosopho adscriptus sit. Hanc igitur quæstionem plerumque ne attingendam quidem putavi. Quidquid sub Aristotelis nomine ex antiquitate servatum est, sub unæ eodemque titulo ejus fragmentorum complecti maluimus, segregatis tantummodo nonnullis quæ quin errore sive etiam aperta fraude Aristoteli supposita sint neminem dubitaturum fore spero.

Duo vero sunt genera scriptorum quæ sub Aristotelis nomine circumferuntur de quibus nihil hîc curavimus. Quum enim per magnam partem temporis quod medium ævum appellari solet, Stagiritæ nomen quasi ipsam scientiam repræsentaret, factum est ut eo mirum in modum abuterentur non solum Arabes, sed et doc-

tores scholastici. Nec jocosissimus in hoc genere poeta nostras comicus est apud quem nescio quis Aristotelem in capite de pileis laudans inducitur. Vix minus ridiculi sunt tractatum tituli quales in bibliothecis adhuc reperiuntur Aristotelis nomen eminentes : *de Arte notaria, de Conductibus aquarum, de Ciromantia* (cf. Rose, *Arist. Pseudepigr.*, p. 606), ut alia sive astrologica sive alchymica, quæ vocantur, taceam. Talia nosse eorum refert qui in historiam scholasticorum inquirunt, cum germano vero Aristotele nihil commune habent. Nec magis conferunt ad accuratiorem philosophi notitiam quæcunque ex arabicis plerumque fontibus derivata, sive in antiquioribus quibusdam editionibus typis expressa sunt, sive in codicibus exstare dicuntur. Ex quo genere quæ notissima sunt breviter hic recensebo.

Opus quod inscribitur : *Aristotelis libri XIV de secretiore parte divinæ sapientiæ secundum Ægyptios*, additis præterea his verbis : *qui illius metaphysica vere continent, cum Platonica magna ex parte convenientia*, ultimum editum est a Jacobo Carpentario, infensissimo Petri Rami adversario, Lutetiæ Parisiorum, a. 1571, et ex ejus editione repetitum legitur in editionibus Casaubonianis et Duvallianis. Nullius tamen pretii hanc Carpentarii editionem esse ex ipsius confessione apparet. Infelici enim studio abreptus sermonem latinum paulo tolerabiliorem reddendi, idem illud commisit quod in vetere versione libri secundi OEconomicorum a Leonardo Aretino factum erat (cf. infra, p. 152), idque quum neque exemplar arabicum possideret, neque ipsius linguæ cognitione instructus esset. Itaque si quis in hos libros accuratius inquirere cupiat, nisi arabice exstent, recurrendum ei erit ad primam eorum editionem quam Petrus Nicolaus Faventinus quidam curavit Romæ a. 1519 hoc titulo : *Aristotelis theologia s. mistica philosophica secundum Ægyptios noviter reperta et in latinum redacta*. Præfatus est huic editioni in epistola ad Leonem X Franciscus Roseus Ravennas, qui narrat se quum Damasci habitaret, in hos libros incidisse quos Abanema Saracenus in arabicam linguam transtulisse diceretur. A

se vero rogatum Mosem Rovani, medicum quemdam Cyprium linguæ arabicæ peritissimum eos in latinum sermonem transtulisse. Quæ vero versio quum stylo juxta arabicum indigesto ac ob imperitiam latinitatis et dictionem incompositam illiterato conscripta esset, eos latinitate donatos esse ab editore. Quid in his veri quid falsi insit dijudicare nequeo. Rem sicuti narratur, ita habere se posse, simile exemplum librorum de Plantis demonstrat. Fac autem omnia vera esse, fœtum hominis christiani e sexto septimove post Chr. n. sæculo habebis, pro opere falsarii ex initio sexti decimi, quæ M. Lutheri fuisse videtur sententia, ita in Epistola d. 7 Dec. 1519 scribentis : *Attulit D. Johannes Hesus ex Italia Theologiam Aristotelis mysticam, nuper in Syria, ut scribunt, repertam, hoc est per scyphantum aliquem somniatam, ut ego sentio.* De Palæphato horum librorum auctore cogitare, quem Suidas Θεολογίαν Αἰγυπτιακὴν scripsisse testatur, sicuti Patricius in *Discussionibus Peripateticis*, fol. 17, recto, ed. Venet., 1571, suspicatus est, nulla est satis idonea causa, multæ autem quæ vetant. Ceterum idem Patricius quum l. l. hos libros Aristoteli abjudicasset, sibi ipsi inconstans, eos e versione Petri Nicolai, hoc titulo : *Mystica Ægyptiorum et Chaldæorum a Platone voce tradita, ab Aristotele excepta et conscripta Philosophia*, recudi curavit in opere inscripto *de Universis Philosophia*, Ferrariæ, 1591, et Venetiis, 1593.

Liber *de Proprietatibus Elementorum* sive *de Causis Proprietatum Elementorum* inscriptus, nunquam quod sciam seorsim typis excusus est : legitur vero in latinis Aristotelis editionibus, Venetis, a. 1496, t. II, a. 1551 et 1562, t. VI. Ex arabico translatum fuisse, satis ostendunt specimina quæ attulit Jourdain, *Recherches sur les traductions d'Aristote*, ed. sec., p. 182 et 444.

De auctore et de variis inscriptionibus libri *de Causis*, qui sub hoc titulo in iisdem editionibus legitur, egregie disputavit Jourdain l. l., p. 183 ss. cf. p. 445. Ex arabico sermone translatum esse testatur D. Thomas, qui in eum commentatus est. Eo, ut et hoc addam, quasi veri Aristotelis scripto, usus est F. Magnanus Bono-

niensis in *Synopsi effatorum Aristotelis*, Bononiæ, 1668, p. 274 et 288. Ex arabico item fonte fluxit liber *Secretum secretorum Aristotelis ad Alexandram M., de regum regimine, de sanitatis conservatione, de physiognomonia*, sub quo titulo editus est ab Alexandro Achillino medico, in *Opere septisegmentato*, Bononiæ, 1501 et 1516. Ejus codices duos arabicos in Bibliotheca Parisiensi exstantes memorat Jourdain l. l. p. 186, multæque versiones latinæ sive totius operis sive etiam singularum ejus partium propriis titulis inscriptarum (cf. Jourdain, l. l., p. 117), tertio et præsertim quatuordecimo sæculo scriptæ in bibliothecis asservantur. Nec minus in alias linguas translatum esse constat. Cf. Rose, *de Aristotelis librorum ordine et auctoritate*, p. 183, sq.

Accedunt et alia quædam non majoris auctoritatis scripta, liber *de Pomo* inscriptus, qui legitur hebraice Rivæ Tridenti, 1562, impressus, latine vero in ed. Veneta a. 1496, t. II (cf. Erasmi præfat. in Aristot. ed. Basileens. a. 1531), *de Perfecto Magisterio et de practica lapidis philosophici ad Alexandrum*, in *Theatro chemico*, Argentor. 1659, t. III, p. 76, et V, p. 787. De his vero cunctis non minus quam de libro *de Lapidibus* quem frequentissime laudat Vincentius Bellovacensis in Speculo suo naturali aliisque nonnullis, fusius disputet qui de Aristotele vere pseudepigrapho quæstionem tractare voluerit.

At si, ut confido, tale hoc scriptorum genus nemo facile desiderabit, in hac editione, quæ est prima totius Aristotelis, omitenda non erant quæcunque apud ipsum Aristotelem ad deperdita ejus scripta referri possunt testimonia, licet maximam partem talia sint, ut ex iis satis certo dijudicari nequeat, utrum libros quos designare videtur philosophus revera conscripserit an solum conscribere in animo habuerit. Jure profecto mirari licet, nec hoc Brandisium v. cl. in suo libro *Geschichte der gr. röm. Philosophie*, t. II, 2, p. 97, fugit, Aristotelem in superstitionibus suis libris tam raro eorum mentionem injecisse qui nunc inter deperditos numerandi sunt. In hujus rei causas accuratius inquirere operæ fortasse

pretium erit; nullo tamen modo concedam, hoc Aristotelis silentio illorum librorum auctoritatem infirmari et infringi.

Vides quam multæ quamque graves sint quæstiones quas in hac præfatione vix ac ne vix quidem attingere potuimus. Quod si sperandum est, nos unquam plura et præsertim certiora sive de Aristoteleorum librorum in antiquitate fortuna habituros, sive etiam de ipsis initiis a quibus profectus doctrinam suam admirandam extruxerit philosophus, ad hoc quin maximi momenti futura sint in ea quæcunque ad deperdita ejus scripta pertineant accuratius quam hucusque factum est inquirere, equidem minime dubito.

Scribebam Argentorati, Idibus Novembribus, anni MDCCCLXVIII.

CONSPECTUS LIBRORUM

E QUIBUS

FRAGMENTA SERVATA SUNT.

I. DIALOGI, p. 15-68.

1. Περὶ Δικαιοσύνης, p. 19.
2. Περὶ Ποιητῶν, p. 23.
3. Περὶ Φιλοσοφίας, p. 30.
4. Πολιτικός, p. 41.
5. Περὶ Ῥητορικῆς ἢ Γρύλλος, p. 41.
6. Νήρινθος, p. 42.
7. Σοφιστής, p. 42.
8. Ἐρωτικός, p. 43.
9. Συμπόσιον, p. 44.
10. Περὶ Πλούτου, p. 45.
11. Προτρεπτικός, p. 46.
12. Εὐδήμος ἢ περὶ Ψυχῆς, p. 47.
13. Περὶ Εὐχῆς, p. 55.
14. Περὶ Εὐγενείας, p. 55.
15. Περὶ Ἠδονῆς, p. 58.
16. Περὶ Βασιλείας, p. 59.
17. Ἀλέξανδρος ἢ ὑπὲρ Ἀποικίων, p. 61.
18. Περὶ Παιδείας, p. 61.
19. Οἰκονομικός, p. 63.
20. Περὶ Μέθης, p. 64.
21. Μαγικός, p. 66.

II. DE PHILOSOPHORUM DOCTRINIS,
p. 68.

1. Περὶ Πυθαγορείων, p. 68.
2. Περὶ τῆς Ἀρχυτείου φιλοσοφίας, p. 77.

3. Περὶ Δημοκρίτου, p. 77.
4. Τὰ ἐκ τῆς Πολιτείας Πλάτωνος, p. 79.
5. Τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου Πλάτωνος, p. 79.
6. Περὶ τ' Ἄγαθοῦ, p. 79.
7. Περὶ Ἰδίων, p. 86.
8. Διαιρέσεις Πλάτωνος, p. 91.

III. SCRIPTA LOGICA, p. 113.

1. Κατηγορίαι, Ἀναλυτικά, p. 114.
2. Περὶ Προβλημάτων, p. 115.
3. Τὰ παρὰ τὴν Λέξιν, p. 116.
4. Μεθοδικά, p. 116.
5. Διαιρέσεις, p. 118.
6. Περὶ Ἀντικειμένων, p. 119.

IV. SCRIPTA RHETORICA ET ROETICA,
p. 122.

1. Τεχνῶν συναγωγή, p. 122.
2. Τεχνῆς τῆς Θεοδέκτου συναγωγή, p. 124.
3. Περὶ Συμβαουλίας, p. 126.
4. Περὶ Ποιητικῆς, p. 127.
5. Ἀπορήματα ἑμμηρικά, p. 129.

V. SCRIPTA ETHICA, p. 151.

1. Περὶ Παθῶν ὀργῆς, p. 151.
2. Περὶ Συμβιώσεως ἀνδρῶς καὶ γυναικός,
p. 153.

VI. SCRIPTA PHYSICA, p. 156.

1. Περὶ Στοιχείων, p. 156.
2. Περὶ Μίξεως, p. 157.
3. Περὶ τοῦ Ποιεῖν καὶ Πάσχειν, p. 157.
4. Περὶ Σημείων, p. 157.
5. Ἀστρονομικόν, p. 160.
6. Περὶ Μετάλλων, p. 161.
7. Περὶ Φωτῶν, p. 162.
8. Γεωργικά, p. 165.
9. Περὶ Τροφῆς, p. 167.
10. Περὶ Νόσου καὶ Ὑγίαιας, p. 168.
11. Ἀνατομαί, p. 169.
12. Ἐκλογή ἀνατομῶν, p. 171.
13. Ζωικά, p. 171.
14. Ἐξ ἀδήλων περὶ Ζώων βιβλίων, p. 185.
15. Περὶ Θηρίων, p. 188.
16. Περὶ Φύσεως ἀνθρώπου, p. 189.
17. Φυσιολογικὰ, p. 191.

VII. PROBLEMATΑ, p. 194.

1. Προβλήματα φυσικά, p. 194.
2. Περὶ τῆς τοῦ Νεῖλου ἀναβάσεως, p. 211.
3. Περὶ τῆς Λίθου, p. 215.
4. Ὀπτικά, p. 215.
5. Ἱατρικά, p. 216.

VIII. SCRIPTA HISTORICA, p. 218.

1. Πολιτεῖαι, p. 219.
 - Ἀθηναίων, p. 224.
 - Λιβυνητῶν, p. 251.
 - Αἰτωλῶν, p. 251.
 - Ἀκαρνανῶν, p. 251.
 - Ἀκραγαντινῶν, p. 252.
 - Ἀμβρακικῶν, p. 252.
 - (Ἄντανδρίων), p. 253.
 - Ἀργείων, p. 253.
 - Ἀρκάδων κοινῆ, p. 253.
 - Ἀχαιῶν, p. 254.

- Βοττιαίων, p. 254.
- Γελώων, p. 254.
- Δελφῶν, p. 255.
- Δηλίων, p. 255.
- (Ἐπιδυρίων), p. 256.
- (Ἐρμιονέων), p. 256.
- Ἡλείων, p. 257.
- Ἡπειρωτῶν, p. 257.
- Θετταλῶν, p. 257.
- Θηβαίων, p. 259.
- Ἰασίων, p. 260.
- Ἰθακησίων, p. 261.
- Ἰμεραίων, p. 263.
- Καίων, p. 263.
- Κερκυραίων, p. 263.
- Κιανῶν, p. 264.
- Κολοφωνίων, p. 264.
- (Κορινθίων), p. 264.
- Κρητῶν, p. 265.
- (Κροτωνιατῶν), p. 266.
- (Κυθρίων), p. 266.
- Κυθνίων, p. 266.
- Κυμαίων, p. 266.
- Κυπρίων, p. 267.
- Κυρηναίων, p. 267.
- Λακεδαιμονίων, p. 268.
- (Λεσβίων), p. 273.
- Λευκαδίων, p. 274.
- Λακρῶν, p. 274.
- (Λυδῶν), p. 275.
- Λυκίων, p. 275.
- Μασσαλιωτῶν, p. 276.
- Μεγαρίων, p. 276.
- Μεθωναίων, p. 276.
- Μηλείων, p. 277.
- (Μηλίων), p. 277.
- (Μίλησιων), p. 277.
- Ναξίων, p. 278.
- Ὀπουντίων, p. 279.
- Ὀρχομενίων, p. 281.
- Παρίων, p. 283.
- Πελληνίων, p. 283.

- (Ῥηγίνων), p. 283.
 (Ῥοδίων), p. 283.
 Σαμίων, p. 284.
 Σαμοθράκιων, p. 287.
 Σικυωνίων, p. 288.
 (Σινοπέων), p. 288.
 Συδαρίτων, p. 288.
 Συρακουσίων, p. 289.
 Ταραντίνων, p. 290.
 Τεγεατῶν, p. 291.
 Τενεδίων, p. 291.
 Τηνίων, p. 292.
 Τροιζηνίων, p. 293.
 Φωκίων, p. 294.
 Χαλκηδονίων, p. 294.
 Χαλκιδέων, p. 294.
 Ὠρωπίων, p. 295.
 Ἐξ ἀδήλων Πολιτείων, p. 296.
2. Νόμιμα βάρβαρικά, p. 297.
 3. Νόμιμα Τυρρηγῶν, p. 298.
 4. Δικαιώματα, p. 299.
 5. Πυθιονικαί, p. 299.
 6. Διδασκαλίαι, p. 302.
 7. Νόμοι συσσιτικοί, p. 307.
 8. Ὑπομνήματα ἱστορικά, p. 307.
 9. Πέπλος, p. 309.
- IX. ORATIONES ET EPISTOLÆ, p. 319.
1. Ἐγκώμιον Ἀλεξάνδρου, p. 319.
 2. Ἐγκώμιον Πλάτωνος, p. 319.

3. Ἀπολογία ἐπιθείας πρὸς Εὐρυμέδοντα, p. 320.
4. Ἐπιστολαί, p. 321.
 πρὸς Φίλιππον, p. 323.
 πρὸς Ἀλέξανδρον, p. 324.
 πρὸς Ἀντίπατρον, p. 326.
 ἔξ ἀδήλων Ἐπιστολῶν, p. 328.
 Διαθηκαί, p. 331.

X. CARMINA, p. 333.

1. Ἰαμβοί, p. 333.
2. Ἐπη, p. 334.
3. Ἐλεγεία, p. 334.

XI. FRAGMENTA INCERTÆ SEDIS, p. 335.

1. Χρεΐται, p. 335.
2. Διατριβαί, p. 337.
3. Γνωμαί, p. 337.
4. Ἀποφθέγματα, p. 341.

XII. FRAGMENTA DUBIA, p. 345.

1. Τελευταί, p. 347.
2. Θεογονία, p. 348.
3. Θεολογούμενα, p. 348.
4. Περὶ Ποταμῶν, p. 349.
5. Περὶ Ἀνέμων, p. 350.

XIII. FRAGMENTA SPURIA, p. 350.

ADDENDA.

Quum maxima pars hujus collectionis fragmentorum typis jam expressa esset, allatus est nobis liber : *Mélanges de littérature grecque*, Paris, 1868, editus ab E. Millero, cujus viri felici industriæ tam multa jam debent literarum græcarum studiosi, et plura, ut spero, mox debituri sunt. Fragmenta duo ex Aristotelis Rebuspublicis Delphensium et Methonæorum quarum prior adhuc ignota erat, e Collectionibus Proverbiorum a Millero editis petita, suis locis inserere potuimus. Alia vero nonnulla quæ ad Aristotelem illustrandum conferunt hic adscribemus, additis præterea nonnullis quæ aliunde nobis innotuerunt.

Dial. de Justitia fr. 1, p. 20, hæc addenda sunt e Σουητίνου Τρογκύλου περι Βλασφημιῶν, καὶ πόθεν ἐκάστη, l. l. p. 416 Miller, qui ipsa jam verba Aristotelis præbere videtur : Εὐρύβατος · ὁ πανοῦργος, καὶ Εὐρυβάτης ὁ ζυτός. Ἦν δὲ Ἐρέσιος ὑποχείριος Κροίσου, ὃς αὐτομολήσας ὡς Κύρον, καὶ προδοῦς τὰ τοῦ Κροίσου ἀπόρρητα, αἷτιος ἐγεγονέει τῆς πορθήσεως τῶν Σάρδεων. Ἀριστοτέλης δ' ἐν πρώτῳ περι Δικαιοσύνης κλέπτειν αὐτὸν γεγονέαι φησίν, ἀλόντα καὶ δεθέντα, καὶ δεῖξαι προτραπέντα παρὰ τῶν φυλάκων, ὅπως διὰ τῶν τοίχων ἀνίων εἰς τὰς οἰκίας παρέρχοιτο · λυθεὶς οὖν ἐγκεντρίδας ὑποδησάμενος καὶ τοῦς σπόγγους λαβῶν, ἀνέβη τε βῆσται καὶ τὸν ὄροφον ἐξελεθῶν φυγὰς ὤχετο.

Athen. Respubl. 41 (410), p. 235. Multo plura quam apud Harpocrationem et Suidam leguntur præbet Etymologici Magni codex Florentinus (Marc. 304) a Millero collatus l. l. p. 103 : Εἰς ἐμφανῶν κατὰστασιν καὶ ἐξ ἀφανῶν καταστάσεως · ὄνομα δίκης ἐστὶν ἣν ἐποιοῦντο τινὲς ἀπολέσαντές τι τῶν ἰδίων καὶ γνωρίσαντες · ἐνάγκαζον δὲ διὰ τῆς δίκης τὸν ἔχοντα ἐμφανῆ καταστῆσαι τὰ σῦλα καὶ παρὰ τίνος ὠνήσαντο ταῦτα, καὶ εἰ μὲν τὸν πωλήσαντα πατέρα (φανερὰ conj. Mill.) ἐδείκνυεν, ὁ ἀγὼν πρὸς ἐκείνον ἐγένετο · εἰ δὲ μὴ πρὸς αὐτὸν τὸν ἔχοντα ἀπαφέροντο καὶ πρὸς τὸν ἄρχοντα (ἐλαγχάνοντο fort. inser. Miller.) αἱ γραφαὶ καὶ τῆς ἐξ ἀφανῶν καταστάσεως · ἐκλήθη δὲ οὕτως ἡ δίκη διότι ὑπὲρ τοῦ ἐμφανίσει τὰ σῦλα καὶ τὸν πωλήσαντα ἐγένετο. In his pro patéra, aperte πρατῆρα corrigendum est, ita ut πωλήσαντα male e glossa additum sit. Cf. *Lexic. rhetor.* p. 246, 4 Bekker, ubi hoc ipso lemmate : εἰ μὲν πρατῆρα ἐπεδείκνυεν, scriptum est.

Corcyr. Resp. 135 (505), p. 264, add. Proverb. Collect. III, ap. Millerum, p. 377, ἰδ', ubi legitur : ὡς καὶ Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ ἐν τῇ Κερκυραίων Πολιτείᾳ.

Lacedæmon. Resp. fr. 160 (530), p. 270 : Schol. Aristoph. Thesmoph. 600 ad verba : Κρυπτός · ἐγκυβήμενος : ἀντὶ τοῦ κευρυμμένου. Καλοῦνται μὲν γὰρ καὶ κρύπται

(κρυπτεία Bernhardy) παρὰ Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ καὶ παρ' Εὐριπίδῃ καὶ ἐν ταῖς τῶν Λακκεδαίμονίων πολιτείαις. Καὶ ἐν Θάσῳ ἀρχὴ τις κρύπτεται (κρυπτεται Bernh.), ubi hæc annotat Nauckius : « Euripidis mentio jam Dindorfio (cf. Poet. Scen. fr. Eurip. 1111) suspecta fuit; fortasse legendum καὶ παρ' Ἀριστοτέλει ἐν ταῖς τῶν Λακεδ. Πολ. »

Fragmentum anonymum in Etymol. M. p. 426, 17 : Πρὸ τοῦ Δία κτήσασθαι τὴν Ὀλυμπίαν παρὰ τῆς γῆς, αὐτὴν παρειλήφεσαν Ἥλιός τε καὶ Κρόνος. Γνώρισμα δὲ τοῦ κτήματος κοινός ἐστι βῶμος ἀμφοῖν αὐτοῖν ἐν Ὀλυμπίᾳ. Σύμβολον δὲ καὶ τότε τοῦ μὲν, ὁ Κρόνος λόφος καλούμενος, τοῦ δὲ Ἥλις μέχρι τοῦ νῦν καλουμένη ἐπώνυμον τοῦ θεοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ Λυγείας τῆς χώρας ἐβασίλευσε, μοίρας οὖσης Ἥλιου, καὶ αὐτῶ ὄν, in cuius sine ἐν τῷ περὶ Ὀλυμπιονικῶν legitur in codice Florentino (qui præterea varias lectiones præbet πρὶν τὸν Δία, ἐπώνυμα τῶν θεῶν, Ἥλιου, Ἥλιου καὶ αὐτὸς ὄν), quod Aristotelis esse suspicatur Millerus l. l. p. 154, vix huic tribuerim quippe cuius liber Ὀλυμπιονικῶν inscriptus nude seriem victorum præbuisse videtur.

Lectorem præterea monitum volo factum esse in sequentibus, ut bis idem fragmentum duobus locis positum reperiatur. Quæ enim habet Julianus Orat. VII, p. 412 Petav. imprudenti mihi accidit ut jam dialogo de Philosophia adscripta (fr. 49 d), iterum Epistolis tribuerem (fr. 642). Idem error commissus est in Plinii loco Hist. Nat. II, 101, qui simul in Problematis physicis (fr. 350) et in iis quæ medicinam spectant (fr. 365) conspicitur.



DE INDICIBUS LIBRORUM ARISTOTELIS

EORUMQUE AUCTORITATE

Quum tria sint omnino testimoniorum genera, e quibus deperditorum Aristotelis scriptorum notitiam haurire liceat, quæ de his apud ipsum philosophum leguntur, tabulæ deinde librorum qui in antiquitate sub Aristotelis nomine perferbantur, postremo varia u deperditis libris ejus fragmenta, per occasionem ab antiquis scriptoribus allata, quæstionem a tabulis incipiendam duximus, quas primum integras apponemus, de singularum ætate, rationibus, auctoritate, quam brevissime disputaturi.

Inter hosce vero indices ut antiquissimum, ita et longe præstantissimum eum esse quem Diogenes Laertius in vita philosophi exscripsit, neminem fugere poterit. Causam ob quam hunc integrum apposuerit, illis tantum omissis libris de quibus ambigeretur (cf. V, 34 : Δῆλον ἐκ τῶν προγεγραμμένων συγγραμμάτων, ἃ τὸν ἀριθμὸν ἐγγύς ἔχει τῶν τετρακοσίων, τὰ ὅσα γε ἀναμφίλεκτα), ipse hisce declaravit verbis V, 21 : Συνέγραψε δὲ (ὁ Ἀριστοτέλης) πάνμπλειστα βιβλία, ἅπερ ἀκόλουθον ἡγήσασθαι ἐπογράφαι διὰ τὴν περὶ πάντας λόγους τάνδρος ἀρετήν. Sed si dignus est, qui ob talem curam jure laudetur Diogenes, melius etiam de nobis meriturus fuisset, si singula librorum genera, quod alias facere consuevit, inter se distinxisset. Quod tamen quum a primo conditore hujus tabulæ factum esse, satis manifesta demonstrent iudicia, ordinem quem ille in recensendis singulorum librorum titulis observaverit, quoad conjiciendo licet, indicare conati sumus, eadem usi distributione quam plane similes apud Diogenem Laertium (cf. V, 80, 86) indices præbent. Numeri

deinde singulis titulis appositi eorum seriem in altero, qui Anonymi vocatur, indice declarant ut facilius inde perspiciatur quid utrique peculiare sit. Asterisco autem ita usi sumus, ut semel additus illos designaret titulus, quorum mentio alibi quoque occurrit, repetitus vero, qui ad superstites philosophi libros pertinere videntur; inter cancellos vero positus asteriscus (*) tales indicat libros, e quibus etsi non nominantur, fragmenta tamen fortasse servata sunt. Duplicem denique cancellis inclusum (**) illis apposivimus titulis, de quibus minus certum est, an ad superstites libros referri debeant.

In scribendis Diogenis Laertii verbis secuti sumus recensionem, quam post Cobetum, ex antiquissimorum codd. Laur., Marc., aliorumque recentiorum collatione instituit Rosius. Cf. ejus *Aristoteles Pseudepigraphus*. Lips. 1863, p. 11.

(ΔΙΑΛΟΓΟΙ ΚΑΙ ΠΑΡΑΙΝΗΣΕΙΣ.)

- * Περὶ Δικαιοσύνης, α', β', γ', δ'. (1)
- * Περὶ Ποιητῶν, α', β', γ'. (2)
- * Περὶ Φιλοσοφίας, α', β', γ'. (3)
- (*) Πολιτικοῦ α', β'. (4)
- 5 Περὶ Ῥητορικῆς ἢ Γρύλλος, α'. (5)
- (*) Νήρινθος, α'. (6)
- * Σοφιστής, α'. (8)
- Μενέξενος, α'. (10)
- * Ἐρωτικὸς, α'. (12)
- 10 * Συμπόσιον, α'.
- (*) Περὶ Πλούτου, α'. (7)
- * Προτρεπτικὸς, α'. (14)

(DIALOGI ET EXHORTATIONES.)

- De Justitia, I, II, III, IV.
- De Poetis, I, II, III.
- De Philosophia, I, II, III.
- Politici I, II.
- 5 De Rhetorica sive Gryllus, I.

ARISTOTELIS. VOL. IV.

- Nerinthus, I.
- Sophista, I.
- Menexenus, I.
- Amatorius, I.
- 10 Convivium, I.
- De Divitiis, I.
- Cohortatorius, I.

- * Περὶ Ψυχῆς, α'. (13)
 * Περὶ Εὐχῆς, α'. (9)
 15 * Περὶ Εὐγενείας, α'. (11)
 Περὶ Ἡδονῆς, α'. (15)
 * Ἀλέξανδρος ἢ ὑπὲρ Ἀποίκων, α'. (14)
 * Περὶ Βασιλείας, α'. (16)
 * Περὶ Παιδείας, α'. (18)
-(ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΑ.)

 20 * Περὶ τ' Ἀγαθοῦ, α', β', γ'. (20)
 Τὰ ἐκ τῶν Νόμων Πλάτωνος, α', β', γ'. (22)
 * Τὰ ἐκ τῆς Πολιτείας, α', β'.
 (*) Οἰκονομικὸς, α'. (17)
 Περὶ Φιλίας, α'. (21)
 25 (*) Περὶ τοῦ Πάσχειν ἢ Πεπονθέναι α'.
 Περὶ Ἐπιστημῶν, α'. (25)
 Περὶ Ἐριστικῶν, α', β'.
 Λύσεις ἐριστικαί, δ'. (27)
 Διαιρέσεις σοφιστικαί, δ'. (29)
 30 Περὶ Ἐναντίων, α'. (30)
 Περὶ Εἰδῶν καὶ Γενῶν, α'. (31)
 Περὶ Ἰδίων, α'.
 Ὑπομνήματα ἐπιχειρηματικά, γ'. (31)
 Προτάσεις περὶ ἀρετῆς, α', β', γ'. (32)
 35 Ἐνστάσεις, α'. (31)

- Περὶ τῶν Ποσαχῶς λεγομένων ἢ κατὰ πρόθεσιν,
 α'. (25)
 (*) Περὶ Παθῶν ὀργῆς, α'. (28)
 (**) Ἠθικῶν α', β', γ', δ', ε'. (27)
 (*) Περὶ Στοιχείων, α', β', γ'. (33)
 40 Περὶ Ἐπιστήμης, α'.
 Περὶ Ἀρχῆς, α'.
 Διαιρέσεις, ιζ'.
 Διαιρητικῶν α'.
 * (Περὶ) Ἐρωτήσεως καὶ Ἀποκρίσεως, α', β'. (30,
 45 Περὶ Κινήσεως, α'.
 Προτάσεις, α'. (36)
 Προτάσεις ἐριστικαί, δ'. (29)
 Συλλογισμοί, α'.
 ** Προτέρων Ἀναλυτικῶν α', β', γ', δ', ε', ζ',
 ζ', η', θ'. (41)
 50 ** Ἀναλυτικῶν ὑστέρων μεγάλων α', β'. (42)
 * Περὶ Προβλημάτων, α'. (43)
 ** Μεθοδικὰ, α', β', γ', δ', ε', ζ', η'. (41)
 Περὶ τοῦ Βελτίονος, α'. (45)
 Περὶ τῆς Ἰδέας, α'. (40)
 65 Ὅροι πρὸ τῶν Τοπικῶν, α', β', γ', δ', ε', ζ', ζ'.
 Συλλογισμῶν α', β'. (46)
 Συλλογιστικὸν καὶ θροί, α'. (47)
 Περὶ τοῦ Αἵρετοῦ καὶ τοῦ Συμβεβηκότος, α'. (48)
 (***) Τὰ πρὸ τῶν Τόπων, α'. (49)

- De Anima, I.
 De Precatione, I.
 15 De Nobilitate, I.
 De Voluptate, I.
 Alexander sive de colonis, I.
 De Regno, I.
 De Institutione, I.
- (COMMENTARII CERTO QUODAM ORDINE DES-
 SCRIPTI.)
- 20 De Bono, I, II, III.
 Excerpta e Legibus Platonis, I, II, III.
 Excerpta e Republica, I, II.
 Economicus, I.
 De Amicitia, I.
 25 Quid sit tolerare sive tolerantia, I.
 De Disciplinis, I.
 De his quæ in contentionem cadunt, I, II.
 Solutiones eorum quæ in contentionem cadunt, IV.
 Divisiones sophisticæ, IV.
 30 De Contrariis, I.
 De Speciebus et Generibus, I.
 De Propriis, I.
 Commentarii epichirematici, III.
 Propositiones de virtute, I, II, III.
 35 Objectiones, I.

- De his quæ variis modis dicuntur sive secundum pro-
 positionem, I.
 De Perturbationibus iræ, I.
 De Moribus, I, II, III, IV, V.
 De Elementis, I, II, III.
 40 De Scientia, I.
 De Principio, I.
 Divisiones, XVII.
 Divisibilium I.
 De Interrogatione et Responsione, I, II.
 45 De Motu, I.
 Propositiones, I.
 Propositiones contentiosæ, IV.
 Syllogismi, I.
 Priorum Analyticorum I, II, III, IV, V, VI, VII,
 VIII, IX.
 50 Analyticorum posteriorum magnorum I, II.
 De Problematis, I.
 Methodica, I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII.
 De Meliori, I.
 De Idea, I.
 55 Definitiones ante Topica, I, II, III, IV, V, VI, VII.
 Syllogismorum I, II.
 Syllogisticum et Definitiones, I.
 De Optabili et Accidenti, I.
 De iis quæ ante Topica sunt, I.

- 61 Ἰοτικῶν πρὸς τοὺς ἄλλους α', β'. (51)
Πάθη, α'. (51)
Διατριπτικόν, α'.
Μαθηματικόν, α'.
Ὅρισμοί, γ'. (52)
- 62 Ἐπιχειρημάτων α', β'. (53)
Περὶ Ἡδονῆς, α'.
Προτάσεις, α'.
Περὶ Ἐκουσίου, α'. (50)
Περὶ Καλοῦ, α'. (54)
- 70 Θέσεις ἐπιχειρηματικαί, κα'. (56)
Θέσεις ἔρωτικαί, δ'. (57)
Θέσεις φιλικαί, β'. (58)
Θέσεις περὶ ψυχῆς, α'. (59)
Πολιτικά, β'. (60)
- 76 ** Πολιτικῆς ἀκροάσεως ὡς ἡ Θεογράστου, α',
β', γ', δ', ε', ζ', η'. (61)
Περὶ Δικαίων, α', β'. (62)
* Τεχνῶν συναγωγῆ, α', β'. (62)
** Τέχνης ῥητορικῆς α', β'. (63)
Τέχνη, α'. (64)
- 80 Ἄλλη Τεχνῶν συναγωγῆ, α', β'.
Μεθοδικόν, α'.
* Τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγῆ, α'. (65)
** Πραγματείας Τέχνης ποιητικῆς, α', β'. (66)
Ἐνθυμήματα ῥητορικὰ, α'. (67)
- 85 Περὶ Μεγέθους, α'. (68)
Ἐνθυμημάτων διαιρέσεις, α'. (69)
Περὶ Λέξεως, α', β'. (70)
Περὶ Συμβουλίας, α'. (71)
Συναγωγῆς, α', β'.
- 90 Περὶ Φύσεως, α', β', γ'. (72)
Φυσικόν, α'. (73)
* Περὶ τῆς Ἀρχυτείου φιλοσοφίας, α', β', γ'. (74)
Περὶ τῆς Σπευσίππου καὶ Ξενοκράτους, α'. (75)
* Τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυτείων. (76)
- 95 ** Πρὸς τὰ Μελίσσου, α'. (77)
Πρὸς τὰ Ἀλκμαίωνος, α'. (78)
Πρὸς τοὺς Πυθαγορείους, α'.
** Πρὸς τὰ Γοργίου, α'. (80)
(**) Πρὸς τὰ Ξενοκράτους, α'. (-φάνους).
- 100 ** Πρὸς τὰ Ζήνωνος, α'.
* Περὶ τῶν Πυθαγορείων, α'. (79)
** Περὶ Ζώων, α', β', γ', δ', ε', ζ', η', θ'. (82)
* Ἀνατομῶν α', β', γ', δ', ε', ζ', η'. (81)
* Ἐκλογὴ Ἀνατομῶν, α'. (85)
- 105 Ἐπεὶ τῶν συνθέτων Ζώων, α'. (83)
Ἐπεὶ τῶν μυθολογουμένων Ζώων, α'. (84)
Ἐπεὶ τοῦ μὴ Γενῆν, α'. (81)
* Περὶ Φυτῶν, α', β'. (87)
Φυσιολογικόν, α'. (87)
- 110 Ἰατρικά, β'. (88)

- 60 Topicorum ad definitiones, I, II.
Perturbationes I.
Divisibilium I.
Mathematicum, I.
Definitiones, XIV.
- 65 Epichirematum, I, II.
De Voluptate, I.
Propositiones, I.
De Voluntario, I.
De Pulchro, I.
- 70 Quæstiones epichirematicæ, XXV.
Quæstiones amatoriaræ, IV.
Quæstiones de amicitia, IV.
Quæstiones de anima, I.
Politicorum II.
- 75 Politicæ auditionis ut et Theophrasti, I, II, III, IV,
V, VI, VII, VIII.
De Justis, I, II.
Artium compendium, I, II.
Artis Rhetoricæ I, II.
Ars, I.
- 80 Aliud Artium compendium, I, II.
Methodicum, I.
Artis Theudestis compendium, I.
Tractatio de arte poetica, I, II.
Enthymemata rhetorica, I.
- 85 De Magnitudine, I.
Enthymematum divisiones, I.
De Dictione, I, II.
De Consilio, I.
Collectionis, I, II.
- 90 De Natura, I, II, III.
Physicum, I.
De Archytæ philosophia, I, II, III.
De Speusippi et Xenocratis, I.
Excerpta e Timæo et Archytæ.
- 95 Adversus Melissum, I.
Adversus Alcæonem, I.
Adversus Pythagoreos, I.
Adversus Gorgiam, I.
Adversus Xenocratem (-phanem), I.
- 100 Adversus Zenonem, I.
De Pythagoreis, I.
De Animalibus, I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX.
Anatomorum I, II, III, IV, V, VI, VII.
Ecloga Anatomorum, I.
- 105 De Animalibus compositis, I.
De fabulosis Animalibus, I.
De non Gignendo, I.
De Plantis, I, II.
Physiognomicum, I
- 110 Medicinalia, II.

Περὶ Μονάδος, α'. (91)
Σημεῖα χειμῶνων, α'. (90)

(ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΑ.)

- Ἀστρονομικόν, α'. (92)
Ὀπτικόν, α'. (93)
115 Περὶ Κινήσεως, α'. (93)
Περὶ Μουσικῆς, α'. (95)
Μνημονικόν, α'. (100)
* Ἀπορημάτων Ὀμηρικῶν α', β', γ', δ', ε', ζ'. (97)
Ποιητικῶν α'. (99)
120 Φυσικῶν κατὰ στοιχεῖον λη'. (101)
Ἐπιτεθεαμένων προβλημάτων α', β'.
* Ἐγκυκλίων α', β'. (104)
** Μηχανικῶν α'. (105)
Προβλήματα ἐκ τῶν Δημοκρίτου, ζ'. (107)
125 Περὶ τῆς Λίθου, α'.

(ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.)

- Παραβολαί, α'. (109)
Ἄτακτα, ιβ'. (110)
Ἐξηγημένα κατὰ γένος, ιδ'. (112)
* Δικαιώματα, α'. (111)
130 Ὀλυμπιονίκαι, α'. (113)

Πυθιονίκαί, α'.
(Περὶ) Μουσικῆς, α'. (114)

- Πυθικός, α'.
Πυθιονικῶν ἔλεγχοι, α'.
135 Νίκαι Διονυσιακαί, α'. (116)
Περὶ Τραγωδιῶν, α'. (117)
* Διδασκαλαί, α'. (118)
Παροιμίαι, α'.
Νόμος συστατικός, α'. (119)
140 Νόμοι, α', β', γ', δ'. (120)
** Κατηγορίαι, α'. (121)
** περὶ Ἑρμηνείας, α'. (122)
Πολιτεῖαι πόλεων δυοῖν δεούσαιν ρζ' [κοιναί] καὶ ἴδιαι, δημοκρατικαί, ὀλιγαρχικαί, ἀριστοκρατικαί, τυραννικαί. (124)

(ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΚΑΙ ΠΟΙΗΜΑΤΑ.)

- * Ἐπιστολαὶ πρὸς Φίλιππον. Σηλυμβρίων Ἐπιστολαί. * Πρὸς Ἀλέξανδρον Ἐπιστολαί, δ'. * Πρὸς Ἀντίπατρον, θ'. Πρὸς Μέντορα, α'. Πρὸς Ἀρίστονα, α'. Πρὸς Ὀλυμπιάδα, α'. Πρὸς Ἡφαιστίωνα, α'. Πρὸς Θεμισταγόραν, α'. Πρὸς Φιλόξενον, α'. Πρὸς Δημόκριτον, α'. (126)
145 Ἐπη, ὧν ἀρχή· « Ἄγνὲ θεῶν πρέσβισθ' ἕκτα-δόλε. » (127)

De Monade, I.
Signa tempestatum, I.

(PROBLEMATUM.)

- Astronomicum, I.
Opticum, I.
115 De Motu, I.
De Musica, I.
Memoriale, I.
Quaestionum Homericarum I, II, III, IV, V, VI.
(") poeticarum I.
120 (") physicarum secundum literarum ordinem XXXVIII.
Problematum perspectorum I, II.
(") encyclicorum I, II.
Mechanicorum I.
Problemata e Democrito, VII.
125 De Lapide, I.

(COMMENTARII.)

- Parabolae, I.
Miscellanea, XII.
Exposita secundum genus, XIV.
Jura, I.
130 Olympionicae, I.

Pythionicae, I.
De Musica, I.
Pythicus, I.
Pythionicarum indices, I.

- 135 Victoriae Dionysiacaе, I.
De Tragœdiis, I.
Didascaliae, I.
Proverbia, I.
Lex commendatitia, I.
140 Legum I, II, III, IV.
Categoriae, I.
De Interpretatione, I.
Mores atque Instituta civitatum CLVIII, singulatim-que de populari paucorumque et optimatum et tyrannorum imperio.

(EPISTOLÆ ET CARMINA.)

- Epistolae ad Philippum. Selymbriorum Epistolae. Ad Alexandrum Epistolae, IV. Ad Antipatrum, IX. Ad Mentorem, I. Ad Aristonem, I. Ad Olympiadem, I. Ad Hephestionem, I. Ad Themistagoram, I. Ad Philoxenum, I. Ad Democritum; I.
145 Carmina quorum initium: « Sancte Deum arcitenens antiquissime. »

Ἐλεγεία, ὧν ἀρχή· « Καλλιτέκνου μητρὸς θύγα-
τερ. » (128)

Γίνονται αἱ πᾶσαι μυριάδες στίχων τέσσαρες καὶ
τεσσαράκοντα πρὸς τοῖς πεντακισχίλοις καὶ δια-
κοσίοις ἑβδομήκοντα.

Sequitur jam alius index haud multum absimilis, et ex eodem, ut videtur, fonte derivatus, addito tamen appendice amplior. Servatus est in Anonymi cujusdam vita Aristotelis, Ἀριστοτέλους βίος καὶ συγγράμματα αὐτοῦ inscripta, de qua ita Aegidius Menagius qui eam primus in lucem protulit, in Observationibus ad librum V Diogenis Laertii, p. 202 : *Hanc Aristotelis vitam incerti auctoris necum olim communicavit Philippus Loialtaeus nostras (1), quam unde habuerit mihi non liquet. Eam viderat Octavianus Ferrarius, teste Nunnesio : qui quidem Nunnesius ea uti quondam prodiret optabat.* Hæc vita, quam ex ampliore opere Hesychii Illustris de claris Philosophis excerptam esse, satis probabili argumento a Rosio demonstratum est (cf. *de Aristotelis librorum ordine et auctoritate*, Lips. 1854. p. 40), in codice Bibliothecæ Ambrosianæ R 117 (Cf. Rose, *Aristot. Pseudepigr.*, p. 708 et add. ad pag. 10) invenitur, et in alio codice, quem in insula Patmo exstare indicavit Tischendorfius v. cl. (cf. *Wiener Jahrb. der Litt. Bd. 110. Anz. Bl.* p. 17 et ejusdem *Reise in den Orient*, II, p. 231).

Numeri uncis inclusi titulorum sedem in priore indice declarant.

- Περὶ Δικαιοσύνης, δ'. (1)
Περὶ Ποιητῶν, γ'. (2)
Περὶ Φιλοσοφίας, δ'. (3)
Πολιτικὸν, α'. (4)
5 Περὶ Πολιτικῆς ἢ Γρύλλος, γ'. (5)
Νήρινθος, α'. (6)
Περὶ Πλούτου, α'. (11)
Σοφιστικῆς α'. (7)
Περὶ Εὐχῆς, α'. (14)
10 Μενέξενος, α'. (8)
Περὶ Εὐγενείας, α'. (16)
Ἐρωτικὸς, α'. (9)
Περὶ Ψυχῆς, α'. (13)
Προτρεπτικὸν, α'. (12)
15 Περὶ Ἡδονῆς, α'. (16)
Περὶ Βασιλείας, α'. (18)
Οἰκονομικὸν, α'. (23)
Περὶ Παιδείας ἢ Παιδευτικὸν, α'. (19)
Συλλογισμῶν α'. (18)
20 Περὶ τοῦ Ἄγαθοῦ, α'. (20)
Περὶ Ἀρχῶν ἢ Φύσεως, α'.
Ἀλέξανδρος ἢ ὑπὲρ Ἀποικιῶν, α'. (17)
Τὰ ἐκ τῶν Νόμων Πλάτωνος, β'. (21)
Περὶ Φιλίας, γ'. (24)
25 Περὶ Ἐπιστημῶν, α'. (28)
Περὶ Εἰδῶν, α'. (31)
Λύσεις ἐριστικαί, δ'. (28)
Περὶ Πάθους ὀργῆς, α'. (37)
Διαίρεσις σοφιστικαί, α'. (29)
30 Περὶ Ἐναντιῶν, α'. (30)
Ἵπομνημάτων ἐπιχειρητικῶν γ'. (22)
Προτάσεις περὶ ἀρετῆς, β'. (24)

Elegi quorum initium : « *Formosa sobole florentis
Alia matris.* »

Omnes efficiunt myriades versuum quadraginta quat-
tuor supra quinquies mille ducentos septuaginta.

ANONYMI INDEX.

- De Justitia, IV.
De Poetis, III.
De Philosophia, IV.
Politicum, I.
5 De Politica sive Gryllus, III.
Nerinthus, I.
De Divitiis, I.
Sophisticæ I.
De Precatione, I.
10 Menexenus, I.
De Nobilitate, I.
Amatorius, I.
De Anima, I.

- Cohortatorius, I.
15 De Voluptate, I.
De Regno, I.
Economicus, I.
De Institutione sive Institutio, I.
Syllogismorum I.
20 De Bono, I.
De Principiis sive Natura, I.
Alexander sive de coloniis, I.
Excerpta e Platonis Legibus, II.
De Amicitia, III.
25 De Disciplinis, I.
De Speciebus, I.
Solutiones disputatorias, IV.
De Perturbatione iræ, I.
Divisiones sophisticæ, I.
30 De Contrariis, I.
Commentariorum epichirematicorum III.
Propositiones de virtute, II.

(1) Cf. Menagiana ed. Amst. 1694 p. 168 : *J'ay connu un avocat de notre ville d'Angers qui s'appelloit Loialta.*

- Περὶ Στοιχείων, γ'. (39)
Ἐνστάσεις. (38)
- 35 Περὶ τῶν Ποσαρχῶς λεγομένων ἢ τῶν κατὰ
πρόθεσιν, α'. (38)
Προτάσεων α'. (46)
Ἠθικῶν κ'. (38)
Περὶ Ἐρωτήσεως καὶ Ἀποκρίσεως, α'. (44)
Προτάσεων ἐριστικῶν α'. (47)
- 40 Περὶ Ἰδέας, α'. (54)
Ἀναλυτικῶν προτέρων θ'. (49)
Ἀναλυτικῶν ὑστέρων β'. (50)
Προβλημάτων. (51)
Μεθοδικά. (52)
- 45 Περὶ τοῦ Βελτίονος, α'. (1)
Συλλογισμῶν β'. (56)
Συλλογιστικῶν ὄρων α'. (57)
Περὶ Αἰρετοῦ καὶ Συμβαίνοντος, α'. (58)
Τὰ πρὸ τῶν Τόπων, α'. (59)
- 50 Περὶ Ἐκουσίων, α'. (58)
Τοπικῶν πρὸς τοὺς ὄρους καὶ πάθ., α'. (59, 61)
Ὅρισμῶν βιβλία, ιγ'. (64)
Ἐπιχειρημάτων β', (65)
Περὶ Κάλλους, α'. (59)
- 55 Περὶ Δικαίων, β'. (76)
Θέσεις ἐπιχειρηματικαί, ἐν βιβλίοις κα'. (70)
Θέσεις ἐρωτικαί, ἐν βιβλίοις δ'. (71)

- Θέσεις φιλικαί, ἐν βιβλίοις β'. (72)
Θέσεις περὶ ψυχῆς, ἐν βιβλίῳ α'. (73)
- 60 Θέσεις πολιτικαί, β'. (74)
Πολιτικῆς ἀκροάσεως κ'. (76)
Τεχνῶν συναγωγῆ, α'. (77)
Τέχνης ῥητορικῆς γ'. (78)
Τέχνης α'. (79)
- 65 Τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγῆς ἐν γ'. (82)
Τέχνης ποιητικῆς, β'. (82)
Ἐνθυμημάτων ῥητορικῶν α'. (84)
Περὶ Μεγέθους. (86)
Ἐνθυμημάτων καὶ Αἰρίσεων. (86)
- 70 Περὶ Ἀέθως καθαρᾶς, α'. (87)
Περὶ Συμβουλιῆς, α'. (88)
Περὶ Φύσεως, α'. (90)
Περὶ Φυσικῶν, α'. (91)
Περὶ τῆς Ἀρχύτου φιλοσοφίας, γ'. (92)
- 75 Περὶ τῆς Σπυσιππου καὶ Ξενοκράτους, α'. (93)
Ἐκ τῶν Ἰταίου καὶ Ἀρχύτου, α'. (94)
Πρὸς τὰ Μελίσσου, α'. (95)
Πρὸς τὰ Ἀλκμαίωνος, α'. (96)
Περὶ τῶν Πυθαγορείων, α'. (101)
- 80 Πρὸς τὰ Γοργίου, α'. (98)
Περὶ τοῦ μὴ Γενᾶν. (107)
Περὶ Ζώων, θ'. (102)
Περὶ τῶν συνθέτων Ζώων, α'. (105)

- De Elementis, III.
Objectiones.
- 35 De his quæ variis modis dicuntur sive secundum pro-
positionem, I.
Propositionum I.
Ethicorum XX.
De Interrogatione et Responsione, I.
Propositionum contentiosarum I.
- 40 De Idea, I.
Analyticorum priorum IX.
Analyticorum posteriorum II.
Problematum.
Methodica.
- 45 De Meliori, I.
Syllogismorum II.
Syllogisticarum definitionum I.
De Optabili et Accidenti, I.
Quæ ante Topica sunt, I.
- 50 De Voluntariis, I.
Topicorum ad definitiones et perturbationes I.
Definitionum libri XIII.
Epichirematum II.
De Pulchritudine, I.
- 55 De Justis, II.
Quæstiones epichirematicæ, in libris XXV.
Quæstiones amatoricæ, in libris II.

- Quæstiones de amicitia, in libris II.
Quæstiones de anima, in libro I.
- 60 Quæstiones politicæ, II.
Politicæ auditionis XX.
Artium compendium, I.
Artis rhetoricæ III.
Artis I.
- 65 Artis Theodectis compendium, in libris III.
Artis poeticæ II.
Enthymematum rhetoricorum I.
De Magnitudine.
Enthymematum et Electionum.
- 70 De pura Dictione, I.
De Consilio, I.
De Natura, I.
De Naturalibus, I.
De Archytæ philosophia, III.
- 75 De Spensippi et Xenocrati, I.
Excerpta e Timæo et Archyta, I.
Adversus Melissum, I.
Adversus Alcæonem, I.
De Pythagoreis, I.
- 80 Adversus Gorgiam, I.
De non gignendo.
De Animalibus, IX.
De Animalibus compositis, I.

- Περὶ Ἀνατομῶν, ζ'. (103)
 85 Ἐκλογή τούτων, α'. (104)
 Περὶ τῶν μυθολογουμένων Ζώων, α'. (106)
 Περὶ Φυτῶν, β'. (108)
 Φυσιολογικὰ, β'. (109)
 Περὶ Ἰατρικῆς, β'. (110)
 90 Συμμαχίας χειμῶνων α'. (112)
 Περὶ Μονάδος, α'. (111)
 Ἀστρονομικόν, α'. (113)
 Περὶ Κινήσεως, α'. (115)
 Ὀπτικόν, α'. (114)
 85 Περὶ Μουσικῆς, α'. (116)
 Πίπλον.
 Ἀπορημάτων Ὀμηρικῶν ζ'. (118)
 Ἀπορημάτων θείων α'.
 Ποιητικόν, α'. (119)
 100 Μνημονικόν, α'. (117)
 Φυσικῶν λη' κατὰ στοιχεῖον. (120)
 Μεταφυσικὰ, κ'.
 Προβλημάτων ἐπιτεθεαμένων. (121)
 Ἐγκύκλιον, β'. (122)
 105 Μηχανικόν, α'. (123)
 Κύκλον περὶ ποιητῶν, γ'
 Προβλημάτων Δημοκρατικῶν β'. (124)
 Περὶ τῆς Λίθου, α'. (125)

- Παραβολῶν α'. (126)
 110 Διατάκτων ιβ'. (127)
 Δικαιωμάτων πόλεων α'. (129)
 Ἐξητασμένων κατὰ γένος ιδ'. (128)
 Ὀλυμπιονκᾶς, βίβλους ἐν δ' Μέναιχμον ἐνί-
 κησιν. (120)
 Περὶ Μουσικῆς, α'. (122)
 115 Ἐλέγχων σοφιστικῶν ἢ περὶ ἐριστικῶν νικῶν.
 Διονυσιακῶν ἄστικῶν καὶ Ἀθηναίων προοιμιῶν α'.
 (125)
 Περὶ Τραγωδιῶν, α'. (126)
 Περὶ Διδασκαλιῶν, α'. (127)
 Νόμων συστατικῶν α'. (129)
 120 Νομίμων δ'. (140)
 Κατηγοριῶν α'. (141)
 Περὶ Ἑρμηνείας. (142)
 Προτέρων Ἀναλυτικῶν β'.
 Πολιτείας πόλεων ιδιωτικῶν καὶ δημοκρατικῶν
 καὶ ὀλιγαρχικῶν, ρη'. (143)
 125 Συσσιτικῶν προβλημάτων γ'.
 Ἐπιστολὰς, κ'. (144)
 Ἐπι, ὧν ἀρχή· α' Ἀγνὴ θεῶν πρέσβισθ' ἑκατη-
 βόλε. = (145)
 Ἐλεγεία ὧν ἀρχή· α' Καλλιτέχνου μητρὸς θύγα-
 τερ. = (146)

- De Anatomis, VI.
 85 Horum Ecloga, I.
 De fabulosis Animalibus, I.
 De Plantis, II.
 Physiognomonica, II.
 De Medicina, II.
 90 Tempestatum societatis I.
 De Monade, I.
 Astronomicum, I.
 De Motu, I.
 Opticum, I.
 95 De Musica, I.
 Poeticum.
 Quaestionum Homericarum VII.
 Quaestionum divinarum I.
 Poeticum, I.
 100 Mnemonicum, I.
 Physicorum XXXVIII secundum literarum ordinem.
 Metaphysica, X.
 Quaestionum perspectarum.
 Encyclicum, II.
 105 Mechanicum, I.
 Cyclum de Poetis, III.
 Problematum Democriteorum II.
 De Lapide, I.

- Parabolarum I.
 110 Miscellaneorum XII.
 Jura urbium, I.
 Exquisitorum secundum genus, XIV.
 Olympionicas libros, in quo vicit Menæchmum
 De Musica, I.
 115 Elenchorum sophisticorum sive de contentiosis vi-
 ctoriis.
 Dionysiacorum urbanorum et Lenæorum proœmiorum I.
 De Tragediis, I.
 De Didascaliis, I.
 Legum commendatitiarum I.
 120 Legitimorum IV.
 Categoriarum I.
 De Interpretatione.
 Priorum Analyticorum II.
 Mores atque Instituta civitatum idioticarum et demo-
 craticarum et oligarchicarum.
 125 Convivialium Problematum III.
 Epistolas, XX.
 Carmina, quorum initium : Sancte deorum, vene-
 rando longe jaculans.
 Elegie, quarum initium : Pulchra arte præditæ
 matris filia.

(ΑΛΛΟΣ ΠΙΝΑΞ.)

- Περὶ τῶν Σόλωνος ἀξόνων, α'.
- Περὶ Μακροβιότητος.
- Εἰ δὴποτε Ὁμηρος ἐποίησε τὰς Ἡλίου βοῦς.
- Ἀπορήματα Ἡσιόδου, ἐν α'.
- 5 Ἀπορήματα Ἀρχιλόχου, Εὐριπίδου, Χοιρίλου, ἐν βιβλίαις σ'.
- Ἀπορημάτων ποιητικῶν α'.
- Λιτίαι ποιητικῆς.
- Προβλημάτων Ὀμηρικῶν ι'.
- Φυσικῆς Ἀκροάσεως ιη'.
- 10 Περὶ Γενέσεως καὶ Φθορᾶς, β'.
- Περὶ Μετεώρων, δ', ἢ Μετεωροσκοπικά.
- Περὶ Πλούτου, α'.
- Περὶ Τύχης, γ'.
- Περὶ Ῥητορικῆς τῆς μετὰ [τὰ] φυσικά, ι'.
- 45 Περὶ Ζῶων ἱστορίας, ι'.
- Περὶ Ζῶων κινήσεως, γ'.
- Περὶ Ζῶων μορίων, γ'.
- Περὶ Ζῶων γενέσεως, γ'.
- Περὶ τῆς τοῦ Νεῖλου ἀναβάσεως.
- 20 Περὶ τῆς ἐν τοῖς μαθήμασιν Οὐσίας.
- Περὶ Συσσιτίων ἢ Συμποσίων.
- Περὶ Δόξης.
- Περὶ Ἀρετῆς.

(ἦ) Περὶ Φωνῆς.

- 25 Περὶ Συμβιώσεως ἀνδρῶς καὶ γυναικός.
- Νόμους ἀνδρῶς καὶ γαμετῆς.
- Περὶ Ἱατρικῆς, ζ'.
- Συμμίκτων Ζητημάτων οβ', ὡς φησιν Εὐκαίριος δ' ἀκουστῆς αὐτοῦ.
- Πέπλον περιέχει δὲ ἱστορίαν σύμμικτον.
- 30 Περὶ Χρόνου.
- Περὶ Βασιλείας.
- Περὶ Παιδείας.
- Περὶ Ὀψεως, β'.
- Περὶ Ἠθῶν Νικομαχείων ὑποθήκας.
- 35 Περὶ Ἀλεξάνδρου, η'.
- Περὶ Ῥήτορος ἢ Πολιτικοῦ.
- Τέχνην ἐγκωμιαστικῆν.
- Θαυμασίων Ἀκουσμάτων.
- Ἐγκώμια ἢ ὕμνους διάφορα.
- 40 Ἐρωτικῶν ζ'.
- Περὶ Εὐγενείας, α'.
- Περὶ Ἀνθρώπου Φύσεως.
- Περὶ Κόσμου Γενέσεως.
- Νόμιμα Ῥωμαίων.
- 45 Νομίμων βαρβαρικῶν συναγωγῆ.
- ΨΕΥΔΕΠΙΓΡΑΦΑ.
- Ἀνατομὴ ἀνθρώπου.

(ALIUS INDEX.)

- De Solonis axibus, V.
- De Longævitate.
- Num unquam Homerus Solis boves finxerit?
- Quæstiones Hesiodæ in I.
- 1 Quæstiones de Archilochu, Euripide, Chærico, in libris III.
- Quæstionum poetiarum, I.
- Causas poeticas.
- Problematum Homericorum IX.
- Physicæ Auscultationis XVIII.
- 10 De Generatione et Corruptione, II.
- De Meteoris, IV, sive Meteoroscopica.
- De Divitiis, I.
- De Fortuna, III.
- De Rhetorica metaphysices, X.
- 15 De Animalium historia, X.
- De Animalium motu, III.
- De Animalium partibus, III.
- De Animalium generatione, III.
- De Nili incremento.
- 20 De Disciplinarum essentia.
- De Conviviis aut Symposiis.
- De Gloria.
- De Virtute.

De Voce.

- 25 De Convictu viri et feminae.
- Leges viri et nuptæ.
- De Medicina, VII.
- Variarum Quæstionum LXXII, ut dicit Eucærus ejus auditor.
- Peplum; continet autem variam historiam.
- 30 De Tempore.
- De Regno.
- De Institutione.
- De Visu, II.
- Argumenta Ethicorum Nicomacheorum.
- 35 De Alexandro, VIII.
- De Rhetore sive Politico.
- Artem laudatoriam.
- Mirabilium Auscultationum.
- Encomia sive hymni, varia.
- 40 Amatoriorum VI.
- De Nobilitate, I.
- De Hominis Natura.
- De Mundi Origine.
- Instituta Romanorum.
- 45 Institutorum barbaricorum collectio.
- FALSO INSCRIPTA SUNT.
- Anatome hominis.

Ἀπολογία εὐσεβείας πρὸς Εὐρυμέδοντα.

Γεωργικά.

Ἐγκώμιον λόγου.

6 Μαγικόν.

Περὶ Σωφροσύνης.

Ἀλεξάνδρου ἐγκλησία.

Ἐγκώμιον πλούτου.

Πρὸς Ἀλέξανδρον.

10 Περὶ Μεθόδου.

Tertium indicem, et ipsum a græco, ut videtur, auctore conscriptum, sed duplici versione multis in locis ita corruptum, ut plerumque nullus satis commodus e verbis sensus elici possit, ideo omittere nolimus, quod nonnulla in illo inveniuntur ad dijudicandam hanc totam quæstionem non inutilia fortasse. Hæc autem tabula in arabici cujusdam scriptoris, Dschemaluddini, a. 1172 p. Chr. nati, exstat opere de viris eruditione claris, quod ultra trecentorum virorum eruditorum vitas, secundum literarum seriem digestas, complectitur. E quo quum primum a Casirio, in *Bibliotheca arabica Escorialensi*, T. I, p. 304 sqq., editus esset librorum Aristoteleorum index, iterum publici juris factus est e codice bibliothecæ Cæsaris Palatinæ Vindobonensi a Wenrichio, in commentatione *De auctorum græcorum versionibus et commentariis syr. arab. armen. persicisque*, Lips. 1842. Hujus versionem latinam secuti sumus, additis tamen iis quæ vel apud solum Casirium inveniuntur, vel quæ ab eo aliter expressa sunt.

Horum librorum recensioi fidem atque auctoritatem adjecit indiculus, quem Ptolemæus in libro in Agallim (vel Agalliam) repræsentat (Hæc apud Casirium in fronte indicis leguntur).

Exhortatio ad philosophiam, libri III (Munimenta philosophiæ, libri III, Casiri).

Liber Sophista nuncupatus.

De Justitia, libri IV.

De Institutione morumque elegantia, libri IV (De pietatis exercitationibus ac de moribus viro cuique accommodatis, libri IV, Cas.).

5 *De Generis Nobilitate, libri IV.*

De Poetis, libri III (deest apud Cas.).

De Regno, libri V (deest apud Cas.).

De Bono, libri V.

De Archytæ philosophia, libri III.

10 *De Lineis insecabilibus, libri III.*

De Justis, libri IV.

De Contrariis ac Diversis, libri IV (De Demonstrationibus ac Propositionibus contentiosis, libri IV, Cas.).

De Amore, libri III.

De Ideis, utrum existant necne, libri III.

15 *Compendium operis Platonici de Regimine civitatum, libri II (De Regimine sanitatis, libri II, qui sunt Platonici operis compendium, Cas.).*

De Voluptate, liber I.

De Motu, libri VIII.

Quæstiones epichirematicæ, libri II.

De arte poetica secundum Pythagoræ ejusque sectatorum placita, libri II (sec. Pythagoram ejusque sectatores, Cas.).

20 *De Spiritu animali, libri III.*

Epistolæ, libri III.

De Nilo Ægyptiaco, libri III.

De Animalium captura, nec non de locis, quibus deversantur atque delitescunt, liber I (De aucupio, piscatu et venatu, ubi de animalium locis et cubilibus, liber I, Cas.).

Concilium artium, libri I (Collectio artium, liber I, Cas.).

25 *De Rebus amatoriis, libri III.*

De Interpretatione, liber I, qui dialecticæ est secundus.

Analyticorum priorum, libri II.

Analyticorum posteriorum, libri II.

(De Sophisticis Elenchis, libri I, Cas.).

30 *Ethicorum quæstiones majores, libri II.*

Ethicorum quæstiones minores, Eudemo inscriptæ, libri VIII.

De Republica, libri VIII.

Artis rhetoricæ, libri III.

Physicæ auscultationis, sive doctrinæ naturalis, libri VIII.

35 *De Cælo et mundo, libri IV (libri X, Cas.).*

De Generatione et Corruptione, libri II.

De Meteoris, libri IV.

De Anima, libri III.

De Sensu et Sensibili, liber I.

De Memoria et somno, liber I (I).

(1) Cf. Saldas apud quem v. Μνήμη, Aristoteles ἐν τῷ περὶ Μνήμης καὶ ὕπνου καὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς laudatur.

Apologia pietatis adversus Eurymedontem.

Georgica.

Laus orationis.

5 Magicum.

De Prudentia.

Alexandri accusatio.

Laus divitiarum.

Ad Alexandrum.

10 De Methodo.

- 40 *De Animalium motu eorumque anatomia, libri VII.*
De Animalium natura, libri XV.
De Partibus vitalibus, libri IV.
De Generatione animalium, libri V.
De Animalium motu locali, sive incessu, liber I.
- 45 *De Longitudine et brevitate vitæ animalium, liber I.*
De Vita et Morte, liber I.
De Plantis, libri II.
Metaphysicorum, libri XIII.
De Materia quæstiones, liber I.
- 50 *Quæstiones physicæ, libri IV.*
Divisiones, libri XXVI. Argumentum libri ita indicatur: *Tractat in hoc libro de temporis, animi atque cupiditatum divisionibus, de agente, patiente et actione, de amore, de boni generibus, in quibus alia, quæ intellectu percipiuntur, alia quæ in animo, alia quæ extra animum sunt: denique de bonitate atque malitia, necnon de variis disciplinis artibusque.*
Platonis iusjurandum, libri IV (De Platonis testamento, libri VI. Cas.).
De Divisione conditionum, quæ requiruntur de dicendo, libri III (De divisione et conditionibus in dicendo, libri III. Cas.).
De Contradictione, ubi docetur antecedentia contradictionis ex ipsa disputatione esse petenda, libri XXXIX (De contradictoriis, ubi docet contradictoria antecedentia ex ipso adversarii argumento esse petenda, sive in ipsum retorquenda, libri XXXIX. Cas.).
- 55 *Objecta amatoria sive de rebus amatoriis, liber I.*
Objecta physica, quæ dicuntur θῆται φυσικά, libri I (Argumenta physica de musica theses dicta, liber I. Cas.).
De Locis, unde argumenta petenda sunt, liber I.
Definitiones, libri XVI.
De Rebus ad definitionem pertinentibus, libri IV (De rebus divisibilibus, libri IV. Cas.).
- 60 *Definitiones topicæ, liber I (Topicorum ad definitiones, liber I. Cas.).*
Descriptio definitionum topicarum, libri III.
Definitionum descriptio, libri II (De differentiis topicis, libri II. Cas.).
(Terminorum descriptio, libri II. Cas.).
Quæstiones, libri XXVIII (1).
- 65 *Prolegomena in problemata, libri II (deest ap. Casir.).*
Quæstiones orbiculares, in præceptorum usum.
Præcepta, libri IV (De testamenti perigmata (sic). Cas.).
Memoriale, libri I.
Quæstiones medicæ, libri V.
- 70 *De Alimentorum regimine, liber I.*
De Agricultura, libri XV.
De Humoribus, liber I.
De Siccitate, liber I.
De Accidentibus universalibus, liber I.
- 75 *De Meteoris, libri III.*
De Generatione animalium, libri III.
De Verborum significatione, libri II (De Propositionum sensu, libri II. Cas.).
De Propositionibus, libri XXXIII (De Thesisibus, libri XXIII, item liber alter de eodem argumento. Cas.).
De civitatum regimine, liber I, in quo de complurium populorum atque civitatum regimine tractatur, quarum numerus CLXXI.
- 80 *Commentarii, qui inscribuntur ὑπομνήματα, libri XVI.*
De Contradictionibus, liber I (De contrariis, id est, rationes epichirematicæ. Cas.).
Epitaphia heroum quæ Pepli nomine censentur, libri VI.
De Tempore, liber I.
Aristotelis Epistolæ, quas in VIII libros contulit Arctas.
- 85 *De Urbium moribus, libri II.*
Epistolæ aliæ, quas XX libris Andronicus invenit, præter illas, quæ in libro V Andronici de Aristotelis scriptis memorantur (Aliæ Epistolæ, libri XX recensuit Andronicus, præter illas, quæ in libro V Andronici memorantur. (Cas. addens: ubi et Aristotelis librorum index occurrit).
Quæstiones de Homeri versibus maxime reconditis, libri X.
De universo Medicinæ sensu, liber I (De universa Medicina, liber I, Iatrice inscriptus, Cas.).

Eandem hanc inconditam sane titulorum farraginem, in opere apud illos qui in hisce studiis versantur celebratissimo, Lexicon bibliographicum inscripto, repetiit Hadschi Chalifa, Constantinopolitanus, qui a. 1658 p. Chr. n. supre-

mum diem obiit. Libris a Dschemaluddino recensitis adjunxit aliorum seriem, quos vero tales esse ostendunt qui enumerantur tituli, ut omni fere auctoritate destituti sint. Apponamus tamen et illos, quales apud Wœnrichium l. l. p. 158 sq. leguntur, ne quid omnino desideretur :

- De Physiognomonia, liber.*
- De Syllogismis, libri II.*
- De Siderum arcanis, liber.*
- De Numeris liber.*
- 5 *De Vino ejusque potu ac inebriandi vi, quæstiones XXII.*
- De Sanguinis profusione.*
- De Fallacia, sive de Patrociniis fallacibus. Exhortationes.*
- De Lapidibus.*
- 10 *De Coitu.*
- De Metallifodinis.*
- De Arteriarum pulsu.*
- De Objectis, libri XXXIV.*
- De Stellis labentibus.*
- 15 *Timæus, de scientia magica ad modum Græcorum.*
- De Sanitate et Morbo.*
- De Universi natura, ad Alexandrum.*
- De Definitionum contradictione, libri II.*
- De Demonstratione, libri II.*
- 20 *De Relatis.*
- De Grammaticis arcanis.*
- Mille verba de astrologia judiciaria.*
- De Speculo.*
- De Summo Imperio.*
- 25 *Liber apologeticus.*
- De Vincente et victo, quærente et quæsito, ad Alexandrum Magnum.*

Collatis inter se hisce tabulis, facile apparebit a Diogene exscriptam ceteris longe præstantiorem esse, cum propter ipsum titulorum quos recenset numerum, tum quod in ea singuli majore cum cura describuntur, quanquam nec hæc ita diligens fuit, ut Diogenis exemplo pristina catalogi forma satis fideliter expressa videatur. Ad hanc proxime accedit quæ Anonymi vocatur, vix tantopere discrepans quominus ex eodem fonte derivata esse existimanda sit. Quem et ipsum in Dschemaluddini catalogo quodammodo agnoscere licet. Eo vero libentius adducor ut hisce omnibus unam communemque originem tribuendam esse contendam, quod nullo modo mihi persuadere possum, numerum eorum qui data opera in antiquitate indices omnium librorum, quos vel conscripserat Ari-

stoteles, vel qui sub ejus nomine circumferantur, condiderint, revera tantum fuisse, quantum a nonnullis indicatum reperio. Deinde vero, si cum illo quod in simili plane re ab Hermanno Usenero rectissime observatum est, in *Analectis Theophrasteis*, Lips., 1858, p. 24 : « Omnibus antiquorum πινάκων reliquiis, si librorum tabulas ab ipsis scriptoribus aut discipulis familiarissimis confectas, ut par est, excipias, id proprium est quod ea tantum quæ certis in bibliothecis sive Alexandrina sive Pergamena sive aliis collecta erant respici solent volumina, ea conjungimus quæ narrant Athenæus, Epit., I, p. 3, A, Galenus in Hippocrat. De nat. hom., I, 42, Aristotelis interpretes, Ammonius in Categ. f. 9 verso, David, ib., p. 28, A, 11, de cura, licet parum cauta, quam in coacervandis voluminibus Aristotelis nomine inscriptis Ægypti reges posuerant, quin jam Alexandriæ condita fuerit tabula Aristoteleorum librorum nullo modo dubium videri poterit, nisi credas illos qui vel Alexandrinis bibliothecis præerant, vel quibus ad illas aditus patebat, minus studiosos fuisse in recensendis et enumerandis Aristotelis libris, quam in coemendis Ptolemæos. At talem originem manifeste prodit index Diogenis : qui enim aliter fieri poterit, ut longe maxima pars librorum Aristotelis, qui hodie superstites sunt, in illo desiderentur, equidem ego nullo modo video. De auctore autem indicis si quærimus, nullus est ad quem commodius referatur, etsi de eo nullum disertum testimonium exstat, quam ad Callimachi discipulum, Hermippum Smyrnæum, peripateticum. Nam quum, ut duobus in locis scholiasta Theophrasti declarat, in finem *Metaphys.* p. 323, ed. Brandis : Τοῦτο τὸ βιβλίον Ἀνδρόνικος μὲν καὶ Ἑρμιππος ἀγνοοῦσιν· οὐδὲ γὰρ μνηστὴν αὐτοῦ ὄλωσ πεποιήνται ἐν τῇ ἀναγραφῇ τῶν Θεοφράστου βιβλίων· Νικόλαος δ' ἐν τῇ Θεωρίᾳ τῶν Ἀριστοτέλους μετὰ τὰ φυσικὰ μνημονεύει αὐτοῦ λέγων εἶναι Θεοφράστου, item in finem septimi libri *De plantarum historia* : Θεοφράστου περὶ Φυτῶν ἱστορίας τὸ η'. Ἑρμιππος δὲ περὶ Φρυγανικῶν καὶ Ποιωδῶν, Ἀνδρόνικος δὲ περὶ Φυτῶν ἱστορίας (1) (τὸ η' addendum est), tabulam scriptorum Theophrasti condiderit, quis minorem illum curam scriptis Aristotelis ceterorumque philosophorum, quorum vitas narraverat impendisse credet? Cave autem illud objicias, Alexandrinorum animos a severioris studiis philosophiæ abhorruisse, quum:

(1) Addendus est hic locus Hermippi fragmentis apud Müllerum, *Elst. græc.* t. III, p. 46 collectis.

ipse index, qui apud Diogenem exstat, hujus rei præclarum quoddam documentum præbeat, neque talis certe sit ut recte Andronico aliive, qui ad ipsa doctrinæ peripateticæ penetralia accesserit, tribuatur.

Optime autem factum est ut de cura, quam ille vir, peripateticæ doctrinæ vere sospitator, in Aristotelis libris posuerat, egregium exstet testimonium Porphyrii, qui de editione scriptorum Plotini quam ipse paraverat quom loqueretur, exemplum se Apollodori et Andronici secutum esse hisce declarat verbis, Vita Plotini, c. 24 : Ὡν δὲ μὲν Ἐπίχαρμον τὸν κωμωδογράφον εἰς δέκα τόμους φέρων συνήγαγεν, ὁ δὲ τὰ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου εἰς πραγματείας διαίτελε τὰς εἰκείας ὑποθέσεις εἰς ταῦτὸ συναγαγών. Quæ nemo facile de omnibus, sive Aristotelis sive Theophrasti, libris dicta esse contendet. Ut enim de solo Aristotele loquar, πραγματεῖαι, quæ hîc vocantur, nullæ aliæ sunt quam quas hodie quoque in manibus habemus, logica nempe, physica, metaphysica, ethica; quas vero e variis scriptis scriptorumve partibus consarcinavit et in unum quasi corpus redactas edidit Andronicus, qui sive primus eorum partem in lucem protulit, siquidem notissimæ narrationi apud Strabonem XIII, p. 609 et Plutarchum in Vita Syllæ, c. 26, fides habenda est, sive novis, iisque melioribus exemplaribus collatis, emendavit et novo tantummodo ordine disposuit.

Sed utcunque de hac obscurissima ac minime adhuc persoluta quæstione statuendum est, illud certe concedas oportet, hujus ab Andronico institutæ divisionis ne levissimum quidem vestigium in Diogenis Laertii indice inveniri, præterquam quod, ut jam supra dictum est, in eo desideratur longe maxima pars illorum librorum, quos hodie habemus, quosque solos fere respicere solent qui post Andronicum vixerunt peripateticæ doctrinæ sectatores. Nulla igitur causa est cur de Andronico cogitemus, contrariæ vero multæ sunt, nisi tamen si quis tantum auctoritatis tribuat Plutarchi verbis, affirmantis l. l. Andronicum ἀναγράψαι τοὺς νῦν φερομένους πίνακας, ut hoc uno teste et sponse omnem controversiam sublatam censeat. Verum fac esse omnia, ut ille narrat, minime tamen inde consequetur, Diogenem, qui sexcentis in locis Hermippum nominavit, de Andronico vero plane silet, non illius quoque indice uti potuisse. Multo autem verius illud putō, Plutarchum, suo more, minus accurate locutum esse, ita ut πίνακας quos vocat nihil aliud sint quam πραγματεῖαι Porphyrii, ipsumque Andronicum nullum no-

vum indicem omnium scriptorum Aristotelis confecisse, sed in libris, quos, teste Gellio, Noct. Att. XX, 5 et Dschermaluddino (apud Wenrich, *De auctorum græc. versionibus arab. syriac. armen.* Lips., 1842, p. 157 : *Epistolæ aliæ, quas XX libris Andronicus invenit præter illas, quæ in libro V Andronici de Aristotelis scriptis memorantur*, sive ut apud Casirium editum est, p. 308 : *Aliæ Epistolæ, libri XX recensuit Andronicus, præter illas quæ in libro V Andronici memorantur : ubi et Aristoteles librorum index occurrit*), de Aristotele conscripsit, cum multis aliis, ut exempli causa testamento Aristotelis, quod jam Hermippus dederat (cf. Athen. XIII, p. 589, C et XV, p. 696, F), tabulam quoque ab Hermippo conditam mutuum sumpsisse.

Non magis autem quam ab Andronico, ab illis qui postea vixerunt Peripateticis novi indices Aristotelis librorum conscripti esse videntur : in tali enim re nec Nicolaus Damascenus, nec Adrastus nominandi sunt (1). Unus igitur restat Ptolemæus, cujus *indiculus in libro ad Agallim* (vel *Agalliam*, quod nomen, ut γνωρίμου Aristophanis Byzantii, in schol. Venet. A ad Iliad. σ, 490 legitur; cf. Eustath. ad Iliad. p. 1156, 38), in fronte indicis Dschermaluddini, apud Casirium, in *Biblioth. arab. hisp.*, t. I, p. 304 laudatur. Eundem Ptolemæum cum Andronico conjunctum, auctor vitæ Marcianæ, p. 8. ed. Robbe exhibet : Καὶ τελευταῖα ἐκείσε διαθήκην ἔγγραφοῦ καταλιπών, ἣ φέρεται παρά τε Ἀνδρονίκῳ καὶ Πτολεμαίῳ μετὰ [τῶν] πίνακ[ων] τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων. Quod si fides ulla habenda esset Davidi Armenio, onnis jam de hoc Ptolemæo sublata foret dubitatio : hæc enim ille in Aristot. Categ. p. 22, A, 11 : ... τῶν Ἀριστοτελικῶν συγγραμμάτων πολλῶν ὄντων, χιλίων τὸν ἀριθμὸν (2), ὡς φησι Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος ἀναγραφὴν αὐτῶν ποιησάμενος καὶ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τὴν διάθεσιν. In his insignem latere errorem nemo est quin videat, ita ut sive inter illos scriptores quibus Ptolemæis nomen fuit, quærendus sit cui hunc librum tribuamus, sive, quod magis fortasse verisimile erit, Ptolemæi nomen Philadelphi recte se habere, sed falso hic pro Hermippo illatum conjiciamus, quod, quominus probabilitatis quandam speciem habeat, vix impedit titulus libri, qui huic personato Ptolemæo ab eodem Dschermaluddino tribuitur (cf. Wenrich.


(1) De hac re vide quæ a nobis disputata sunt in libro : *Die verlorenen Schiften des Aristoteles*. Lips. 1865, p. 38 aqq.

(2) Cf. eund. ib. p. 24, A, 19 : τῶν Ἀριστοτελικῶν συγγραμμάτων χιλίων ὄντων τὸν ἀριθμὸν, ὡς Ἀνδρόνικος παραδίδωσιν.

l. l. p. 237) : *De Aristotelis vita, morte scriptorumque ordine*, quippe quæ omnia facile ex uno eodemque fonte fluxisse potuerint.

Quæ si vere a nobis disputata sunt, jam illud perspicitur, quid de indicis quem communem ceterorum fontem et originem habemus auctoritate atque fide statuendum sit. Si enim nihil aliud continet tabula apud Diogenem Laertium servata, quam titulos illorum librorum, qui ineunte fere altero post philosophi mortem sæculo, ejus nomine inscripti, in Alexandrina bibliotheca asservabantur, quibus et alii dubiæ fidei, quorum mentionem se consulto prætermisisse testatur Diogenes, additi erant, tale habemus testimonium, cui propter antiquitatem nullo modo omnis fides deroganda est, etsi multæ sint gravesque causæ quibus ejus auctoritas minuatur. Jam enim illud ex ipso indice perspicuum est, inter ipsos philosophi libros, tales apponi qui e majoribus tantum modo excerpti erant. Nec minor deinde ex illorum narrationibus oritur dubitatio, qui testantur non parvum numerum librorum, per fraudem Aristotelis nomine inscriptorum, Ægyptiis et Pergamenis regibus oblatum esse. Quibus si addis

ipsam difficultatem dignoscendi auctores tot voluminum absque nominibus traditorum, erroremque e temerariis criticorum conjecturis ortum, non negabis satis amplam materiem dubitationis superesse. Ex altera tamen parte, haud pauca sunt, quæ non plane inconsideratam illius fuisse demonstrant operam, qui hanc tabulam condidit. De qua profecto melius judicarem, si et illorum librorum titulos adjicere non omisisset Diogenes Laertius, quos ut supposititios a ceteris segregaverat auctor indicis. Etsi igitur libenter concedam haudquaquam omnes qui in hoc indice recensentur libros pro genuinis haberi posse, tamen affirmare non dubito, si excipias illos de quibus supra jam diximus e majoribus excerptos, reliquorum vix unum alterumve esse, de quo satis validis argumentis demonstrari possit revera eum Aristoteli abjudicari debere. Quod autem plane aliter se habet, si vel Appendicem qui post Anonymi indicem legitur, vel præcipue Dschemaluddini catalogum cum antiquiori illo longeque præstantiori conferimus. Sed de his satis jam dicta sunt, in re præsertim, in qua, testimoniorum ob penuriam tam sæpe ad conjecturas confugiendum est.



ARISTOTELIS FRAGMENTA.

DIALOGI.

In Aristoteleorum illa librorum divisione, quam ex uno eodemque, satis antiquo vero, ut videtur, fonte desumptam, plerique exhibent interpretes, qui sive ad *Categorias*, sive ad ipsam Aristotelis philosophiam præfationes scribere, eorum scriptorum quæ *συνταγματικά* vocantur, et quæ ipsa *ὑπομνηματικοῖς* opponuntur, duplex esse genus statuitur. De hac re ita David Armenius in *Categ.* p. 24, B, 10 Brand. : Τῶν δὲ συνταγματικῶν τὰ μὲν εἰσὶν αὐτοπρόσωπα, ἃ καὶ ἀκροαματικά λέγονται, τὰ δὲ διαλογικά, ἃ καὶ ἐξωτερικά λέγονται· καὶ ὡς μὲν αὐτοπρόσωπα ἀντίκεινται τοῖς διαλογικοῖς, ὡς δὲ ἀκροαματικά ἀντίκεινται τοῖς ἐξωτερικοῖς, cum quo consentiant Ammonius in *Categ.* f. 7 recto, Simplicius ib. f. 1, E ed. Basil., Joannes Philoponus ib. p. 35, B, 37 Brand. Quod si cum his conjungimus quæ paulo post apud eundem Davidem dicta sunt, l. l. v. 19 sq., eos scilicet dialogica ab acroamaticis differre, quod in illorum scripta sint gratiam, qui a philosophia alieni sunt, philosophumque in illis probabilibus tantum modo, non ad severiorem demonstrationis rationem adstrictis argumentis usum esse, sive quæ, teste Davide, l. l. v. 33, Alexandri Aphrodisæi sententia fuerat, in acroamaticis libris Aristotelem quæ sibi ipsi visa sint exposuisse, in dialogicis vero quæ aliis; deinde quæ iidem de genere dicendi magis perspicuo asserunt, quo, ut in epistolis, ita et in dialogis usum esse Aristotelem affirmant, jam omnia fere habemus testimonia de hoc scriptorum genere apud antiquos philosophi interpretes obvia. Cum eorum de hac re nimia brevitate et illud optime congruit, quod in omnibus eorum copiosissimis commentariis vix semel iterumve ex Aristotelis dialogis nonnulla proferuntur. Cujus quidem rei nulla alia quærenda est causa, quam quod, excepto fortasse Alexandro Aphrodisæo, ceteris omnibus philosophi interpretibus, quos hodie legimus, fama tantum modo obscuriore quadam innotuisse videntur Aristotelis dialogi. Unde et illud accidit, ut, licet pauca de illis afferant, nonnulla minus recte de iis tradidisse

videantur. De hac tamen re postea dicemus, nunc ad illa jam transeundum est testimonia, quæ de Aristotelis dialogis apud alios inveniuntur antiquos scriptores, qui sive ipsi hoc genus philosophi librorum lectitare potuerant, sive aliorum de iis judicia retulerunt. Quorum utrum Basilius fecerit incertum est, in cujus epistola 167, t. III, p. 187, C ed. Paris., hæc occurrunt : Τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων οἱ τοὺς διαλόγους συγγράψαντες, Ἀριστοτέλης μὲν καὶ Θεόφραστος εὐθὺς αὐτῶν ἦσαν τῶν πραγμάτων, διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτοῖς τῶν Πλατωνικῶν χαρίτων τὴν ἔνδειαν· Πλάτων δὲ τῆ ἐξουσίᾳ τοῦ λόγου ἑμοῦ μὲν τοῖς δόγμασι μάχεται, ἑμοῦ δὲ καὶ παρακωμῶδει τὰ πρόσωπα, Θερασμάχου μὲν τὸ θρασὺ καὶ ἰταμὸν διαβάλλων, Ἰππίου δὲ τὸ κοῦφον τῆς διανοίας καὶ χαῦνον, καὶ Πρωταγόρου τὸ ἀλαζονικὸν καὶ ὑπέροχον. Ὅπου δὲ ἀόριστα πρόσωπα ἐπιστάγει τοῖς διαλόγοις, τῆς μὲν εὐκρινείας ἕνεκεν τῶν πραγμάτων κέχρηται τοῖς προσδιαλεγομένοις, οὐδὲν δὲ ἕτερον ἐκ τῶν προσώπων ἐπισκυκλιῖται ὑποθέσειν, ἅπαρ ἐποίησεν ἐν τοῖς Νόμοις.

Etsi vero non ita multa sunt, quæ ex hac cum Platonicis Aristoteleorum dialogorum comparatione colligi possunt, illud tamen extra dubitationem positum videtur, minorem artem Aristotelis et Theophrasti dialogos, præsertim in effingendis interlocutorum moribus, ostendisse, sed quum magis in rebus ipsis doctrinisque exponendis versarentur, præterea proœmiis instructos fuisse, quibus Platonicæ dialogi carebant. Qualia vero hæc proœmia fuerint, quibus, præter Theophrastum, Heraclidem quoque Ponticum, qui et ipse Aristotelis discipulus fuit, usum esse testatur Proclus in Platonis Parmenidem, p. 54 ed. Cousin, et quidem ita, ut uterque justam reprehensionem non effugerint, quum, ut dicit, παντελῶς ἀλλότρια τὰ προόμια τῶν ἐπομένων essent, optime a Cicerone docemur, qui se in hac re Aristotelis morem imitatum esse affirmat. Quum enim ab Attico rogatus esset, ut Varroni locum in libris De republica tribueret, id se in dialogo propter temporum rationem facere non

posse respondit, statim vero addit, Ep. ad Att. IV, 16 : *Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor proœmiis, ut Aristoteles in iis quos ἔξωτερικὸς vocat, aliquid efficere ut istum non sine causa appellarem.* Ex hoc vero loco (cum quo cf. Epist. ad Att. XVI, 6, et XIII, 32) fortasse explicanda sunt quæ apud eundem Ciceronem alibi leguntur, Ep. ad divers. I, 9, 23 : *Scripti igitur Aristotelis more, quemadmodum quidem volui, tres libros in disputationibus ac dialogo de Oratore, ita ut, quæ hîc disputationes vocantur, nihil aliud sint quam ipsa illa proœmia, in quibus ipsius auctoris exponitur sententia. Quod si verum est, non jam huic loco alter repugnabit, in quo ita Cicero, Epist. ad Att. XIII, 19, 4 : Sunt etiam de Oratore nostri tres, mihi vehementer probati. In eis quoque eæ personæ sunt, ut mihi tacendum fuerit. Crassus enim loquitur, Antonius, Catulus senex, C. Julius frater Catuli, Cotta, Sulpicius. Puerio me hic sermo inducitur, ut nullæ esse possent meæ partes. Quæ autem his temporibus scripsi Ἀριστοτελειον morem habent : in quo sermo ita inducitur ceterorum, ut penes ipsum sit principatus. Ita confeci quinque libros περὶ τελῶν, ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni, περιπατητικὰ M. Pisoni darem.* Ad hos vero quum tertius accedit locus, in quo rursus de Aristoteleo more loquitur Cicero, de Oratore III, 21, 80 : *Sin aliquis extiterit aliquando, qui Aristoteleo more in utramque partem possit dicere, et in omni causa duas contrarias orationes, præceptis illius cognitis, explicare aut hoc Arcesilæ modo et Carneadis contra omne quod propositum sit disserat; quique ad eam rationem adjungat hunc rhetoricum usum moremque exercitationemque dicendi, is erit verus, is perfectus, is solus orator; tria sunt, nisi fallor, quæ Aristoteli in scribendis dialogis propria fuisse dicit Cicero : primum, ejus singulos dialogos e duabus quasi partibus constitisse, et ita quidem ut cuique libro præmitteretur proœmium; deinde ipsum Aristotelem in dialogo partes egisse; postremo vero, contrarias in illis sententias expositas fuisse auctoremque in eo a Platone, Arcesilao ceterisque Socraticis diversum fuisse, ut, quid ipse sentiret, ostenderet (cf. Cic. de Orat. III, 18, 67).*

Ex his satis liquet nullo modo probari posse a Rosio nuper prolatam opinionem, quam etsi sæpius affirmet (cf. p. 25 et alibi), nullo tamen satis firmo argumento probat : scilicet in dialogis, quæ Aristoteli tribuuntur, Socratem ipsum loquentem inductum fuisse. Hæc enim sententia, ut jam ex immutata dialogorum ratione, non amplius Socraticorum, minus probabilis fit, plane ever-

tur non solum Ciceronis verbis quæ jam supra ex Epistolis ad Attic. XIII, 19, 4 attulimus, sed et iis quæ in Epistola ad Quintum fratrem, III, 5, scripsit, nempe ipsi Aristoteli in iis quæ de republica et præstante viro scripserit, id est, sive in dialogo de Justitia, sive in illo qui Πολιτικὸς nominabatur, suas partes fuisse. Nec minus egregium de hac re Procli exstat testimonium apud Joannem Philop. De mundi ætern. II, 2, fol. B, 1 verso, quod infra inter fragmenta dialogi de Philosophia apposuimus. Ceterum de personis quas Aristoteles in dialogis induxerit, veræne an fictæ fuerint, nihil amplius compertum habemus, nisi quod de hac re ex antiquiore fortasse fonte acceptum tradit Joannes Philoponus in Categor. p. 36, B., 28 : Ἐν δὲ γὰρ τοῖς διαλογικοῖς, ἂν πρὸς τοὺς πολλοὺς αὐτῶν γέγραπται, καὶ ὄγκου φροντίζει τινὸς καὶ περιεργίας λέξιν καὶ μεταφορὰς, καὶ πρὸς τὰ τῶν λεγόντων πρόσωπα σχηματίζει τὸ εἶδος τῆς λέξεως, καὶ ἀπλῶς ὅσα λόγου ὄλδι καλλωπίζει τὴν ἰδέαν, quæ tamen, vereor, non minus temere dicta sunt quam quæ cum apud Ammonium in Categor. f. 4 recto : Διαλογικὰ δὲ ὅσα μὴ ἐξ οἰκείου προσώπου συνέγραψεν, ἀλλ' ὡσπερ ὁ Πλάτων ὑποκρινόμενος ἑτέρων πρόσωπα, tum apud alios philosophi interpretes de ejus dialogorum laudibus leguntur. Quod si illos silentio prætermittimus locos, in quibus illud tantum modo affirmatur, in dialogis multo magis perspicuo usum fuisse dicendi genere Aristotelem, asserendi hîc præsertim erunt Themistius, qui ita in Orat. XXVI, p. 319, D Hard : Καὶ οἱ μὲν δημοφιλῆς καὶ πρὸς τὸ πλῆθος ἰσχυρασμένοι (λόγοι, id est dialogi) οὐ παντάπασι φωτὸς τι εἶσιν ἀνάπλευ καὶ διαυγίης· καὶ τὸ ὠφέλιμον αὐτῶν ἀτερπὲς καὶ ἀνήδονον, ἀλλ' ἐπιπέγνυται Ἀφροδίτη, καὶ Χάριτις ἐπαυθῶσι τοῦ ἐφοκῶν εἶναι, et, qui ex hoc vel simili fortasse loco profecit, David. in Categ. p. 26, B, 35, cujus verba egregie ita emendavit Bernays, *dic Dialoge des Aristoteles*, p. 137 : Ἐν μὲν τοῖς διαλογικοῖς τοῖς ἑξωτερικοῖς σαφῆς [ἔστιν]; ὡς πρὸς τοὺς ἕξω φιλοσοφίας διαλεγόμενος, ὡς δὲ ἐν διαλεκτικοῖς (scribendum videtur διαλογικοῖς) ποικίλος ταῖς μιμήσεσιν, Ἀφροδίτης ἐνόμου γέμων (pro eo quod editum est : Ἀφροδίτης ὄνομα τέμων) καὶ χαρίτων ἀνάμεστος. His vero atque talibus, luxuriantibus quasi laudibus, vix multum juvamus, ut rectam atque sinceram Aristoteleorum dialogorum imaginem animo informemus. Ecce vero rursus multo locupletiores et integriores testem habemus Ciceronem, cujus, licet contrarium nonnulli affirmare conati sint, quæcumque de Aristotelis dicendi genere attulit., ad solos dialo-

gos pertinent. De his igitur accipienda sunt, quæ apud illum de Aristotelis sive *subtilitate* sive *copiâ* leguntur, de Divin. II, 1, Oratore c. 1; ad hos præclara illa laus est referenda, qua Academ. II, 41, Stoico *syllabatim dicenti*, Aristoteles *aurum flumen orationis fundens* opponitur. Nec minus in eisdem solos cadunt *ornamenta illa orationis* Platonis, Aristotelis et Theophrasti, propter quorum neglectiorem severe notatur Epicurus, de Finibus I, c. 14, aut *dicendi illa brevitatis et suavitatis*, quam cum Cicerone de Inventione I, 2, cf. de Oratore I, 11, laudat etiam Quintilianus de Inst. Orat. X, 1, 83, ipsa denique *pigmenta Aristotelis*, de quibus loquitur in Epist. ad Attic. II, 1, quæ nihil aliud sunt atque illæ *χάριτες* quas laudat Demetrius de Elocutione § 128, cui frustra contra codicum auctoritatem Aristophanis nomen obtruserunt editores (1). Quid, quod et quæ duobus in locis apud Dionysium Halicarnasense leguntur de Aristotele iudicia, De verb. copia c. 24 : Φιλοσόφων δὲ κατ' ἔμην δόξαν, Δημόκριτός τε καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης (ἀξιοθέατοί εἰσιν). Τούτων γὰρ ἑτέρους εὐρεῖν ἀμήχανον ἀμεινον κεράσαντας τοὺς λόγους, præsertim vero in Cens. vett. script. c. 4 : Παράκληπτόν δὲ καὶ Ἀριστοτέλη εἰς μίμησιν τῆς τε περὶ τὴν ἑρμηνείαν δεινότητος καὶ τῆς σαφηνείας, καὶ τοῦ ἡδέος καὶ πολυμαθοῦς· τοῦτο γὰρ ἔστι μάλιστα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς λαβεῖν, rectius ad dialogos quam ad cetera philosophi scripta referentur. Quod si quæ apud Dionem Chrysostomum de his referuntur, Orat. LIII, p. 634 Emper. : Καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης, ἀφ' οὗ φασι τὴν κριτικὴν τε καὶ γραμματικὴν ἀρχὴν λαβεῖν, ἐν πολλοῖς διαλόγοις περὶ τοῦ ποιητοῦ διέξεισι, θαυμάζων αὐτόν, ὡς τὸ πολὺ, καὶ τιμῶν· ἔτι δὲ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός, τούτων δὲ πρότερος Πλάτων παναχῶ μίμνηται, jam omnia testimonia habebimus, quæ de hoc Aristotelis scriptorum genere ab antiquis tradita sunt, nisi quis, quod nobis quidem verisimile videtur, de his quoque accipienda putet quæ in Epit. Athen. II, p. 60, D, leguntur : Ὅτι Κηφισόδορος ὁ Ἰσοκράτους μαθητὴς ἐν τοῖς κατὰ Ἀριστοτέλους, τέσσαρα δ' ἔστι ταῦτα βιβλία, ἐπιτιμᾷ τῷ φιλοσόφῳ, ὡς οὐ ποιήσαντι λόγου ἀξίον τὸ παροιμίας ἀρθοῖσαι, Ἀντιφάνους ἔλον ποιήσαντος δράμα τὸ ἐπιγραφόμενον Παροιμίας. Hæc enim verba vereor ut illorum opinioni faveant, qui, ut a C. Müllero, Fragm. Hist. gr. t. II, p. 188, factum est, Aristoteli proverbiorum collectionem tribuerunt, collato titulo in Diog. L. indice (138) Παροιμίας, α'. Multo illud verisimilius puto Aristotelem a Cephisodoro ob frequentiam proverbiorum ir-

risum fuisse, quæ in dialogis adhibuerit. Cf. infra fr. 4 dial. de Philosophia, et de Cephisodoro cf. C. Müller. Fragm. Hist. gr. t. II, p. 85, et Bernays. l. 1. p. 151.

Sed jam ad aliam quæstionem transeamus et quidem sæpius tractatam : num qui vocantur apud philosophum *ἔξωτεροὶ λόγοι*, de dialogis intelligendi sint. De hac re, si Ciceronem audimus testem, vix ulla dubitatio esse poterit. Cujus a multis impugnatam auctoritatem nuper defendere suscepit, acutissimi viri iudicii, Bernaysius, in libro jam supra laudato, *die Dialoge des Aristoteles*, Berlin, 1863, in quo, post ea quæ de hac re nostra quidem memor a Madvigio, in excursu ad Ciceron. de Finibus, V, 5, 12, Ravaisson, *Essai sur la Métaphysique*, t. I, p. 229, Zeller, *Geschichte der Philosophie der Griechen*, t. II, p. 2, pag. 101, Thurot, *Etudes sur Aristote*, p. 210, Rosio aliisque disputata sunt (1), illud demonstrare conatus est, Aristotelem in omnibus iis locis, quibus ad *ἔξωτερους λόγους* provocat, certum quandam e suis dialogice scriptis libris designare voluisse. Huic vero sententiæ cum ea quæ jam supra attulimus Ciceronis verba, tum præcipue favent quæ idem in libris de Finibus V, 5, 12, dicit : *De summo autem bono, quia duo genera librorum sunt (Aristotelis et Theophrasti), unum populariter scriptum, quod ἔξωτικὸν appellabant; alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt, non semper idem dicere videntur, nec in summa tamen ipsa aut varietas est ulla, apud hos quidem quos nominavi, aut inter ipsos dissensio, præterea vero antiquorum fere omnium philosophi interpretum consensus, τὰ ἔξωτερικὰ nihil aliud quam dialogos esse affirmantium* (cf. David, in Categ. p. 24, B, 10, Amm. ib. f. 7 recto, Simplic. ib. f. 1, E, Joann. Philop. ib. p. 35, B, 37 Brand).

Quod si tamen ex ipsius Aristotelis verbis dijudicare quæstionem aggredimur, jam major quædam relinquetur obscuritas. Aut enim illud concedi necesse erit, non semper idem significare apud Aristotelem, quos vocat *ἔξωτερικὸς λόγους*, aut latiore sensu hæc verba usurpata fuisse, ita ut non de dialogis, sed fortasse ne de solis libris quidem accipi possint. Quod ostendent qui hîc in censum vocandi sunt Aristotelis loci, quorum qui sequuntur, Ethic. Nicom. I, 13, 9 : *Ἀέγεται δὲ περὶ αὐτῆς (τῆς ψυχῆς*

(1) Cf. Blass, *die griechische Beredsamkeit in dem Zeitraum von Alexander bis auf Augustus*, Berlin, 1865, p. 51.

(1) Bernaysii sententia impugnata est a Forchhammero, *Aristoteles und die exoterischen Reden*, Kiel, 1864 et Spengel, *Aristotelische Forschungen*, I, Heft, München, 1864, p. 13, sqq.

scil.) καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρχοῦντως ἓνια καὶ χρῆστέον αὐτοῖς. Ibid. VI, 4, 1 : Πιστεύομεν δὲ περὶ αὐτῶν (περὶ τῆς ποιήσεως καὶ τῆς πράξεως scil.) καὶ τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις. Polit. III, 4, 4 : Τῆς ἀρχῆς τοὺς λεγομένους τρόπους ῥᾶδιον διαλεῖν· καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις διορίζεσθαι περὶ αὐτῶν πολλάκις. Ibid. VII, 1, 2 : Νομίσαντας οὖν ἱκανοὺς πολλὰ λέγεσθαι καὶ τῶν ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις περὶ τῆς ἀρίστης ζωῆς, καὶ νῦν χρῆστέον αὐτοῖς, tales ferme sunt, ut illorum opinioni non repugnent, qui de dialogis, ab ipso philosopho editis, intelligendos esse arbitrantur. Quia et in hanc sententiam interpretanda esse ea quæ alibi de ideis dicit philosophus, *Metaphys. XII, 1, 2* : Τεθρόλληται γὰρ τὰ πολλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων, satis magna ex iis oritur probabilitas, quæ jam supra memoravimus Procli apud Joannem Philoponum verba (cf. infra fragmenta dialogi de Philosophia, 14), cum quibus conjungendus est similis plane Plutarchi locus, *adv. Colotem c. 14* : Τὰς γε μὴν ἰδέας, περὶ ὧν ἐγκαλεῖ τῷ Πλάτωνι, πανταχοῦ κινῶν ὁ Ἀριστοτέλης καὶ πᾶσαν ἐπάγων ἀπορίαν αὐταῖς, ἐν τοῖς ἠθικοῖς ὑπομνήμασιν, ἐν τοῖς φυσικοῖς, διὰ τῶν ἐξωτερικῶν διαλόγων, φιλονεικώτερον ἐνίοις ἔδοξεν ἢ φιλοσοφώτερον ἐκ τῶν δογματικῶν τούτων ὡς προθέμενος τὴν Πλάτωνος ὑπεριδεῖν φιλοσοφίαν· οὕτω μακρὰν ἦν τοῦ ἀκοουθαίν.

Ab his vero, quos hucusque laudavimus, plane diversa est ratio loci in libris *Physicorum*, IV, 10, 1 *obvii*, ubi, de tempore locuturus, ita Aristoteles : Πρῶτον δὲ καλῶς ἔχει, inquit, διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ καὶ διὰ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων, πότερον τῶν ὄντων ἔστιν ἢ τῶν μὴ ὄντων, εἴτα τίς ἢ φύσις αὐτοῦ. Hic enim per ἐξωτερικοὺς λόγους aperte illa designat, quæ ipse per totum sequens caput exposuit. Alia quoque neque minor inde oritur difficultas, quod et in iis scriptis, quæ, etsi cum Aristoteleis cohærent, alium tamen auctorem habere manifestum est, ἐξωτερικοὶ λόγοι nominantur. Hoc duobus locis in *Ethicorum* libris, qui Eudemii vocantur, factum est, quorum priore I, 8, 5, ubi hæc de ideis : Εἰ δὲ δεῖ συντόμως εἰπεῖν περὶ αὐτῶν, λέγομεν ὅτι πρῶτον μὲν τὸ εἶναι ἰδέαν μὴ μόνον ἀγαθὸν ἀλλὰ καὶ ἄλλου ὄντος λέγεται λογικῶς καὶ κενῶς ἐπέσκεπται δὲ πολλοῖς περὶ αὐτοῦ τρόποις καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας, illud saltem docemur, quid in hoc dicendi genere ἐξωτερικοῖς λόγοις opponatur. Hunc vero non minus quam alterum, qui initio statim libri secundi legitur : Πάντα δὴ τὰγαθὰ ἢ ἐκτὸς ἢ ἐν ψυχῇ, καὶ τούτων ἀρετώτερα τὰ ἐν τῇ ψυχῇ, καθάπερ διαιρούμεθα καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, quum ex omni parte

illis respondeant, quos ex ipsius Aristotelis libris ductos, priores apposuimus, totam hanc quæstionem potius turbare quam illustrare, non facile negabis.

Restat ut quædam de duobus aliis locis addamus, in quibus, etsi loquendi genus, quo utitur philosophus, minus fortasse obscurum est, non tamen ab omnibus conceditur dialogorum mentionem ab eo fieri. Quum in primo libro de Anima c. 4, § 1, ad eorum sententiam pergeret, qui animam harmoniam esse putarent, ita locutus est philosophus : Καὶ ἄλλη δέ τις δόξα παραδέδοται περὶ ψυχῆς, πιθανὴ μὲν πολλοῖς ἦττον τῶν λεγομένων, λόγους δ' ὥσπερ εὐθύνας δεδωκυῖα καὶ τοῖς ἐν κοινῷ γιγνομένοις λόγοις (cod. τοῖς ἐν κοινῷ λεγομένοις)· ἁρμονίαν γὰρ τινὰ αὐτὴν λέγουσι, ubi antiqui interpretes ad unum omnes hoc in dialogis Phædone et Eudemo factum esse affirmant (cf. Eudemii fr. 8) : ita ut qui aut de solis Platoniorum sermonibus, quæ est Rosii sententia, aut de iis disputationibus, quales homines elegantiores instituere soleant, quam tuetur interpretationem novissimus librorum Aristotelis editor, Torstrick, cogitari possit, minime videam, præsertim quum et aliunde constet de harmonia disputatum fuisse in Eudemo (cf. fr. 8 et 10). Nec tamen ideo ex omni parte probare possum, quæ de hoc loco acute, ut solet, disputavit Bernays, in libro sæpius jam laudato, p. 14 ss., qui, quum egregie Aristotelis verba ita restituisset, ejecto aperto glossmate : Καὶ ἄλλη δέ τις δόξα παραδέδοται περὶ ψυχῆς, πιθανὴ μὲν πολλοῖς οὐδαμῆς ἦττον τῶν λεγομένων, ὥσπερ εὐθύνας δὲ δεδωκυῖα καὶ τοῖς ἐν κοινῷ γιγνομένοις λόγοις, de solo Eudemo hic agi demonstrare conatus est, sed subsistendum esse puto in iis quæ ex antiquiore procul dubio commentario ad hunc locum protulit Simplicius fol. 14, A (cf. fr. 8) : ita ut, quod et de ἐξωτερικοῖς λόγοις valet, philosophus consulto loquendi genere usus esse existimandus sit, quod, quum latius pateret, non solum quos ipse populariter conscripserat libros, sed et aliorum complecteretur (1).

(1) De hac re quod nuper observatum est a viris clarissimis et de Aristotelis interpretatione meritis, C. Thurot, *Revue critique*, Paris, 1866, t. II, p. 199, et Bonitzio, *Zeitschrift für die aesterr. Gymn.*, Wien, 1868, p. 777 et 812, nempe præsens verbi tempus γιγνομένοις nostræ huic interpretationi repugnare, ideoque verba philosophi in hunc sensum accipienda esse : *disputationes in commune institutæ*, id quominus rectum esse putem, doctissimorum virorum, quos nominavi, vix a me impetrare poterit auctoritas. Ne enim illud objiciam, verba γιγνομένοις λόγοις a corruptionis quadam suspitione libera non esse, quippe pro quibus in cod. Vatic. 1028 et apud Joannem Philoponum

Aliter vero de ultimo qui restat loco statuedum esse nemo facile negare poterit, nisi si quis verborum Aristotelis sensum ad opinionem detorquere aggressus erit. Quum enim philosophus ita dixisset in Poetica, c. 15, § 15 : Ταῦτα δὲ δεῖ διατηρεῖν, καὶ πρὸς τοῦτοις τὰ παρὰ τὰς εἴ ἀνάγκης ἀκολουθοῦσας αἰσθήσεις τῇ ποιητικῇ, καὶ γὰρ κατ' αὐτὰς ἔστιν ἀμαρτάνειν πολλὰκις· deinde vero addidisset : εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς ἐκδεδομένοις λόγοις ἱκανῶς, non minus hoc fit perspicuum de alio quodam libro, nec vero, ut locum Rosius interpretatus est, de iis quæ superioribus partibus ejusdem libri dicta erant, locutum esse poetam, quam illud, hunc librum vix alium esse posse quam dialogum de Poetis, ita, ut nisi postea additus esse demonstretur locus, tenemus jam testimonium, quo tota illa quæ de Aristotelis dialogis, quasi supposititiis et philosopho indignis, nuper exposita est sententia concidat.

Sed missa jam tota hac disputatione, qua quidem res adumbrari potius quam absolvi potuit, ad singulos dialogos pergamus. In recensendis iis e quibus fragmenta servata sunt, secuti sumus ordinem quo apud Diogenem enumerati sunt, nisi quod ad ultimos attinet titulos, quos meliore ordine servasse videtur Anonymus.

ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ.

Ad nullos alios libros quam ad dialogum περὶ Δικαιοσύνης, quem primum uterque recenset index (*de Justitia*, l. IV, Dschemal., 4), referri posse, quæ post satis magnam lacunam in Ciceronis libris de Republica III, c. 8, leguntur : ... *et reperiret et tueretur; alter autem de ipsa justitia quattuor implevit sane grandes libros. Nam a Chrysippo nihil magnum nec magnificentum desideravi, qui suo quodam more loquitur, ut omnia verborum momentis, non rerum ponderibus examinet. Illorum fuit heroum, eam virtutem, quæ est una, si modo est, maxime munifica*

λεγομένοις legatur, me non videre confiteor, cur tunc præterito tempore διδωκυίας dixisset Aristoteles, nec διδούση? Quod si falsa opinione decipior, errorem condonabant viri humanissimi, in re tam lubrica præsertim commissum, et qui mihi, ut nunc video, cum Julio Pacio, haud spernendo Aristotelis interprete, communis est. Cf. ejus comm. in l. I. de Anima, p. 202 ed. Hanov. 1596.

et liberalis, et quæ omnes magis quam sepe diligit, aliis nata potius quam sibi, excitare jacentem et in illo divino solio non longe a sapientia collocare. Nec vero illis aut voluntas defuit (quæ enim iis scribendi alia causa, aut quod omnino consilium fuit?), aut ingenium, quo omnibus præstiterunt, cum et alia omnia indicant, tum, qui integris Ciceronis de Republica libris usus est, Lactantius, apud quem sæpius Aristotelis opus respicitur, licet ipsi Lactantio e Cicerone tantum innouerit. Ita enim ille, Institt. V, 17 : Nam Plato et Aristoteles honesta quidem voluntate justitiam defendere cupierunt, effecissentque aliquid, si conatus eorum bonos, si eloquentiam, si virtutem animi et ingenii, divinarum quoque rerum doctrina juvisset; ibid. c. 14 : Carneades autem, ut Aristotelem refelleret atque Platonem, justitiæ patronos, prima illa disputatione collegit ea omnia, quæ pro justitia dicebantur, ut posset illa, sicut fecit, evertere; Institt. Epit. ad Pentad. c. 55 : Plurimi quidem philosophorum, sed maxime Plato et Aristoteles, de justitia multa dixerunt, asserentes et extollentes eam summa laude virtutem, quod suum cuique tribuat, quod æquitatem in omnibus servet, et quum ceteræ virtutes quasi tacitæ sint, et intus inclusæ, solam esse justitiam, quæ nec sibi tantum conciliata sit, nec occulta, sed foras tota promineat, et ad bene faciendum prona sit, ut quam plurimis prosit; et paulo post : Nec immerito existit Carneades, homo summo ingenio et acumine, qui refelleret istorum orationem et justitiam, quæ fundamentum stabile non habebat, everteret : non quia vituperandam esse justitiam sentiebat, sed ut illos defensores ejus ostenderet nihil certi, nihil firmi de justitia disserere. Ne vero credas male hinc Carneadem pro Chrysippo induci, quippe quem Platonis et Aristotelis de justitia doctrinam impugnasse affirmit Plutarchus (cf. infra fragm. 4), tenendum est Lactantium de altera illarum notissimarum disputationum loqui, quam, improbante Catone, Romæ habuerat Carneades.

De horum librorum argumento, proxime ad Platonicos libros de Republica accedenti, de quibus, teste Proclo in Platon. Rempubl., p. 349 sq. Basil., multi ita statuerant, illos præcipue in quæstione de justitia versari, cf. Bernays, l. I. p. 48 sqq.

E LIBRO PRIMO.

1.

Suidas : Εὐρύβατος· πονηρός· ἀπὸ τοῦ πεμφθέντος ἐπὶ Κροίσου.... Νικάνδρος Αἰγιναιῶν Εὐρύβατον (λέγει) πανουργότατον, οὗ μνημονεύει Ἀριστοτέλης ἐν α' περὶ Δικαιοσύνης. Δούρις δὲ ἐν δ' τῶν περὶ Ἄγαθοκλῆα ἀπὸ τοῦ Οδυσσεύς ἑταίρου (fr. 38 Müll.) καὶ Ἀριστοφάνης Δαιδάλω.... Λέγεται τὸν Εὐρύβατον κλέπτην ὄντα, εἰρχθέντα καὶ παραφυλαττόμενον, ἐπειδὴ συμπίνοντες ἔλυσαν αὐτὸν οἱ φυλάσσοντες καὶ ἐκέλευσαν ἐπιδείξασθαι τὴν ἐπὶ τοὺς οἴκους ἀναρρίχῃσιν, τὸ μὲν πρῶτον διωθεῖσθαι δεομένων δὲ ὡς οὐ βουλόμενον, ἐπεὶ μόλις ἀνέπεισαν· περιθήμενος τοὺς σπόγγους καὶ τὰς ἔγκεντριδας ἀναδραμεῖν εἰς τοὺς τοίχους· ἀναβλέποντες δὲ ἐκείνοι καὶ θαυμάζοντες τὰς τέχνας, λαβεῖν αὐτὸν τὸν ὄροφον καὶ ὑπερβάλλοντα, πρὶν ἐκείνοι κύκλω περιέλθωσι, διὰ τοῦ τέλους καταπηδῆσαι.

Eadem apud Apostolium Prov. VIII, 12 (ubi tamen male in πρώτη περὶ Δικαιοσ.) et Arsenium, XXV, 16. Narrationem totam apud Aristotelem exstitisse colligas, si fides adhibenda est, e Gregorio Corinthio ad Hermogenem περὶ Μεθόδου δεινότητος, c. 19, t. VII, part. 2, p. 1277 Walz. (cf. Anonym. ad eundem, t. V, p. 568 Walz.) : Εὐρύβατου πρᾶγμα (quæ verba sunt Demosthenis Or. de Corona § 24)· ὁ Εὐρύβατης (ὁ δὲ Εὐρύβατος παλιμβ. cod. Monac.) οὗτος παλιμβολος γέγονεν ἀνὴρ· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης κλέπτην μὲν αὐτὸν γενέσθαι, ἀλόγῃ δὲ ἐπ' αὐτοφώρῃ δεθῆναι καὶ δημοσίᾳ φυλάττεσθαι· κάπειτα τοὺς φυλάττοντας ἐπιθυμοῦντας θεάσασθαι, ὅπως διὰ τῶν τοίχων ἀνῶν εἰς τὰς οἰκίας παρῖοι (πάρεισι Mon.), λύσαντάς τε (πέως recte Mon.) αὐτὸν ἐπιδείκνυσθαι παρακαλεῖν· τὸν δὲ τὰς τε ἔγκεντριδας ὑποδυσάμενον (ὑποδησάμενον conj. Reiskius) καὶ τοὺς σπόγγους λαβόντα,

ἀναβῆναι τε βῆστα, καὶ τὸν ὄροφον τῆς οἰκίας ἐξελεῖν, εἶτα ἐν ὄσῳ περιήσαν οἱ φύλακες ἐτέρωθεν, ὅπως λάβοιεν (καταλάβοιεν Mon.) κατιόντα, οἰχῆσθαι φεύγοντα· ἄλλοι δὲ φασιν ἀνδρα τοῦτον εἶναι Ἐφέσιον. De qua re vide Ephorum apud Suidam (fr. 100 Müll.), Harpocrat. s. v., Eustathium ad Odys. p. 1864.

E LIBRIS INCERTIS.

2.

Demetrius de Elocutione § 28 : Οὗτε δῆτα ἐν δεινότητι χρῆσιμα τὰ τοιαῦτα (ὁμοιοτέλευτα), ὡς ἰδειξα, οὔτε ἐν πάθει καὶ ἤθει· ἀπλοῦν γὰρ εἶναι βούλεται καὶ ἀποίητον τὸ πάθος, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἤθος. Ἐν γούν τοῖς Ἀριστοτέλους περὶ Δικαιοσύνης ὁ τὴν Ἀθηναίων πόλιν ὀδυρόμενος εἰ μὲν οὕτως εἶποι ὅτι « Ποίαν τοιαύτην πόλιν εἶλον τῶν ἔχθρῶν, οἶαν τὴν ἰδίαν πόλιν ἀπόλωσαν », ἐμπαθῶς ἂν εἰρηκῶς εἶη καὶ ὀδυρτικῶς· εἰ δὲ παρόμοιον αὐτὸ ποιῆσει· « Ποίαν γὰρ πόλιν τῶν ἔχθρῶν τοιαύτην ἔλαβον, ὅποιαν τὴν ἰδίαν ἀπέβαλον, » οὐ μὰ τὸν Δία πάθος κινήσει, ἀλλὰ τὸν καλούμενον κλαυσιγέλωτα. Τὸ γὰρ ἐν πενθοῦσι παίζειν κατὰ τὴν παροιμίαν τὸ τὰ τοιαῦτα ἐν τοῖς πάθει κακοτεχνεῖν ἐστίν.

Ut majorem etiam clausularum, de quibus loquitur rhetor, vim efficeret, Muretus in *Variis Lectionibus*, I. I, c. 16, non male conjecit pro ἔλαβον, ἀπέβαλον. Ceterum mihi nullo modo persuadere possum priorem locum, non vero posteriorem ab Aristotele in dialogo positum fuisse, ut Rosius et Bernaysius l. l. p. 49 voluerunt. Minime tamen vituperatio in ipsum Aristotelem cadit, sed in illum, qui a Demetrio ὁ ὀδυρόμενος τὴν Ἀθηναίων πόλιν vocatur, sine dubio rhetor aliquis, cujus ridiculum dicendi genus cavillatus erat Aristoteles. Cf. Theophrast.

E LIBRO PRIMO.

1.

Nicanor Aeginaxum Eurybatum fuisse tradit hominem callidissimum, cujus meminit Aristoteles in primo de Justitia. Hic Eurybatus versutus homo fuit. Aristoteles autem narrat illum latronem fuisse, in ipso vero furto deprehensum in vincula conjectum et in publica custodia habitum esse. Deinde vero custodientes, spectare cupientes, quomodo per parietes in aedes ascenderet atque penetraret, vincula illi detraxisse atque ut ostenderet hortatos fuisse. Illum igitur, aptatis sibi spongiis et stimulis, facillime ascendisse tectamque aedium attigisse, deinde dum custodes, ut eum deprehenderent, ex aia

parte circumirent, descendisse atque in fugam se dedisse.

E LIBRIS INCERTIS.

2.

Talia vero (quæ Græci ὁμοιοτέλευτα vocant) quoties acres esse volumus, utilia non sunt, sicut ostensum est, neque etiam in affectibus et moribus. Simplex enim debet esse affectus, neque in eo adscitum aliquid : eodem modo et mores. Quare, qui apud Aristotelem, in iis quæ de Justitia scripsit, rempublicam Atheniensium deplorat, sic si dixisset, nullo adhibito ornatu : « Qua tali urbe hostium politi sunt, qualem suam propriam amiserunt », cum affectu utique dixisset et lugubriter. Sin si

ap. Dionys. de Lysia, c. 14 : Θεόφραστος ἐν τοῖς περὶ Λέξιως γραφεῖσι τῶν τε ἄλλων καταμέμεται τῶν περὶ τὰς ἀντιθέσεις καὶ παρισώσεις καὶ παρομοιώσεις καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις σχήματα διεσπουδαχότων, καὶ δὴ καὶ τὸν Λυσίαν ἐν τούτοις καταριθμεῖ, cum ipsius Theophrasti verbis : (τῶν ἀντιθέσεων) τὸ ἴσον καὶ τὸ ὅμοιον παιδιῶδες, καθὰ περὶ ποίηκα, διὸ καὶ ἤττον ἀρμόττει τῇ σπουδῇ, quæ aperte in Isocrateos dicta sunt.

3.

Boethius in Arist. de Interpret. ed. sec. sive majorum Comment. l. I, f. 85, B ed. Venet. 1499; p. 298 ed. Basil. 1570; e Porphyrii commentario in librum de Interpretatione : *Sed Porphyrius hanc ipsam plenius causam originemque sermonis hujus ante oculos collocavit, qui omnem apud primos philosophos de significationis vi contentionem litemque retexit. At namque dubie apud antiquorum philosophorum sententias constitisse, quid esset proprie quod vocibus significaretur. Putabant namque alii res vocibus designari..... alii vero incorporeas quasdam naturas..... alii vero sensus, alii imaginationes significari vocibus arbitrabantur. Quum igitur ista esset contentio apud superiores et hoc (hæc Basil.) usque ad Aristotelis pervenisset ætatem, necesse fuit, ut qui nomen et verbum significativa esse dicturus erat (esset diffiniturus Basil.), prædiceret quorum ista designativa sint. Aristoteles enim nominibus et verbis res subjectas significari non putat, nec vero sensus vel etiam imaginationes; sensuum (sensus Basil.) quidem non esse significativas voces nomina et verba in opere de Justitia sic (sic omisit Basil.) declarat dicens : Φῶσι γὰρ διηρέθησαν τὰ τε νοήματα καὶ τὰ αἰσθήματα, quæ interpretari latine potest (legendum est sive potest, sive supra quod) hoc modo : Natura enim*

sunt diversa intellectus et sensus. Differre igitur aliquid arbitratur sensus atque intellectus, sed qui passiones animæ a vocibus significari dicit, is non de (de om. Basil.) sensibus loquitur. Sensus enim passiones corporis sunt... Neque magis de imaginationibus, ut probatur in libris de Anima (III, c. 8). Intellectus igitur vult. Conferre jubet Rose Aristot. Ethic. Nicom. X, 5; III, 10, Ethic. Eudem. III, 2, Problem. XXXIII, 7. Vide præterea Trendelenburg. in comm. ad Arist. de Anima III, 3, § 3.

4.

Plutarch. de Stoicor. repugn. c. 13 : 'Ἄλλ' αὐτός γε πάλιν (ὁ Χρῆσσιππος) ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Δικαιοσύνης φησὶν ὅτι δικαιοσύνην ἀναίρουσιν οἱ τέλος ὑποτιθέμενοι τὴν ἡδονήν· οἱ δὲ μόνον ἀγαθὸν εἶναι λέγοντες οὐκ ἀναίρουσιν..... Ib. c. 15 : Πάλιν ἐν μὲν τοῖς περὶ Δικαιοσύνης ὑπειπὼν ὅτι τοὺς ἀγαθὸν ἀλλὰ μὴ τέλος τιθεμένους τὴν ἡδονὴν ἐνδέχεται σώζειν καὶ τὴν δικαιοσύνην... 'Ἐν δὲ τοῖς πρὸς Πλάτωνα, κατηγορῶν αὐτοῦ δοκοῦντος ἀγαθὸν ἀπολιπεῖν τὴν ὑγίαν, οὐ μόνον τὴν δικαιοσύνην φησὶν ἀλλὰ καὶ τὴν μεγαλοψυχίαν ἀναρῆσθαι καὶ τὴν σωφροσύνην καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἀπάσας, ἂν ἢ τὴν ἡδονὴν ἢ τὴν ὑγίαν ἢ τι τῶν ἄλλων, ὃ μὴ καλὸν ἐστίν, ἀγαθὸν ἀπολίπωμεν. Ἄ μὲν οὖν ρητέον ὑπὲρ Πλάτωνος, ἐν ἄλλοις γέγραπται πρὸς αὐτόν. 'Ἐνταῦθα δ' ἡ μάχη καταφανής ἐστίν, ὅπου μὲν, ἂν μετὰ τοῦ καλοῦ τις ὑποβῆται καὶ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι, σώζεσθαι δικαιοσύνην λέγοντος, ὅπου δὲ πάλιν τοὺς μὴ μόνον, τὸ καλὸν ἀπολιπόντας, αἰτιωμένου τὰς ἀρετὰς ἀπάσας, ἀναρῆναι. 'Ἰνα δὲ μὴδ' ἀπολογίαν ὑπολίπη τοῖς ἐναντιώμασιν, Ἀριστοτέλει περὶ Δικαιοσύνης ἀντιγράφων, οὐ φησὶν αὐτὸν ὁρθῶς λέγειν, ὅτι, τῆς ἡδονῆς οὐσης τέλους ἀναρῆται μὲν ἡ δικαιοσύνη, συναρῆται δὲ τῇ δικαιοσύνη καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἕκαστη· τὴν μὲν γὰρ δικαιοσύνην ὑπ'

militer desinentes syllabas in membrorum clausulis fecerit : « Quam enim urbem hostium talem ceperunt, qualem suam hoc bello amiserunt », nullum mehercule affectum movebit, nec misericordiam, sed clausigelota qui Græcis dicitur (i. e. *setum cum risu*). Nam in lugentibus ludere, ut proverbio fertur, hujuscemodi in affectibus, pravo est artificio uti.

4.

Ipse autem Chrysippus tertio de Justitia libro dicit, justitiam ab iis tolli, qui voluptatem pro summo bono habeant, qui tantum bonum esse dicant, nihil ei nocere..... In illis quæ contra Platonem scripsit, quum eum reprehendisset, qui sanitatem inter bona reliquias videretur :

non justitiam modo sed et magnanimitatem et temperantiam et omnes reliquias virtutes sublatum iri affirmat : si voluptatem, aut bonam valetudinem, aut aliam ullam rem, quæ non sit absolute honesta, in bonorum censu haberi patiamur. Quæ pro Platone dici possunt alibi a nobis contra eum scripta sunt. Hic autem repugnantia est manifesta. Uno enim in loco dicit, si quis una cum honesto etiam voluptatem dicat esse bonum, salvam esse justitiam : altero, nisi solum honestum pro bono habeatur, omnes tolli virtutes. Ac ne quam suis repugnantibus relinqueret excusationem, contra Aristotelem de justitia scribens, non recte eum dicere inquit, si voluptas pro fine statuat, tolli justitiam et una ceteras omnes virtutes. Justitiam enim vere sublatum iri : reliquæ quin maneat

αὐτῶν ὡς ἀληθῶς ἀναιρεῖσθαι, τὰς δ' ἄλλας ἀρετὰς οὐδὲν κωλύειν ὑπάρχειν, εἰ καὶ μὴ δι' αὐτὰς αἰρετὰς, ἀλλ' ἀγαθὰς γούν καὶ ἀρετὰς ἰσομνάς· εἴτα ἑκάστην ἐξ ὀνόματος προσαγορεύει.... Τίς οὖν τούτου πρὸς λόγους ἰταμώτερος γέγονεν, ὅς δεῦν τῶν ἀρίστων φιλοσόφων ἐγκέκληκε τῷ μὲν ὅτι πᾶσαν ἀρετὴν ἀναιρεῖ, μὴ μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν ἀπολιπὼν, τῷ δ' ὅτι, τῆς ἡδονῆς τέλος οὐσης, οὐ πᾶσαν ἀρετὴν ἀνευ τῆς δικαιοσύνης σώζεσθαι νομίζει; Θαυμαστὴ γὰρ ἡ ἐξουσία, περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων διαλεγόμενον ἂν τίθησιν αὐτὸς ἐγκαλῶν Ἀριστοτέλει, ταῦτ' ἀναιρεῖν πάλιν Πλάτωνος κατηγοροῦντα. In libro adversus Stoicos, c. 25, de eodem Chrysippo ita loquitur Plutarchus: 'Ἐν δὲ τοῖς περὶ Δικαιοσύνης εἰ μὲν τις ὑπόθοιτο τὴν ἡδονὴν τέλος, οὐκ οἶσται σώζεσθαι τὸ δίκαιον· εἰ δὲ μὴ τέλος ἀλλ' ἀπλῶς ἀγαθόν, οἶσται.

Sententias impugnatas a Chrysippo ad dialogum περὶ Ἡδονῆς referre maluit Zeller, *die Philosophie der Griechen*; t. II, 2, p. 73, 88. Cf. Bernays, l. l. p. 152 seq.

5.

Proclus schol. in Hesiod. Opp. v. 359, p. 194 Gaisford (Plutarchi Opp. ed. Dübner, t. V, p. 23) : « Εἰ γὰρ κεν καὶ μικρόν ». Δοκεῖ μὲν ἀπρητῆσθαι τοῦτο τοῦ προρρηθέντος· ἔχει δὲ καὶ συνέχειαν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὅτι κὰν ᾗ μικρόν τὸ ἀφαιρηθὲν, παρνοῖ τὸν ἀφαιρηθέντα διὰ τὴν ἀκούσιον ἀφαιρέσειν, ἐπήγαγεν ὅτι τὸ μικρόν ἐπισωρευόμενον μὲν μέγα τι γίνεται, ἀφαιρούμενον δὲ εἰς τὸ μηδὲν καταλήγει· ὥστε εικότως λυπεῖ καὶ τὸ μικρόν ἀφαιρούμενον. Καὶ εἰ τοῦτο ἀληθές, ὀρθῶς Ἀριστοτέλης ἔλεγεν, ὅτι χειρίστον τῶν ἐν τῷ βίῳ τὸ μὴ παρὰ τοῦτο λεγόμενον. Εἰ γὰρ καταφρονοῖτο ὡς μικρόν ἕκαστον καὶ ἐπιλέγοιμεν *Μὴ παρὰ τοῦτο*, κακῶς πράξομεν. Ἐν μὲν οὖν οἰκονομαίαις λιμώσομεν τοῦτο αἰετὶ ἐπάδοντες· ἐν δὲ τῇ διαίτῃ νοσήσομεν, πολλάκις μὲν παρορῶντες τὸ ὄρθον, λέγοντες δὲ ταύτην τὴν φωνήν· ἢ γὰρ καθ' ἐν ἕκαστον ἔλλειψις μεγάλῃν ἀθροίζει τοῖς παρορῶσι τὴν βλάβην.

5.

Si quidem enim parvum parvo addideris.... Hoc

Hæc e Plutarchi in Hesiodum commentariis ducta esse putat Wytenbachius fr. X, 17. De dicto μὴ παρὰ τοῦτο eundem confers in notis ad Plutarch. De sent. profectu in virtute, t. VI, 1, p. 607.

Præter hos locos, ad Aristotelis de Justitia libros libenter retulerim quæ apud Joannem Stobæum, tribus locis, nullo indicato libro, ex Aristotele, de θυμῷ disputante laudantur. Quod ut faciam præcipue Plutarchi adducor verbis, qui quum de Platonis sententia, manifeste ea quæ in libris de Republica, quibus simillimos fuisse diximus Aristotelis de Justitia, l. X, p. 439-441 disputata sunt respiciens, disseruisset, ita pergit, de Virtute morali c. 3 : Ταύταις ἐχρήσατο ταῖς ἀρχαῖς ἐπὶ πλέον Ἀριστοτέλης, ὡς δῆλόν ἐστιν ἐξ ὧν ἔγραψεν· ὕστερον δὲ τὸ μὲν θυμοειδὲς τῷ ἐπιθυμητικῷ προσένεμμεν, ὡς ἐπιθυμίαν τινὰ τὸν θυμὸν ὄντα καὶ ὀρεξίν ἀντιλυπῆσεως. Τῷ μὲντοι παθητικῷ καὶ ἀλόγῳ μέχρι παντὸς ὡς διαφέροντι τοῦ λογιστικοῦ χριώμενος διετέλεσεν, οὐχ ὅτι παντελῶς ἀλογόν ἐστιν, ὥσπερ τὸ αἰσθητικὸν ἢ τὸ θρεπτικὸν καὶ φυτικὸν τῆς ψυχῆς μέρος· ἀλλὰ ταῦτα μὲν δλοῖς ἀνήκοα λόγου καὶ κωφὰ τρόπον τινὰ τῆς σαρκὸς ἐκβεβλάστηκε, καὶ περὶ τὸ σῶμα παντελῶς καταπέφυκε· τὸ δὲ παθητικὸν οἰκείου λόγου στέρεται καὶ ἄμοιρόν ἐστιν, ἄλλως δὲ, τοῦ λογισμοῦ καὶ φρονούντος εἰσακούσειν, καὶ τρέπεσθαι πρὸς ἐκεῖνο καὶ ὑπαίκειν καὶ κατασχηματίζεσθαι πέφυκεν, ἐὰν μὴ τέλειον ᾗ διεφθαρμένον ὑπ' ἡδονῆς ἀμαθοῦς καὶ ἀκολάστου διαίτης. In quo loco illud præcipue notatu dignum puto, Aristotelem sibimet ipsi opponi, ita ut, quum primum Platonis sententiam probasset scriptisque expressisset, postea eam immutaverit, quæ res ut a multis significatur, ab ipso Plutarcho paulo post in eodem libro, c. 7, apertissimis declaratur verbis : Ἄλλ' αὐτὸς τε Ἀριστοτέλης, Δημόκριτος τε καὶ Χρυσίππος εἶναι

nihil impedire, etsi non per se expetendæ, bonæ tamen et virtutes. Deinde singulas nominatim recenset... Quis autem *καταπαρα* majore protervitate in disputando usus est quam Chrysippus, qui duos præstantissimos philosophos accusavit, alterum, quod non solum honestum pro bono ponens, omnem virtutem tollat : alterum, quod, virtute pro fine reputata, præter virtutem etiam reliquas virtutes excindi censet. Mirabilis enim est licentia, iisdem de rebus disserentem, quæ ponit Aristotelem culpans, eadem rursus in accusando Platone abolere.

præceptum, quanquam videtur disjunctum ab antecedente, habet tamen cum eo nexum. Nam quum dixisset, ablatum quamvis parvulum, tamen dolorem asferre ei a quo auferitur, propter involuntariam ablationem, subjungit : Etiam parvulum continuo congestum tandem magnum quoddam fieri; imminutum demendo in nihilum abire, itaque non sine ratione etiam parvulum ablatum asferre dolorem ei a quo auferitur. Atque hoc si verum est, recte dixit Aristoteles pessimum esse in vita gubernanda illud dictum : *Quid tum postea, nil hoc refert* : nam si unumquodque negligamus dicentes : *Nil hoc refert*, male nobis erit : in re familiari administranda esuriemus, in victu regendo ægrotabimus, hoc semper accinentes dictum, eandemque

τῶν πρόσθεν αὐτοῖς ἀρεσκόντων ἀθορούδως καὶ ἀδή-
πτως καὶ μεθ' ἡδονῆς ἀφίεσαν.

6.

Joann. Stob. Floril. XX, 65 : Ὁ θυμὸς ἐστὶ πά-
θος θηριώδης μὲν τῇ διαθέσει, συνεχὲς δὲ τῇ λήψει,
σκληρὸν δὲ καὶ βίαιον τῇ δυνάμει, φόνων αἰτίον,
συμφορᾶς σύμμαχον, βλάβης συνεργὸν καὶ ἀτιμίας,
χρημάτων ἀπώλεια, ἐτι δὲ καὶ φθορᾶς ἀρχηγόν. Eadem
Maxim. c. 19, apud quem pro λήψει θλίψει le-
gitur.

7.

Joann. Stob. Floril. XX, 55 : Ἀριστοτέλους·
Ὅσπερ ὁ καπνὸς ἐπιδάκνων τὰς ὄψεις οὐκ ἔξ βλέ-
πειν τὸ κείμενον ἐν τοῖς ποσίν, οὕτως ὁ θυμὸς ἐπαι-
ρόμενος τῶ λογισμῶ ἐπισκοπεῖ καὶ τὸ συμβησόμενον
ἐξ αὐτοῦ ἀτοπον οὐκ ἀφίησι τῇ διανοίᾳ προλαβεῖν
(ita Rosius pro vulg. προσλαβεῖν). Eadem Maxim.
Conf. c. 19, ubi pro βλέπειν, προβλέπειν et ita
quoque pro προλαβεῖν.

Aperte comparat Rose quod simile dictum est
apud Philodemum de Ira, in Volum. Hercul.
t. I, Oxon. 1824, col. 74 : Παρὰ δ' ἐνὶ Πασικρά-
τει λέγεται τ[ὸ] τὴν φυσικὴν ὀργὴν μὴ μόνον κατὰ
τὴν ἰδίαν φύσιν λυπεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπισκοπεῖν τοῖς
λογισμοῖς ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς κ... Nimis acute tamen,
vereor, idem suspicatur hunc Pasicratem Rho-
dium, cujus nomen egregie restituit, pro eo quod
in apographo Oxoniensi et in altera collectione
Herculan. volum. Neapol. 1861, t. I, fol. 61 le-
gitur κασικραται, qui discipulus Aristotelis fuit,
filius vero Boethii Eudemi fratris (cf. Schol. Ari-
stot. p. 589, A, 40 Brand. et Asclep. ibid. p. 520,
A, 7), auctorem fuisse libri, qui postea Aristote-
lis nomine inscriptus est.

8.

Joann. Stob. Florileg. XX, 47 : Ἀριστοτέ-

λους· Ἡ οὐχ ὄραξ, ὅτι τῶν ἐν ὀργῇ διαπραττομένων
ἀπάντων ὁ λογισμὸς ἀποδημεῖ φεύγων τὸν θυμὸν ὡς
πικρὸν τύραννον; Eadem Maximus, c. 19.

II. ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΤΩΝ.

Libros περὶ Ποιητῶν (α' β' γ' Diog. L. 3, γ'
Anon. 3; de Poetis, libri III, Dschemal. 6) dialo-
gica forma conscriptos fuisse testatur auctor Vitæ
Aristotelis Marcianæ, p. 2 Robbe : Ἔως μὲν οὖν
ἐτι νέος ἦν, τὴν τῶν ἐλευθέρων ἐπαιδεύετο παιδείαν,
ὡς δηλοῖ τὰ γεγραμμένα αὐτῶ Ὀμηρικὰ ζητήματα
καὶ ἡ τῆς Ἰλιάδος ἐκδοσις, ἣν δέδωκε τῷ Ἀλεξάν-
δρῳ, καὶ ὁ περὶ Ποιητῶν διάλογος καὶ τὸ περὶ Ποιη-
τικῆς σύγγραμμα καὶ αἱ ῥητορικαὶ τέχναι, quæ ita
expressit vetus interpres : *Aristoteles autem ju-
venis adhuc existens doctrinam eloquentiæ doce-
batur, ut declarant Homericæ commenta scripta ab
eo et Iliadis dictamen, quod dedit Alexandro, et
dialogus de Poetis et tractatus de Poetica et Rhetorica.*
Ceterum duplicem potius fuisse librorum
inscriptionem cum ex simili conjicias titulo,
qui inter Heraclidis Pontici scripta laudatur,
apud Diog. Laert. V, 88 : Περὶ ποιητικῆς καὶ τῶν
Ποιητῶν α', tum inde præcipue, quod iidem li-
bri, quattuor locis περὶ Ποιητῶν, tribus vero περὶ
Ποιητικῆς nominantur. Nec minus certum est,
duplicem hanc inscriptionem iis quæ de horum
librorum argumento ex superstitionibus fragmentis
conjicere licet, unice convenire, quippe quo-
rum propositum non in recensendis solum poe-
tis, ut a nonnullis creditum est, continebatur,
sed, quum de ipsius artis poeticæ natura disse-
rerent, haud ab eo diversum erat quod postea
tractavit philosophus in libris de Poetica, quo-
rum sive pars sive excerptum inter Aristotelis
scripta servatum est.

Plura de his libris a Bernaysio, l. 1. p. 10 sqq.
acute disputata sunt, qui et illud demonstrare
aggressus est (p. 5), verba philosophi, Poetic.
c. 15, 15 : Ταῦτα δὲ δεῖ διατηρεῖν, καὶ πρὸς τοῦ-

7.

Ut fumus mordicans oculos non videre sinit, quæ pedi-
bus adjacent, sic iracundia oboriens rationem offuscat et
quæ bona habitura mens fuerat a ratione, iis non sinit
ipsam iracundia sine labore ac molestia potiri.

8.

Nonne vides ab omnibus quæ per iram committuntur
rationem recedere atque fugere iracundiam, tanquam acer-
bum tyrannum?

cantilenam repetentes, rectum agendumque negligentes.
Nam omissio singulorum negotiorum magnam damni sum-
mam colligit negligentibus.

6.

Iracundia est perturbatio immanis affectione, dura et
violenta potentia, cædium causa, calamitatis socia, ja-
cturam concilians et dedecus, pecuniarum perniciēs, ad
hæc perditionis origo.

τοὺς τὰ παρὰ τὰς εἰς ἀνάγκης ἀκολουθοῦσας αἰσθήσεις τῆ ποιητικῆ· καὶ γὰρ κατ' αὐτὰς ἔστιν ἀμαρτάνειν πολλαίαι· εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς ἐκδομένοις λόγοις ἱκανῶς, ad nihil aliud spectare posse quam ad hos de Poetica et Poetis dialogos. De hac re jam supra diximus.

E LIBRO PRIMO.

1. (9.)

Diogen. Laert. III, 48 : Διαλόγους τῶνιν φασὶ πρῶτον γράφαι Ζήνωντα τὸν Ἐλεάτην· Ἀριστοτέλης δ' ἐν πρώτῳ περὶ Ποιητῶν Ἀλεξαμένον Στυρέα ἢ Τήσιον, ὡς καὶ Φαβωρίνος ἐν Ἀπομνημονεύμασιν (Frag. 15 Müller).

Athen. XI, p. 505, B : Ἐγχώμια αὐτοῦ (Menonis a Xenophonte vituperati) διεξέρχεται ὁ τοῦ ἀλλοῦ ἀπαξιαπλῶς κακολογήσας (ὁ Πλάτων), ἐν μὲν τῇ Πολιτείᾳ Ὅμηρον ἐκβάλλων καὶ τὴν μιμητικὴν ποιήσιν, αὐτὸς δὲ τοὺς διαλόγους μιμητικῶς γράψας, ὧν τῆς ἰδέας οὐδ' αὐτὸς εὐρετής ἐστιν. Πρὸ γὰρ αὐτοῦ τοῦθ' εὔρε τὸ εἶδος τῶν λόγων ὁ Τήσιος Ἀλεξαμένος, ὡς Νικίας ὁ Νικαεὺς ἱστορεῖ (Hist. gr. Fragm. t. IV, p. 464), καὶ Σωτίων· Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ Ποιητῶν οὕτως γράφει : « Οὐκοῦν οὐδὲ ἐμμέτρους τοὺς καλουμένους Σώφρονος μίμους μὴ φῶμεν εἶναι λόγους καὶ μιμήσεις, ἢ τοὺς Ἀλεξαμενοῦ τοῦ Τηίου τοὺς πρώτους γραφέντας τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων ; » ἀντικρὺς φάσκων ὁ πολυμαθέστατος Ἀριστοτέλης πρὸ Πλάτωνος διαλόγους γεγραφέναι τὸν Ἀλεξαμένον.

Probare non possum quod in verbis Aristotelis Meinekius, quem secuti sunt Rosius et Bernaysius, pro πρώτους, προτέρους scripsit, quum jam antea Bakius in *scholiciis Hypomnematis*, t. II, p. 52, πρότερον conjecisset. Non enim video cur hic πρώτους dicere non potuerit philosophus, apud quem *Metaphys.* I. I, c. 2 § 7, c. 3, § 2, τῶν πρώτων φιλοσοφησάντων, *ibid.* § 5 : τοὺς πρώτους θεολογήσαντας, de *Partt. animall.* I, c. 1, t. III, p. 222, 22 : οἱ ἀρχαῖοι καὶ πρῶτοι φιλοσο-

φῆσαντας legimus, eodem plane sensu atque quo in *Metaph.* I, c. 3, § 2, dictum est : τοὺς πρότερον ἡμῶν εἰς ἐπίσκεψιν ἐλθόντας καὶ φιλοσοφῆσαντας περὶ τῆς ἀληθείας. Cum Aristotelis verbis optime convenit locus notissimus in capite primo libri de Poetica § 8 : Οὐδὲν γὰρ ἂν ἔχοιμεν ὀνομάσαι κοινὸν τοὺς Σώφρονος καὶ Ξενάρχου μίμους καὶ τοὺς Σωκρατικοὺς λόγους, cujus interpretationi, qualem nuperrime dedit Teichmüllerus, *Aristotelische Forschungen*, Halle, 1867, p. 10 sqq., minime favent quæ apud Athenæum leguntur. Quæ vero sequuntur fragmenta, quorum communis fons Favorinus fuisse videtur, ostendunt similem plane in dialogo de Poetis disputationem fuisse atque illam quæ in Poetica I. l. inveniantur.

2. (10.)

Diogen. Laert. III, s. 37 : Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης τὴν τῶν λόγων ἰδέαν αὐτοῦ (τοῦ Πλάτωνος) μεταξὺ ποιήματος εἶναι καὶ περὶ λόγου.

Ad eundem Aristotelem fortasse referenda sunt quæ a Cicerone in *Oratore* c. 20, § 67 dicta sunt : *Itaque video visum esse nonnullis Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen, quod incitatus feratur et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum quam comicorum poetarum : apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis.* Aristotelem secutus esse videtur Themistius, *Orat.* XXVI, p. 319, A Hard., ubi Plato dicitur λόγου ἰδέαν κερασάμενος ἐκ ποιήσεως καὶ φιλομετρίας.

3. (11.)

Diogen. Laert. VIII, 51 : Ἐμπεδοκλῆς, ὡς φησιν Ἰππόβοτος, Μέτωνος ἦν υἱὸς τοῦ Ἐμπεδοκλέους, Ἀκραγαντίνος. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ Τιμαίος... καὶ Ἐρμιππος... λέγει δὲ καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς Ὀλυμπιονίκαις τὴν πρῶτην καὶ ἐβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα

DE POETIS.

E LIBRO PRIMO.

1.

Dialogos primum Zenonem Eleaten scripsisse ferunt. Aristoteles vero in primo de Poetis Alexamenum Styreum sive Teium, sicut et Favorinus in Commentariis tradit. — Aristoteles in libro de Poetis ita scribit : « Igitur ne metris quidem comprehensos Sophronis mimos, qui vocantur, nonne dicemus esse sermones et imitationes,

aut Alexameni Teii dialogos, qui primi conscripti sunt Socratici sermones ? » Quibus verbis perspicue declarat doctissimus Aristoteles ante Platonem scripsisse dialogos Alexamenum.

2.

Orationis Platonis genus inter carmen et pedestrem orationem medium tenere ait Aristoteles.

3.

Empedocles, ut ait Hippobotus, Melonis filii Empedoclis filius fuit, Agrigentinus. Idem et Timæus... et Her-

νευικηκέναι τὴν τοῦ Μένωνος πατέρα, μάρτυρι χρώ-
μενος Ἀριστοτέλει. Ἀπολλόδωρος δ' ὁ γραμματι-
κὸς ἐν τοῖς Χρονικοῖς φησὶν ὅς·

Ἦν μὲν Μένωνος υἱὸς, εἰς δὲ Θουρίους
αὐτὸν νεωστὶ παντελῶς ἐπισημένους·
ὁ Γλαῦκος ἐλθεῖν φησὶν·

εἶθ' ὑποβάς·

Οἱ δ' ἱστοροῦντες ὡς περὲν οἴκοθεν
εἰς τὰς Συρακούσας μετ' ἐκείνων ἐπολέμει
πρὸς τοὺς Ἀθηναίους — ἀγνοεῖν
τελέως ἐμοὶ δοκοῦσιν· ἢ γὰρ οὐκέτ' ἦν
ἡ παντελῶς ὑπεργεγρακὴ, ὅπερ
οὐ φαίνεται.

Ἀριστοτέλης γὰρ αὐτὸν, ἔτι δ' Ἡρακλείδης ἐξή-
κοντα ἔτων φησὶ τετελευτηκέναι. Ὁ δὲ τὴν πρώτην
καὶ ἐβδόμηκοστήν Ὀλυμπιάδα νευικηκῶς κέλητι τού-
του πάππος ἦν δμῶνυμος, ὥσθ' ἅμα καὶ τὸν χρόνον
ὑπὸ τοῦ Ἀπολλοδώρου σημαίνεσθαι.

Idem VIII, 74 : Περὶ δὲ τῶν ἔτων Ἀριστοτέ-
λης διαφέρεται· φησὶ γὰρ ἐκείνος ἐξήκοντ' ἔτων αὐτὸν
τελευτῆσαι· οἱ δ' ἑνέα καὶ ἑκατόν. Ἡκμασε δὲ κατὰ
τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστήν Ὀλυμπιάδα.

Aristotelis auctoritas ab Eratosthene ideo
adhibita fuerat, ut probaretur Empedoclem pa-
trem Metonis et Empedoclem philosophum non
unum eundemque fuisse, quod qui credebant
centum et novem annos eum natum decessisse
arbitrabantur; Aristoteles vero narraverat eum
sexagenarium obiisse. Rectius igitur ad libros de
Poetis hoc fragmentum referemus, quam ad
Olympionicas, ut a C. Müllero factum est, fr.

263. In priore Diogenis loco, quum vulgo male
pro Ἡρακλείδης, Ἡράκλειτος legeretur, Clinton.
Fast. Hellen. Olymp. 84, 1, Eratosthenem Ari-
stotelis quoque testimonio usum esse credidit, ut
Glauco usus est (cf. de eo Plutarch. vit. X Oratt.
I, 20 : Εἰσὶ δ' οἱ καὶ τὸ Γλαύκου τοῦ Ῥηγίου περὶ
Ποιητῶν βιβλίον εἰς Ἀντιφῶντα ἀναφέρουσιν), ita
versus constituens :

Ἀριστοτέλης γὰρ αὐτὸν ἐξήκοντ' ἔτων,
ἔτι θ' Ἡράκλειτον, φησὶ τετελευτηκέναι.

De re cf. Aul. Gell. N. Att. XVII, 21 et Euse-
bii Chron. Olymp. 81 et 86.

4. (12.)

Diogen. Laert. VIII, 57 : Ἀριστοτέλης δ'
ἐν τῷ Σοφιστῇ (dialogo) φησὶ πρώτων Ἐμπεδοκλέα
ῤητορικὴν εὐρεῖν, Ζήνωνα δὲ διαλεκτικὴν· ἐν δὲ τῷ
περὶ Ποιητῶν φησὶν ὅτι καὶ Ὀμηρικὸς ὁ Ἐμπε-
δοκλῆς καὶ δεινὸς περὶ τὴν φράσιν γέγονε, μεταφορι-
κὸς τ' ὢν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ ποιητικὴν ἐπιτεύγ-
μασι χρώμενος· καὶ δὲ ὅτι γράψαντος αὐτοῦ καὶ ἄλλα
ποιήματα τὴν τε τοῦ Ξέρου διάβασιν καὶ προοίμιον
εἰς Ἀπόλλωνα, ταῦθ' ὕστερον κατέκαυσεν ἀδελφῆ τις
αὐτοῦ (ἢ θυγάτηρ, ὡς φησὶν Ἰερώνυμος), τὸ μὲν
προοίμιον ἄκουσα, τὰ δὲ Περσικὰ βουλευθεῖσα διὰ τὸ
ἀτελείωτα εἶναι. Καθόλου δὲ φασὶ καὶ τραγωδίας αὐ-
τὸν γράψαι καὶ πολιτικά. Eadem e Diogene Eudo-
cia Viol. p. 170. Quæ in Pseudo-Arist. Probl.
XXI, § 22 laudantur Empedoclis Περσικὰ, pro
Φυσικὰ posita esse videntur.

mippus... Dicit et Eratosthenes in Olympionicis septuagesima prima Olympiade vicisse Metonis patrem, Aristotelis utens testimonio. Apollodorus autem grammaticus in Chronicis sic ait :

Erat Metonis filius : quem Thurios
Glaucus migrasse conditos nuperrime
est auctor.

Deinde post pauca .

At qui ferunt venisse profugum domo
urbem Syracusas et arma in Attico
his consoclasse — nil mihi
prorsus videntur scire : namque tum quidem
aut mortuus erat aut senecta languidus :
quod non probabile.

Nempe Aristoteles et Heraclides scribunt, eum anno æta-
tis sexagesimo obiisse. Qui vero septuagesimam et pri-
mam Olympiadem vicerat eques, eodem censebatur

nomine, ita ut simul tempus ab Apollodoro significetur.

De ætate vero (Empedoclis) Aristoteles dissentit : ille enim sexaginta annorum eum obiisse ait ; alii centum et novem annos vixisse contendunt.

4.

Aristoteles vero in Sophista primum Empedoclem rhe-
toricæ inventorem ait, Zenonem vero dialecticæ. In libro
autem de Poetis asserit Homericum fuisse Empedoclem
et elocutione multum valuisse, translationibus item ac
ceteris artis poeticæ feliciter tractandæ præsidis usum ;
addit etiam hoc, quod, quum et alia poemata scripsisset
et Xerxis transitum et hymnum in Apollinem, ea post-
modum ignibus tradiderit soror quædam ipsius (sive filia,
ut narrat Hieronymus), hymnum quidem imprudens,
Persica autem prudens ac sciens, quod ea imperfecta
essent. Omnino tragœdias illum præterea scripsisse refert
et Politica.

E LIBRO SECUNDO.

5. (13.)

Macrobius Saturn. V, 18, 19 : *Morem vero Ætolis fuisse uno tantummodo pede calceato in bellum ire, ostendit clarissimus scriptor Euripides tragicus, in cujus tragœdia quæ Meleager inscribitur, nuntius inducitur describens, quo quisque habitu fuerit ex ducibus, qui ad aprum capiendum convenerant. In eo hi versus sunt : (vid. Fragn. Eurip. 531 Wagner.)... in qua quidem re... non reticebimus rem paucissimis notam : reprehensum Euripidem ab Aristotele, qui ignorantiam istud Euripidis fuisse contendit, Ætolos enim non lævum pedem habere nudum, sed dextrum. Quod ne affirmem potius quam probem, ipsa Aristotelis verba ponam ex libro quem de Poetis secundo subscripsit. In quo de Euripide loquens sic ait :*

Τούς δὲ Θεστίους κόρους τὸν μὲν ἀριστερὸν πόδα φησὶν Εὐριπίδης ἔλθειν ἔχοντας ἀνυπόδετον· λέγει γοῦν δεξι·

... τὸ λατὸν ἴχνος ἦσαν ἀνάρθυλοι ποδὸς,
τὸν δ' ἐν πεδίλοις ὡς ἐλαφρίζον γόνυ
ἔχουεν [δὲ δὴ πᾶσιν Αἰτωλοῖς νόμος]

ὡς δὴ πᾶν τοῦναντίον ἔθος τοῖς Αἰτωλοῖς· τὸν μὲν γὰρ ἀριστερὸν ὑποδέδενται, τὸν δὲ δεξιὸν ἀνυποδετοῦσιν· δεῖ γὰρ, οἶμαι, τὸν ἡγούμενον ἔχειν ἐλαφρὸν, ἀλλ' οὐ τὸν ἐμμένοντα.

E LIBRO TERTIO.

6. (14.)

Diogen. Laert. II, 46 : Τούτῳ (τῷ Σωκράτει)

E LIBRO SECUNDO.

5.

Aristoteles in secundo de Poetis libro dicit : Euripides Thestii filios venisse ait lævum pedem non calceatum habentes. Ita enim dicit :

... sinistri pedis vestigia nudi,
altero calceati erant, ut genu flexile haberent,
qui omnium Ætolorum mos est.

Verum plane contrarius mos apud Ætolos obtinet; nam pedem sinistrum calceant, dextrum nudum relinquunt, ac omnino patet pedem ducentem, non vero alterum, levem esse oportere.

E LIBRO TERTIO.

6.

Cum eo (Socrate scilicet), ut refert Aristoteles in ter-

tis, καθά φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τρίτῳ περὶ Ποητικῆς, ἐπιλονοῖται Ἀντίλοχος Ἀθήνιος καὶ Ἀντιφῶν ὁ τερατοσκόπος, ὡς Πυθαγόρα Κύλων Κροτωνιάτης (cf. VIII, 49)· καὶ Σύαγρος Ὀμήρου ζῶντι, ἀποθανόντι δὲ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος· καὶ Κέρκυρῃ Ἡσιόδῳ ζῶντι, τελευτήσαντι δὲ ὁ προειρημένος Ξενοφάνης· καὶ Πινδάρῳ Ἀντιμνήνης ὁ Κῶος, Θάλητι δὲ Φερεκύδης καὶ Βίαντι Σάλαρος Πριηνεύς, Πιττακῷ Ἀντιμενίδας καὶ Ἀλκαῖος, Ἀναξαγόρα Σωσίβιος καὶ Σιμωνίδῃ Τιμοκρέων.

Multa in hoc loco ante Cobetii editionem in nominibus propriis turbata erant, quæ singula referre lædet. Ceterum minime affirmare velim ad Aristotelis auctoritatem ob alia quam ob ea quæ de Socrate narrantur provocatum esse a Diogene.

7. (15.)

Pseudo-Plutarch. De vita Homeri c. 3. (Plutarchi Opp. ed. Dübn. t. V, p. 101) : Ἀριστοτέλης δὲ, ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Ποητικῆς, ἐν Ἰῳ, φησὶ, τῇ νήσῳ, καθ' ὃν καιρὸν Νηλεὺς ὁ Κόδρου τῆς Ἴωνικῆς ἀποικίας ἤγειτο, κόρην τινὰ τῶν ἐπιχωρίων γενομένην ὑπὸ τινος δαίμονος τῶν συγχορευτῶν ταῖς Μουσикаῖς ἐγκύμονα, αἰδεσθεῖσαν τὸ συμβᾶν διὰ τὸν ὄγκον τῆς γαστρὸς, ἔλθειν εἰς τὴν χωρίον τὸ καλούμενον Αἰγίναν· εἰς δὲ καταδραμόντας ληστὰς ἀνδραποδίσαι τὴν προειρημένην, καὶ ἀγαγόντας εἰς Σμύρναν οὔσαν ὑπὸ Λυδοῖς τότε, τῷ βασιλεῖ τῶν Λυδῶν ὄντι φίλῳ τούνομα Μαῖονι χάρισσασθαι· τὸν δὲ ἀγαπήσαντα τὴν κόρην διὰ τὸ κάλλος, γῆμαι· ἣν διατρίβουσαν παρὰ τῷ Μέλητι, καὶ συσθεθεῖσαν ὑπὸ τῆς ὠδίνος, ἔτυχεν ἀποκυῆσαι τὸν Ὀμηρον ἐπὶ τῷ ποταμῷ. Ὄν ἀναλαβὼν ὁ Μαῖων ὡς ἴδιον ἔτρεφε, τῆς Κριθηίδος μετὰ τὴν κύησιν εὐθὺς τελευτήσασθαι. Χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διεληθόντος καὶ αὐτὸς ἐτελεύτησε. Τῶν δὲ Λυδῶν καταπονουμέ-

tio de Poetica, æmulo studio certabat quidam Antilochus Lemnius, et Antiphon prodigiorum interpres, quemadmodum et cum Pythagora Cylon Crotoniata, videntique cum Homero Syagrus, vita functo Xenophanes Colophonius; cum Hesiodo vivente Cercops, cum defuncto Xenophanes idem, cujus modo meminimus: cum Pindaro Amphimenes Cous, cum Thalete Pherecydes, cum Biante Salarus Prienensis, cum Pittaco Antimenidas et Alcæus, cum Anaxagora Sosibius et cum Simonide Timocreon.

7.

Aristoteles libro tertio de Poetica prodit in insula Io, quo tempore Codrus Nelei filius colonizæ in Ioniam ducentæ præfuit, puellam a genio quodam ex eorum numero, qui cum Musis choros ducunt, compressam, quum facti eam propter intumescentem uterum puderet, concessisse in regionem quandam nomine Æginam. Ibi

γεν ὑπὸ τῶν Αἰολίων, καὶ κρινέντων καταλιπεῖν τὴν Σμύρναν, κηρυζάντων τῶν ἡγεμόνων τὸν βουλούμενον ἀκολουθεῖν, εἰσίναι τῆς πόλεως, ἔτι νῆπιος ὢν Ὀμηρος εἶπε καὶ αὐτὸς βούλεσθαι ἠμυρεῖν· ἔθεν ἀντὶ Μελασιγενοῦς Ὀμηρος προσηγορεύθη. Γενόμενος δ' ἐν ηλικία καὶ δόξαν ἐπὶ ποιητικῇ κεκτημένος ἦδη ἐπηρώτα τὸν θεόν, τίνων τε εἶη γονέων καὶ πόθεν· ὃ δὲ ἀνεῖλεν οὕτως·

Ἔστιν Ἴος νῆσο· μητὸρ πατρὶς, ἥ σε θανάτω δέξεται· ἀλλὰ νέων ἀνδρῶν αἰνίγμα φύλαξαι.

Φέρεται δὲ καὶ ἕτερος χρῆσιμος τοιοῦτος·

Ὀλβιε καὶ δύσδαιμον· ἔφυ· γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι· πατρίδα δέχεται· μητὸρ δὲ τοι, οὐ πατὴρ ἐστὶ μητρόπολις ἐν νήσῳ ἀπὸ Κρήτης· εὐρείης, Μίνωος γαίης οὔτε σχεδὸν οὔτ' ἀποτῆλου. Ἐν τῇ σὴ μοῖρ' ἐστὶ τελευτήσασαι βιότοιο, ἐστ' ἂν ἀπὸ γλώσσης παίδων μὴ γνῶς· ἐπακούσας· δυσχύνετον σκολλοῖσι λόγοις εἰρημένον ὕμνον. Δοῖα γὰρ ζωῆς μοίρας λάχες, ἦν μὲν ἀμυρανὴν ἡλείων δισσῶν· ἦν δ' ἀθανάτοις ἰσόμοιρον, ζῶντι τε καὶ φθιμένῳ· φθιμένος δ' ἔτι πολλὸν ἀγῆρωι.

Μετ' οὐ πολλὸν δὲ χρόνον πλέων ἐς Θῆβας ἐπὶ τὰ Κρόνια, ἀγῶν δὲ οὗτος ἀγεται παρ' αὐτοῖς μουσικός, ἦλθεν εἰς Ἴον. Ἐνθα ἐπὶ πέτρας καθιζόμενος ἰδιδάσατο ἀλιεῖς προσπλέοντας, ὧν ἐπίθετο αἰετὶ ἔχουσιν. Οἱ δὲ, ἐπὶ τῷ θηράσαι μὲν μηδὲν, φθειρίζεσθαι δὲ διὰ τὴν ἀπορίαν τῆς θήρας, οὕτως ἀπεκρίναντο·

Ὅσο' ἔλομεν ληϊόμεσθ', ὅσο' οὐχ ἔλομεν φερόμεσθα, αἰνισσόμενοι ὡς ἄρα οὐς μὲν ἔλαβον τῶν φθειρῶν, ἀποκτείναντες κατέλιπον, οὐς δ' οὐχ ἔλαβον ἐν τῇ ἐσθῆτι φέροισιν. Ὅπερ οὐ δυνηθεὶς συμβαλεῖν Ὀμηρος διὰ τὴν ἀθυμίαν ἐτελεύτησε. Θάψαντες δὲ αὐτὸν οἱ Ἴηται μεγαλοπρεπῶς τοιόνδε ἐπέγραψαν αὐτοῦ τῷ τάφῳ·

Ἐνθαδὲ τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει, ἀνδρῶν ἠρώων κοσμήτορα θεῶν Ὀμηρον.

Cum hac narratione conferenda sunt quæ ab aliis traduntur, partim diversa, ut a Pseudo-Herodoto Vita Homeri, p. 18, 65 Westerm., ubi dicit Homerum non Thebas sed Athenas navigasse, et Proclo, p. 25, 27; 28, 20; 30, 37, 43. De Aristotele vero philosopho non magis erat cur dubitaret C. Müllerus, quam de tertio libro perὶ Ποιητικῆς, quod in πρώτῳ περὶ Ποιητῶν mutari voluit. De qua re supra jam diximus. Aristotelis sententia de Homeri patria a multis memorata est. Gellius Noct. Att., III, 11 : *De patria quoque Homeri multo maxime dissensum est : alii Colophonium, alii Smyrnæum, sunt qui Atheniensem, sunt qui Ægyptium dicant fuisse; Aristoteles tradit ex insula Io natum; Vita Homeri ed. Iriarte, p. 233 (p. 31, 5 Westerm.) : Τιμόμαχος δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ἐξ*

a prædonibus, qui eo excursionem fecissent, captam ductamque in Smyrnæ urbem tunc Lydijs subjectam, Lydorum regi Mæoni, socio suo, dono datam ab eoque pulchritudinis causa in matrimonium assumptam. Mox quum ad Meletem fluvium degens partus doloribus circumveniretur, accidisse ut Homerum juxta ipsum flumen pareret. Critheide continuo e partu mortua, infantem susceptum et ut suum nutritum a Mæone : quem ipsum etiam haud multo post obfisse. Porro Lydi ab Æolibus bello pressi, quum Smyrnæm relinquere decrevissent, eorumque principes per præconem edixissent, ut quicumque ipsos sequi vellent urbe egredierentur, Homerum puerulum etiamnum dixisse, se quoque velle ἠμυρεῖν, id est sequi. inde pro Melesigene Homerum appellatum. Adultus jam et poetica arte nomen consecutus, de parentibus et patria deum consuluit; isque sic respondit :

Insula Ios matris patria est, vita hæc quoque functam accipiet : sed tu juvenile ænigma caveto.

Alterum quoque oraculum tale fertur :

Felix et miser, ad sortem quia natus utramque perquisis patriam : matris tibi, non patris exstat patria, in undoso jacet hæc Ponto insula, Cretæ non adeo vicina et non longe usque remota.

Hic te fata tua cogent decedere vita,

quum pueri ignotis obscurum ambagibus olim sermonem involvent, teque hunc evolvere possent; quippe duplex vita fatum tibi contigit, orbem luminibus; superis Musa immortalibus æquat : post mortem te vita manet secunda senectæ.

Non multo post tempore Thebas navigans ad Saturnalia, quod ibi certamen musicum celebratur, Ium venit. Ibi saxo insidens, piscatores vidit adnavigantes, eosque interrogavit, num quid haberent. Illi quod nihil cepissent, sed capturæ penuria et otio pediculos legissent, ita responderunt :

Non capta afferimus, fuerant quæ capta relictis,

ænigmatè significantes, se quos cepissent pediculos, eos occisos reliquisse, quos vero non cepissent eos se in vestibus suis secum ferre. Quod quum Homerus conjectando assequi non posset, præ animi dolore mortuus est. Ienses eum magnifice sepeliverunt, hac addita sepulcro inscriptione :

Terra sacrum caput hic divini occultat Homeri, Heroum egregias qui dixit carmine laudes.

Timomachus et Aristoteles Homerum in insula Io na-

Ἴου τῆς νήσου (τὸν Ὀμηρὸν φασὶ γεγενῆσθαι)... Ἀποθανεῖν δὲ αὐτὸν φασὶν ἐν Ἴω τῆ νήσῳ ἢ νόσῳ ἢ τῶ τῶν ἀλιέων αἰνίγματι, καὶ αὐτῷ ἐπιγραφῆναι τὸδε· Ἐνθάδε κτλ.

Anon. Vita Homeri, p. 28, 4 Westerm. : Ὀμηρος... ἦν... τὸ γένος... κατὰ δὲ Βακχυλίδην καὶ Ἀριστοτέλην τὸν φιλόσοφον Ἰήτης. (Cf. Welcker in libro : *der epische Cyklus*, p. 158 et Cramer Anecd. Paris, t. III, p. 98, 15), Tzetzes in Iliad. Exegesi, p. 8, 5 Herm. : τῷ δὲ σοφῷ Ἀριστοτέλει Ἰήτης τάχα δοκεῖ (Ὀμηρος), διὰ τὸ ἐν Ἴω τεθάρθαι.

EX INCERTIS LIBRIS.

8. (16.)

Antiatic. in Bekkeri Anecd. gr., t. I, p. 101, 32 : Κυντότατον Ἀριστοτέλης περὶ Ποιητικῆς, « Τὸ δὲ πάντων κυντότατον. » Ad similitudinem Homericam κύντερον, quod et apud Platonem occurrit, fictum videtur.

9. (17.)

Procli Chrestom. apud Photium, cod. 239 : Εὐρεθῆναι δὲ τὸν διθύραμβον Πίνδαρος ἐν Κορίνθῳ λέγει, τὸν δὲ ἀρξάμενον τῆς ὥδης Ἀριστοτέλης λέγει Ἀρίονα, ὃς πρῶτος τὸν κύκλιον ἤγαγε χορόν.

Ad Aristocles Rhodii libros περὶ Ποιητικῆς (cf. Fragni. Hist. gr., t. IV, p. 329) et hoc et sequens fragmentum referendum esse censet Rosius, nulla, ut mihi quidem videtur, satis idonea addita causa. Rem vero ab Aristotele et in Politicis tangi potuisse minime negabo. Eadem narrant Herodotus, I, 23 : Ἀρίονα τὸν Μηθυμαῖον... ἕλθοντα καθαρωδῶν τῶν τότε ἕλθοντων οὐδενὸς δεύτερον καὶ διθύραμβον πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ποιήσαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ. Schol. Pind. in Olymp. XIII,

25 : ἔστῃσι δὲ αὐτὸν (τὸν χορόν) πρῶτος Ἀρίων ἐ Μηθυμαῖος. Schol. Aristoph. Aves, v. 1403 : Ἀντίπατρος δὲ καὶ Εὐφρόνιος ἐν τοῖς Ἰπομνήμασι φασὶ τοὺς κύκλιους χορούς σῆσαι πρῶτον Λᾶσον τὸν Ἐρμιονία, οἱ δὲ ἀρχαιότεροι Ἑλλάνικος καὶ Δικαίργος Ἀρίονα τὸν Μηθυμαῖον. Cf. Schneidewin, *de Laso Hermionensi*, Gotting. 1843, p. 12.

10. (18.)

Schol. Bobiens. in Cicer. Orat. pro Archia, p. 358 Orelli : *Alternos igitur versus dicit elegiacos, metris scilicet dissentientibus varios. Primus autem videtur elegiarum carmen scripsisse Callinus. Adjicit Aristoteles praeterea hoc genus poetas Antimachum Colophonium, Archilochum Parium, Mimernum Colophonium, quorum numero additur etiam Solon Atheniensis, legum scriptor nobilissimus.*

Hæc, quæ e Didymi fluxisse videntur copiis, ut et his similia, quæ de origine carminis elegiaci in Etymol. Gud. p. 180, 8, Etym. Orion. p. 58, 10, apud Marium Victor. de Metris, l. III, p. 2555 Putsch. inveniuntur (cf. M. Schmidt, *Didymi Alexandr. Fragmenta*, p. 387), non minus fortasse quam quod præcedit fragmentum libro historici argumenti ducta sunt.

11. (19.)

Themistius Orat. XXVI, p. 316, C Hard. : Ἀλλὰ καὶ ἡ σεμνὴ τραγωδία μετὰ πάσης βουῆς τῆς σκευῆς, καὶ τοῦ χοροῦ, καὶ τῶν ὑποκριτῶν, περιλήλυθεν εἰς τὸ θέατρον; καὶ οὐ προσέχομεν Ἀριστοτέλει ὅτι τὸ μὲν πρῶτον ὁ χορὸς εἰσιῶν ἦδεν εἰς τοὺς θεοὺς, Θέσπις δὲ προλόγον τε καὶ ῥῆσιν ἐξεύρεν, Αἰσχύλος δὲ τρίτον ὑποκριτῆν (cod. A Diindorfii. ὑποκριτῆς) καὶ ὀκρίδαντας, τὰ δὲ πλείω τούτων Σοφοκλέους ἀπελάυσαν καὶ Εὐριπίδου;

Minime cum his consonare quæ in libro de

tum fuisse tradunt et in ea mortuum esse sive morbo, sive ænigmatē piscatorum, et hæc illi inscripta fuisse : Terra, etc.

Homerus erat genere Ieta secundum Bacchylidem et Aristotelem philosophum.

Sapienter vero Aristoteli videtur Homerus Ieta fuisse, propterea fortasse quod in insula Io sepultus est.

EX INCERTIS LIBRIS.

8.

Aristoteles in libris de Poetica : « Impudentissimum (*proprie canis simillimum*) omnium. »

9.

Dithyrambum Pindarus Corinthi inventum esse dicit, carmen vero lyricum Aristoteles inceptum esse ab Arione, qui primus cyclicum duxit chorum.

11.

Sed et gravis ipsa et severa tragædia cum omni simul apparatu, cum choro et actoribus in theatrum pervenit? Nec Aristoteli credimus, quum ait, initio chorum ingredientem in deorum aliquid præconium cecinisse, Thespin vero, prologum et sermocinationem inseruisse, Æschylum vero tertium actorem et pulpitem; cetera nos a Sophocle et Euripide accepisse?

Poetica, c. 4, § 17, dicta sunt : Καὶ τό τε τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγε, καὶ τὰ τοῦ χοροῦ ἡλάττωσε, καὶ τὸν λόγον πρωταγωνιστῆν παρεσκευάσαν τρεῖς δὲ καὶ σκηνογραφίαν Σοφοκλῆς, nemo est quin videat. Neque tamen puto, ut multi voluerunt, Themistium hinc memoria lapsum esse, aut de iis loqui voluisse quæ Aristoteles in Poetica dixerit, in qua nulla Thespidis mentio facta est. Cum illis vero, quæ de numero actorum ab Æschylo inventorum narrat Themistius, optime conferri possunt quæ in Anonymi cujusdam vita Æschyli leguntur, p. 121, 81 Westerm. : Τὸν δὲ τρίτον ὑποκριτὴν αὐτὸς ἐξεῦρεν (Αἰσχύλος), ὡς δὲ Δικαίταρχος ὁ Μεσσηνίος Σοφοκλῆς. Aliter de hoc loco statuentes conferas Ritterum in comm. in Aristot. Poet., p. 115, Düntzerum, *Reitung der Aristot. Poetik*, p. 15, Eggerum, *Histoire de la critique chez les Grecs*, p. 139, n. 3, Roseum, *Arist. Pseud.*, p. 79. Cf. Bernays, l. l. p. 139.

12. (20.)

Proclus in Platon. Remp., p. 360 ed. Basil. (in capite inscripto : περὶ ποιητικῆς.. τὰ Πλάτωνι δοκοῦντα) : Πρῶτον εἰπεῖν χρὴ καὶ διαπορῆσαι περὶ τῆς αἰτίας δι' ἣν οὐκ ἀποδέχεται τὴν ποιητικὴν ὁ Πλάτων... δεύτερον τί δήποτε μάλιστα τὴν τραγωδίαν καὶ τὴν κωμικὴν οὐ παραδέχεται καὶ ταῦτα συντελοῦσας πρὸς ἀφροσύωσιν τῶν παθῶν, ἀ μῆτε παντάπασιν ἀποκλίνειν δυνατόν μῆτε ἐμπιμπλάναι πάλιν ἀσφαλές, δεόμενα δὲ τινος ἐν καιρῷ κινήσεως, ἣν ἐν ταῖς τούτων ἀφροσῶσιν ἐκπληρουμένην ἀνεογλήτους ἡμεῖς ἀπ' αὐτῶν ἐν τῷ λοιπῷ χρόνῳ ποιεῖν... Ib. p. 362 : Τὸ δὲ δεύτερον (πρόβλημα), τοῦτο δ' ἦν τὸ τὴν τραγωδίαν ἐκβάλλεσθαι καὶ κωμωδίαν ἀτόπως, εἴπερ διὰ τούτων δυνατόν ἐμμετρως ἀποπιμπλάναι τὰ πάθη καὶ ἀποπλήσαντας ἐνεργὰ πρὸς τὴν παιδείαν ἔχειν, τὸ πεπονηκὸς αὐτῶν θεραπεύσαντας. Τοῦτο δ' οὖν πολλὴν καὶ τῷ Ἀριστοτέλει παρασχὸν αἰτιάσεως ἀφορμὴν καὶ τοῖς ὑπὲρ τῶν ποιήσεων τούτων ἀγωνισταῖς τῶν πρὸς Πλάτωνα λόγων, οὕτως πως ἡμεῖς ἐπόμενοι τοῖς ἐμπροσθεν διαλύσομεν... Δεῖν μὲν οὖν τὸν πολιτικὸν διαμυχανᾶσθαι τινὰς τῶν παθῶν τούτων ἀπεράσεις καὶ ἡμεῖς φήσομεν, ἀλλ' οὐχ ὥστε τὰς περὶ αὐτὰ προσπαθείας συντείνειν, τοῦναντίον μὲν οὖν ὥστε χαλινοῦν καὶ τὰς κινήσεις αὐτῶν ἐμμελῶς ἀναστῆλαιν, ἐκείνας δὲ ἄρα τὰς ποιήσεις πρὸς τῇ ποιικίᾳ καὶ τὸ ἄμετρον ἔχουσας ἐν

ταῖς τῶν παθῶν τούτων προκλήσει πολλοῦ δεῖν εἰς ἀφροσύωσιν εἶναι χρησίμους· αἱ γὰρ ἀφροσῶσεις οὐκ ἐν ὑπερβολαῖς εἰσὶν ἀλλ' ἐν συνεσταλμέναις ἐνεργείαις, σμικρὰν ὁμοιότητα πρὸς ἐκεῖνα ἔχουσαι ὧν εἰσὶν ἀφροσῶσεις.

Iamblichus de Mysteriis, I, 11, p. 39 ed. Parthey : Ἐχει δ' ἐτι ταῦτα καὶ ἄλλον λόγον τοιοῦτον. Αἱ δυνάμεις τῶν ἀνθρωπίνων παθημάτων τῶν ἐν ἡμῖν πάντη μὲν εἰργόμεναι καθίστανται σφοδρότεραι, εἰς ἐνεργεῖαν δὲ βραχεῖς (βραχεῖαν conj. Bernays.), καὶ ἄχρι τοῦ συμμετροῦ προαγόμεναι χαιρούσι μετρίως καὶ ἀποπληροῦνται καὶ ἐντεῦθεν ἀποκαθαίρονται πειθοὶ καὶ οὐ πρὸς βίαν ἀποπαύονται. Διὰ δὲ τοῦτο ἐν τε κωμωδίᾳ καὶ τραγωδίᾳ ἀλλότρια πάθη θεωροῦντες ἴσταμεν τὰ οἰκεία πάθη καὶ μετρίωτερα ἀπεργαζόμεθα καὶ ἀποκαθαίρομεν, ἐν τε τοῖς ἱεροῖς.. θεραπείας οὖν ἕνεκα τῆς ἐν ἡμῖν ψυχῆς καὶ μετριότητος τῶν διὰ τὴν γένεσιν προσφυομένων αὐτῇ κακῶν λύσεώς τε ἀπὸ τῶν δεσμῶν καὶ ἀπαλλαγῆς χάριν τὰ τοιαῦτα προσάγεται.

De his locis, quorum priorem primus indicavit F. Robortellus in Aristot. Poetic., p. 54, ed. Florent. 1548 (cf. Lobeck *Aglaoph.*, p. 688 sqq.), alterum, ad quem Th. Gale, collato notissimo loco de καθάρσει in Aristot. Poetica, c. 5, annotaverat, nescio quo testimonio usus, « philosophum ex professo de καθάρσει in tertio de Poetica libro egisse, » iterum protraxit H. Barker, in Epist. crit. ad Arcadium de Accentibus, p. 255 ed. Lips., fusius disseruit Bernays, in libro : *Grundzüge der verlorenen Abhandlung des Aristoteles über Wirkung der Tragödie*, Breslau, 1857. Quod si et huic concedatur deperdito quodam Aristotelis scripto usos esse Proclum et Iamblichum, non tamen inde sequitur partem fuisse librorum de Poetica, quum et ipsius Procli disputatione, et aliis rationibus de quibus infra videbimus, potius ad Politicorum libros deducamur. Utcunque vero de hac re statuendum erit, jam illud manifestum est, neutro in loco aliud quid quam ipsam ab Aristotele prolatam sententiam contineri, quam licet pluribus et aliis partim verbis Iamblichus præcipue exponat (præter locum supra exscriptum cf. quos Bernays. laudat, p. 160, 169), nullo tamen modo evinci poterit, hanc explicationem ipsi Aristoteli tribuendam esse, præsertim quum Proclus non solum Aristotelem nominet, sed illi

12.

Alterum problema hoc erat : tragediam et comediam incepta a Platone e civitate ejectas esse : siquidem per has

licet affectus moderate implere, impletis vero strenue ad disciplinam uti, sanando quiddid in iis peccat. Hoc vero et Aristoteli et illis qui hæc poemata contra Platonem defendere aggressi sunt, plures reprehendendi ansas dedit.

adjungat τοὺς ὑπὲρ τῶν ποιήσεων τούτων (tragediam et comediam scil.) ἀγωνιστάς, id est Peripateticos.

III. ΠΕΡΙ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ.

Quod Bernaysius de dialogica forma librorum, qui in prima parte indicis Diogenis L. et Anonymi recensentur (Diogen. Laert. 3, Anonym. 3; cf. Dschemalud. 3), acute suspicatus erat, id, quod ad libros περὶ Φιλοσοφίας attinet, verissimum esse, nunc diserto Prisciani philosophi testimonio comprobatur. In præfatione enim Quæstionum Naturalium ad Chosroem Persarum regem, primum edita a v. cl. Quicherat, *Bibliothèque de l'École des Chartes*, 3^e série, t. IV, p. 248, deinde a Dübner, in Plotino ed. Didot ad calcem, hæc de fontibus suis posuit, p. 553: *Ex Platónico enim Timæo Phædoneque et Phædro et Politia et aliis convenientibus disputationibus assumpta atque confecta sunt, et actionibus (πραγματῆαις) Aristotelis de physica et de celo et de generatione et corruptione et μετεώρων, similiter quoque ex his quæ sunt de somno et somniis et ex his quæ quasi in dialogis scripta sunt de philosophia et de mundis.* Sed nec hoc opus fuerat argumento, ut illorum error argueretur, qui, ut olim Petrus Marsus, Sam. Petitus (*Miscellan.*, l. IV, 9), Buhlius (*de Aristot. libris deperd.*, p. 108, 110), Titzius (*de Aristot. libr. serie*, p. 74, 84), novissime autem Krischius (*Forsch. auf dem Gebiete der alt. Philos.*, p. 263 sqq.), demonstrare aggressi sunt, hosce libros περὶ Φιλοσοφίας iis contineri, qui hodie Μετὰ τὰ φυσικὰ inscribuntur, quum nihil eorum, quæ ut ex opere de Philosophia desumpta afferuntur, in his inveniri possit. Non magis enim, ut tribus tantum modo exemplis defungar, de Orphei carminibus, quam de auctore notissimæ illius sententiæ Γνωθὶ σεαυτὸν, aut de Magis antiquioribus quam Ægyptiis (cf. infra fr. 1, 3, 5), in Metaphysicis locutus est philosophus. Nec is tamen solus error est in quo multi versati sunt, sed et in similem plane nonnullos induxerunt Simplicius et Joannes Philoponus. Ex iis enim quæ illi ad Aristotelis verba, de Anima, I, 2, § 7: Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας [λεγόμενοις] διωρίσθη (scil. ἡ ψυχῇ), adscripterunt, primus fol. 5 verso: Περὶ Φιλοσοφίας μὲν νῦν λέγει τὰ περὶ τὰγαθῶ, alter vero, f. C, 1 verso: Τὰ περὶ τὰγαθῶ ἐπιγραφόμενα περὶ Φιλοσοφίας λέγει, orta est apud multos opinio, libros Aristotelis περὶ Φιλοσοφίας ab iis, qui περὶ τὰγαθῶ inscripti erant,

non diversos fuisse. In quo illis fraudi fuit, quod non satis bene perspexerunt Aristotelem non de proprio quodam scripto, sed de Platonice de Bono sermonibus locutum esse. De his vero postea accuratius videndum erit, nunc jam ad hanc aliam accedamus quæstionem, ipse Aristoteles in superstitibus libris dialogi de Philosophia mentionem fecerit necne. De hac autem re nulla fortasse dubitatio esset, nisi ab ipsis philosophi interpretibus injiceretur, uno ore, excepto Themistio, affirmantibus in verbis Aristotelis Natur. Auscult., II, 2, § 10: Διχῶς γὰρ τὸ οὐ ἕνεκα εἰρηται δὲ ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας, τὰ περὶ Φιλοσοφίας nihil aliud designari quam Ethicam ad Nicomachum scriptam; cf. Simplic. in Arist. Physic., f. 67, verso, Joann. Philopon., f. p. 15, Schol. cod. Paris. n. 1947, apud Brandis. p. 349, b, 22. Quem errorem non aliunde natum puto, quam e verbis, quæ in Paraphrasi posuit Themistius, fol. 24 verso: Καὶ οἱ διχῶς τὸ τέλος ἐν τοῖς Ἡθικοῖς (cf. Eth. Nic. in.) λέγεται, ad præcedentia apud philosophum, l. l. ἐσμέν γὰρ πως καὶ ἡμεῖς τέλος, spectantibus, non vero ad sequentia εἰρηται δὲ ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας, quæ in suis libris non invenisse videtur Themistius, quum nulla illorum in ejus Paraphrasi mentio occurrat. Quod igitur innumeris locis in philosophi libris factum est, et hic accidisse credo, et quidem ita, ut illis περὶ Φιλοσοφίας Metaphysica designarentur, omisso fortasse verbo πρώτης, quod in loco, simili interpolationis suspicioni obnoxio, de Animal. motione, c. 6 init., legitur: Περὶ μὲν τοῦ πρώτου κινουμένου καὶ αἰὶ κινουμένου, καὶ πῶς κινεῖ τὸ πρῶτον κινουῦν, διωρίσται πρότερον ἐν τοῖς περὶ πρώτης Φιλοσοφίας. Talis vero fraudis multo etiam illustrius suppeditat exemplum Asclepius, qui in introductione ad Metaphysica, p. 519, b, 19 Brand., ex Analyticis posterioribus hæc verba assert, « Ὡς εἰρηται μοι ἐν τοῖς περὶ σοφίας λόγοις, » quorum, ut cum Varrone loquar, nec vola nec vestigium in nostris libris occurrit.

Si hæc vere a nobis disputata sunt, sequitur inde, ut non magis dialogi de Philosophia quam ceterorum disertam fecisse mentionem Aristoteles putandus sit, vix enim opus est ut moneam, falsam esse illorum opinionem, qui verba philosophi de Partt. Anim., I, 16 (p. 223, 30): Ἴσως δ' ἂν τις ἀπορήσει, ποίαν λέγουσιν ἀνάγκην οἱ λέγοντες ἐξ ἀνάγκης τῶν μὲν γὰρ δύο τρόπων οὐδέτερον οἰόνθ' ὑπάρχειν, τῶν διωρισμένων ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν, ita accipiunt quasi de libris de Philosophia conscriptis sermo fieret. Quid enim sint τὰ κατὰ φιλοσοφίαν διωρισμένα optime ex coin-

paratione similibus locorum intelligitur, Physic. I, 8, 1, Polit. III, 7, 1, Ethic. Eudem. I, 8, 5, quibus addi potest Eth. Eud. I, 6, 2.

Etsi vero ignoro cur philosophus quasi consulto omiserit eodem modo, ut ad ceteros suos libros passim provocat, ita et dialogos nominare, nihilo tamen magis adduci possum, ut Rosii rationibus concedam, cum ceteris omnibus et hunc de Philosophia dialogum spurium et superpositum opus fuisse affirmantis. A tali vero opinione tam longe absum, ut contra gravissimam in hoc dialogo jacturam factam esse contendam, quippe quem in multis haud imparibus libris Metaphysicorum, in nonnullis etiam locupletiore fuisse, tot fide dignissima ex antiquitate testimonia comprobent. Ceterum cf. quæ de horum librorum argumento egregie disputavit Bernays. l. l. p. 100 sqq.

E LIBRO PRIMO.

1. (21.)

Diogenes Laert. I, 8 : Ἀριστοτέλης δ' ἐν πρώτῳ περὶ Φιλοσοφίας καὶ πρᾶστυτέρου εἶναι (τοὺς Μάγους scil.) τῶν Αἰγυπτίων· καὶ δύο κατ' αὐτοὺς εἶναι ἀρχάς, ἀγαθὴν δαίμονα καὶ κακὴν δαίμονα, καὶ τῷ μὲν ὄνομα εἶναι Ζεὺς καὶ Ἐρομάσδης, τῷ δὲ Ἄδης καὶ Ἀρειμάνιος. Φησὶ δὲ τοῦτο καὶ Ἑρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Μάγων, καὶ Εὐδόξος ἐν τῇ Περιόδῳ, καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ ὁδῷ τῶν Φιλιππικῶν. Cf. Metaphys., l. XIII, 4, § 4, Eudemus ap. Damascium de Principiis, p. 384.

2. (22.)

Plinius, Hist. nat. XXX, 2 : *Eudoxus qui inter sapientiae sectas clarissimam utilissimamque eam (magicam scil.) intelligi voluit, Zoroastrem hunc sex millibus annorum ante Platonis mortem fuisse prodidit. Sic et Aristoteles.*
Melius hoc puto referetur ad primum librum.

DE PHILOSOPHIA.

E LIBRO PRIMO.

1.

Ægyptiis antiquiores magos esse Aristoteles auctor est in primo de Philosophia libro, duoque secundum illos esse principia, bonum dæmonem et malum : alterum ex his Jovem et Oromasdem, alterum Plutonium et Arimanium dici. Quod Hermippus quoque in primo de Magis ait et Eudoxus in Periodo et Theopompus Philippiorum libro octavo.

3.

In carminibus Orpheo tributis dicit Aristoteles, quod

dialogi de Philosophia quam ad Magicum, ad quem Rose retulit. E Plinio Isidorus Orig. VIII, 9, 1; de cujus errore a Hrabano Mauro, de Universo, t. I, p. 204, et Burleio, in Vitis Philosoph., de Zoroastre philosopho, exscripto, cf. Rose, de Aristot. libr. ord. p. 85.

3. (23.)

Joannes Philop. in Arist. de Anima, I, 5, 15 : Ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς καλουμένοις ἔπεισι, fol. F, 3, recto : Λεγομένοις εἶπεν, ἐπειδὴ μὴ δοκεῖ Ὀρφίως εἶναι τὰ ἔπη, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας λέγει· αὐτοῦ μὲν γὰρ εἶσι τὰ δόγματα, ταῦτα δὲ φησὶν Ὀνομάκριτον ἐν ἔπεισι κατατεῖναι. Codd. et ed. ὄνομα κρείττον ἐνέπεισα. Pro κατατεῖναι malletm καταθεῖναι.

Cicero de Natura deorum, I, 38 : *Orpheum poetam docet Aristoteles nunquam fuisse et hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cujusdam fuisse Cercopis.* Nullo modo illud dicere voluit Aristoteles, quæ sententiæ Ciceronis verborum esse potest, Orpheum nunquam exstitisse, sed non ejus fuisse carmina quæ sub ejus nomine circumferebantur. Similis fortasse error latet apud Suidam s. Ὀρφέως : Ὀδρύσης ἑποποιός· Διονύσιος δὲ τοῦτον οὐδὲ γεγενῆσθαι λέγει.

4. (24.)

Synesius Encom. Calvit., c. 22 : Εἰ δὲ καὶ ἡ παροιμία σοφόν. Πῶς δ' οὐχὶ σοφόν περὶ ὧν Ἀριστοτέλης φησὶν, ὅτι παλαιῆς εἶσι φιλοσοφίας (v. l. ἱστορίας) ἐν ταῖς μεγίσταις ἀνθρώπων φθοραῖς ἀπολομένης ἐγκαταλείμματα περισωθέντα διὰ συντομίαν καὶ δεξιότητα; Simillimus locus est Metaphys., XI, 9, § 13. Cf. Bernays, *Theophrastos Schrift über die Frömmigkeit*, Berlin, 1866, p. 170.

5. (25.)

Porphyrus ἐκ τοῦ περὶ τοῦ Γνωθὶ σαυτὸν, in Joann. Stobæi Florileg., XXI, 26 : Τί ποτε ἦν

Orphei non esse putat, ut ipse in libris de Philosophia dixit. Orphei enim sunt sententiæ, illas vero Onomacritus versibus dicitur expressisse.

4.

Proverbiis quoque sapientia inest. Cur autem non ita esset, quum de proverbiis dicat Aristoteles, reliquias esse veteris sapientiæ quæ in maximis calamitatibus hominum perierit, ob aptam breviter servatas?

5.

Qualenam fuerit et a quo profectum sacrum illud Pythicum præceptum, quod deo supplices futuros, cognoscere sese jubet?... Sed sive Phemonoe... sive Phanothea..

ἄρχ, καὶ τίνας τὸ ἱερὸν πρόσταγμα τὸ ἐν Πυθοί, ὃ γινῶναι ἑαυτὸν τοῖς τοῦ θεοῦ δεησομένοις προσαγορεύει;... Ἄλλ' εἶτε Φημιονή... εἶτε Φανοθία... εἶτε καὶ Βίαντος ἢ Θαλοῦ ἢ Χίλωνος ἦν ἀνάθημα... εἶτε Κλειάρχῳ (deest hoc fragm. ap. Müller.), παρεκτέον μᾶλλον τοῦ μὲν Πυθίου φράζοντι εἶναι παράγγελμα, χρησθῆναι δὲ Χίλωνι τὸ ἀρίστον ἀνθρώποις μαθεῖν πυνθανομένων· εἶτε καὶ πρὸ Χίλωνος ἦν εἶτι ἀνάγραπτον ἐν τῷ ἰδρυθέντι νεῷ μετὰ τὸν πέτριόν τε καὶ χαλκοῦν, καθάπερ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας εἶρηκε.

Non aliter Clemens Alex. Strom., I, 14, 60, p. 129 Sylb. : Τὸ μὲν οὖν Γνωθὶ σαυτὸν οἱ μὲν Χίλωνος ὑπεκλήρασι, Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ Θεῶν Θαλοῦ, Ἀριστοτέλης δὲ τῆς Πυθίας.

6. (26.)

Plutarch. adv. Colot., c. 20 : Ὁ δὲ Ἡράκλειτος ὡς μέγα τι καὶ σεμνὸν διαπεπραγμένος, « Ἐδιζήσάμην, φησὶν, ἑμαυτὸν. » Καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς γραμμάτων θεϊτάτων ἐδόκει τὸ Γνωθὶ σαυτὸν, ὃ δὴ καὶ Σωκράτης ἀπορίας καὶ ζητήσεως ταύτης ἀρχὴν ἐνέδωκεν (cf. Plat. Alcib. I, p. 124), ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Πλατωνικοῖς εἶρηκε.

Num hæc recte ad libros de Philosophia referantur dubitari licet, quum, quæ a Plutarcho vocantur Πλατωνικά, libri περὶ τ' Ἀγαθοῦ esse possint.

7. (27.)

Clemens Alex. Strom., I, 14, 61 : Τὸ δ' « Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα », Κλεομένης μὲν ἐν τῷ περὶ Ἡσιόδου Ὁμηρῶ φησὶ προειρηθῆαι διὰ τούτων·

Δεῖλαί τοι δειλῶν τε καὶ ἐγγύα ἐγγυάσασθαι (Od. θ, 351).

Οἱ δὲ περὶ Ἀριστοτέλη Χίλωνος αὐτὸ νομί-

XXXIII. Cod. Marc. 3 : Διαιρεῖται ἡ κακία εἰς τέσσαρα· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν ἀφροσύνη, ἐν δὲ ἀδικία, ἐν δὲ δειλία, ἐν δὲ ἀκολασία. Ἔστι δὲ ἡ μὲν ἀφροσύνη ἐν τῷ λογιστικῷ, ἡ δὲ ἀδικία ἐν πᾶσι τοῦτοις τοῖς μέρεσι γίνεται (cf. XIII), ἡ δὲ δειλία ἐν τῷ θυμικῷ, ἡ δὲ ἀκολασία ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ. Τῆς κακίας ἄρα ἐν μὲν ἔστιν ἀφροσύνη, ἐν δὲ ἀδικία, ἐν δὲ δειλία, ἐν δὲ ἀκολασία.

XXXIV. Cod. Marc. 6 : Διαιρεῖται τὰ κακὰ εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῶν τὰ μὲν ἐν ψυχῇ, τὰ δὲ ἐν σώματι, τὰ δὲ ἐκτός. Ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐν ψυχῇ οἷον ἀφροσύνη, ἀδικία, δειλία, ἀκολασία καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, τὰ δὲ ἐν σώματι οἷον νόσος, ἀσθένεια, αἰσχος, ἐχθρα [delendum] καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, τὰ δὲ ἐκτός οἷον πένια, ἐχθροί, ἀδοξία, ἀτυχία πόνεως καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα. Ἐὼν κακῶν ἄρα τὰ μὲν ἔστιν ἐν ψυχῇ, τὰ δὲ ἐν σώματι, τὰ δὲ ἐκτός. (Cf. I.)

XXXV. Cod. Marc. 9 : Διαιρεῖται ἡ ἀγνοια εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν περὶ τὸ θεωρητικόν, ἐν δὲ περὶ τὸ πρακτικόν, ἐν δὲ περὶ τὸ ποιητικόν. Ἔστι δὲ ἡ περὶ τὸ θεωρητικόν ἡ ἐν ταῖς θεωρίαις ἀγνοια, ἡ δὲ περὶ τὸ ποιητικόν ἡ ἐν ταῖς ποιήσεσιν, ἡ δὲ περὶ τὸ

constant, ut domus et huiusmodi. Eorum igitur quæ sunt alia dividua sunt, alia individua; dividuorum vero alia similitum partium, alia dissimilium.

26. Eorum quæ sunt alia dividua sunt, alia individua: dividuorum vero alia sunt similitum partium, alia dissimilium. Dividua sunt quæcunque dividi possunt, ut domus, vestes, pecunia, ager et quæ his sunt similia; individua vero quæ dividi nequeunt, ut unitas, punctum, littera, sonus et quæ sunt similia. Dividuorum alia sunt similitum partium, quorum et partes sunt similes, ut aqua, ignis, æs et similia; alia vero dissimilium, quorum partes sunt dissimiles, ut domus et similia.

XXXII. Eorum quæ sunt alia per se, alia vero ad aliquid dicuntur. Ea quidem per se dicimus, quæ in elocutione nullo additamento indigent: ejusmodi sunt homo, equus et animalia reliqua: nam nihil eorum explicatione indiget. Ea vero ad aliquid dicuntur, quæ explicatione quadam egent, ut est majus aliquo et celerius aliquo et melius et huiusmodi reliqua. Namque majus minore majus est, et celerius aliquo est celerius. Eorum igitur quæ sunt alia per se sunt, alia per relationem ad aliquid.

Ita et prima dividebat secundum Aristotelem.

67. Eorum quæ sunt alia sunt ipsa per se, alia vero ad aliquid referuntur. Ipsa per se dicimus hominem,

domum, vestem, aurum et omnia quæcunque simpliciter sunt, ut non aliud esse necesse sit; ad aliquid vero referuntur, duplum, scientia: duplum enim ad dimidium, scientia ad aliud quid refertur.

XXXIII. Vitium in quatuor dividitur: unum enim est insipientia, alterum injustitia, tertium ignavia, quartum intemperantia. Insipientia ad eam partem animi pertinet quæ ratiocinationis particeps est; injustitia in omnibus animi partibus gignitur, ignavia in ea est quæ iræ est particeps, intemperantia vero in ea quæ cupiditatis. Vitii igitur partes sunt insipientia, injustitia, ignavia, intemperantia.

XXXIV. Mala in tria dividuntur: eorum quædam sunt in animo, quædam in corpore, quædam vero extrinsecus. In animo sunt insipientia, injustitia, ignavia, intemperantia aliaque similia; in corpore morbus, imbecillitas, deformitas, [inimicitia] et alia similia; extrinsecus egestas, inimici, infamia, mala fortuna reipublicæ et similia. Malorum igitur alia sunt in animo, alia in corpore, alia extrinsecus.

XXXV. Ignorantia in tria dividitur: alia enim pertinet ad contemplativam facultatem, alia ad agendi, alia vero ad efficiendi. Quæ ad contemplativam pertinet facultatem ignorantia est in contemplationibus; quæ ad efficiendi,

πρακτικὸν ἢ ἐν ταῖς πράξεσιν. Τῆς ἀγνοίας ἄρα ἐν μὲν ἐστὶ περὶ τὸ θεωρητικόν, ἐν δὲ περὶ τὸ ποιητικόν, ἐν δὲ περὶ τὸ πρακτικόν. (Cf. V.)

XXXVI. Cod. Marc. 11 : Διατριῆται ἡ δυσγένεια εἰς τρία· ἐστὶ γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν ἀπὸ ἀδόξων καὶ φαύλων γεγενῆσθαι γονέων, ἐν δὲ ἀπὸ ἀδίκων καὶ πονηρῶν, ἐν δὲ ἀπ' αὐτῆς τῆς τοῦ ἔχοντος κακίας. Ἔστι δὲ τὸ μὲν ἀπὸ ἀδόξων καὶ φαύλων γεγενῆσθαι προγόνων, ὅσων ἴδαν ὧσιν οἱ πρόγονοι ἀγενεῖα κατὰ φύσιν καὶ ἄλλως ἀνώνυμοι· τὸ δὲ ἀπὸ ἀδίκων καὶ μοχθηρῶν, ὅσων ἴδαν ὧσιν προδότηι ἢ ἄλλην τινὰ ἀδικίαν καὶ μοχθηρίαν ἔχουσι· τὸ δὲ ἀπ' αὐτῆς τῆς τοῦ ἔχοντος κακίας, ὅσων ἴδαν ἢ αὐτὸς ἀδικῶς ἢ κακοπράγμων ἢ ἄλλην τινὰ κακίαν δόξαν κατ' αὐτοῦ ἔχουσι. Τῆς δυσγενείας ἄρα ἐστὶν ἐν μὲν τὸ ἀπὸ ἀδόξων καὶ φαύλων προγόνων γεγενῆσθαι, ἐν δὲ ἀπὸ ἀδίκων καὶ μοχθηρῶν, ἐν δὲ τὸ ἀπ' αὐτῆς τῆς τοῦ ἔχοντος κακίας καὶ μοχθηρίας.

XXXVII. Cod. Marc. 12 : Διατριῆται ἡ κίνησις εἰς τρία· ἐστὶ γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν κατὰ τόπον, ἐν δὲ κατὰ ἀλλοίωσιν, ἐν δὲ αὐτῇ καθ' ἑαυτὴν ἢ κίνησις. Ἔστι δὲ ἡ μὲν κατὰ τόπον τὸ ἐξαλλάσσειν τόπον ἐκ τόπου, ὅσων οἱ τρέχοντες καὶ πηδῶντες καὶ πλέοντες καὶ αἱ ἄλλαι αἱ τοιαῦται κινήσεις· ἡ δὲ κατὰ ἀλλοίωσιν, ὅσων αὐξανόμενοι καὶ γηράσκοντες καὶ φθίνοντες καὶ ἄλλα τοιαῦτα· ἡ δὲ αὐτῇ καθ' ἑαυτὴν, οἱ τροχοὶ καὶ οἱ ἐμβυκαὶ [corr. βέμβυκαὶ] καὶ ὁ κόσμος καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Τῆς κινήσεως ἄρα τὸ μὲν ἐστὶ κατὰ τόπον, τὸ δὲ κατ' ἀλλοίωσιν, τὸ δὲ αὐτῇ καθ' ἑαυτὴν.

XXXVIII. Cod. Marc. 13 : Διατριῆται ἡ στάσις εἰς τρία· ἐστὶ γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν μονή, ἐν δὲ διχνοία, ἐν δὲ βαρέων καὶ κούφων θεωρία. Ἔστι δὲ ἡ μὲν μονὴ αὐτῇ ἐν ἑαυτῇ στάσις, ὅσων οἱ νεκροὶ καὶ οἱ λίθοι πεπόνθασιν καὶ ἄλλα τοιαῦτα· ἡ δὲ διχνοία τῶν πολιτῶν ἢ ἐχθρῶν ἢ ἄλλων τινῶν ζώων κατ' ἐχθραν ἢ μάχην· ἡ δὲ βαρέων καὶ κούφων θεωρία, ὅσων [ἢ?] διὰ σταθμοῦ τοῦ βαρέος καὶ τοῦ κούφου δοκιμασία.

XXXIX. Cod. Marc. 19 : Διατριῆται ὁ χρόνος εἰς τρία· ἐστὶ γὰρ ἡ παρεληλυθὸς ἢ παρὼν ἢ μέλλων, ἐν καὶ παρεσόμενον καλοῦσιν. Εἰσι δὲ ἐν μὲν τῇ παρεληλυθότῃ μνημαὶ καὶ τὸ μνημονεύειν· ἅπαντες γὰρ τὰ παρερχόμενα μνημονεύουσιν· ἐν δὲ τῇ παρόντι αἱ ἐπιστῆμαι καὶ αἱ γνώσεις καὶ οἱ λογισμοὶ καὶ αἱ πράξεις αἱ πρασσόμεναι· ἐν δὲ τῇ μέλλοντι αἱ προσδοκίαι καὶ ἐλπίδες καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον.

XL. Cod. Marc. 21 : Διατριῆται ἡ ὄρεξις τοῦ πράττειν εἰς τρία· ἐστὶ γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν τοῦ ἡδέος, ἐν δὲ τοῦ καλοῦ, ἐν δὲ τοῦ συμφέροντος. Ἔστι δὲ ἡ μὲν τοῦ ἡδέος ὄρεξις ταῖς ἐπιθυμίαις ὑπηρετεῖν, ἡ δὲ τοῦ καλοῦ τιμῆς ἐνεκεν καὶ εὐδοξίας, ἡ δὲ τοῦ συμφέροντος κέρδους καὶ ὠφελείας ἐνεκεν γενομένη [γιν.].

XLI. Cod. Marc. 22 : Διαίρεσις τῆς τῶν ὄντων ὀνομασίας εἰς πέντε γίνεται· ἐστὶ γὰρ αὐτῶν λεγόμενα τὰ μὲν ὥσπερ ἐν πρὸς πολλὰ, τὰ δὲ ὡς πολλὰ πρὸς πολλὰ καὶ πρὸς ἕν, τὰ δὲ ὡς ἀνόμοια ὡς πρὸς ὁμοία, τὰ δὲ ὡς ὁμοία πρὸς ὁμοία, τὰ δὲ ὡς ἐν πρὸς ἕν. Τὰ μὲν οὖν ὡς ἐν πρὸς πολλὰ, ὅσων τάχιστος καὶ μέγιστος καὶ κάλλιστος καὶ τὰ τοιαῦτα· τὰ δὲ ὡς πολλὰ πρὸς

in faciendo; quæ ad agendi in actionibus est. Ignorantiæ igitur pars versatur circum contemplativam facultatem, pars circum efficiendi, pars circum agendi.

XXXVI. Generis humilitas in tria dividitur: alia enim est obscuris et vilibus natum esse parentibus, alia ex injustis et pravis, alia a propria perversitate. Obscuris et vilibus parentibus nati esse dicuntur, quorum majores ignobiles natura et aliter sine nomine fuerunt; ab injustis et pravis, quum sive proditores fuerunt sive alia quaedam injustitia et pravitate inquinati sunt; a propria autem perversitate ignobilis erit, qui ipse injustas aut maleficus erit, aut aliam malam famam habebit. Generis igitur humilitas alia est obscuris et vilibus ortum esse parentibus, alia injustis et pravis, alia a propria perversitate et pravitate.

XXXVII. Motus tres sunt species: alia enim est secundum locum, alia secundum alterationem, alia motus ipse per semetipsum. Motus secundum locum est locum loco mutare, ut currentes, salientes, navigantes et ceteri similes motus. Motus secundum alterationem eorum est qui augentur, senescunt, decrescunt et alia hujusce modi. Motu ipso per se moventur rotæ, turbones, mundus et alia hujus generis. Motus igitur alius est secundum locum, alius secundum alterationem, alius per semet ipsum.

XXXVIII. Στάσις (triplici sensu *stationis*, *factionis* sive *dissensionis* et *librationis* sive *ponderationis*, Cf. H. Steph. Thes. s. v. p. 663, A) Status in tria dividitur: illius enim unum est mansio, alterum dissensio, tertium vero gravidorum atque levium ratio. Mansio est stabilitas in semet ipsa, quam patiuntur cadavera, lapides et alia similia. Dissensio est civium vel hostium vel aliorum animantium ad inimicitiam vel pugnam. Ratio gravidorum atque levium æstimatio est gravioris et levioris per pondus.

XXXIX. Dividitur tempus in tria: est enim sive præteritum, sive præsens, sive instans, quod et adfuturum vocant. Ad præteritum tempus pertinent memoriæ et meminisse; omnes enim eorum meminerunt quæ præterita sunt: ad præsens vero disciplinæ et scientiæ et ratiocinationes et actiones quæ fiunt; ad futurum expectatio, spes et omne quod simile est.

XL. Agendi appetitio in tria dividitur: una enim est quæ appetens est jucundi, altera quæ pulchri, tertia quæ utilis. Jucundi appetitio est servire cupiditatibus, pulchri gloriam persequitur et bonam famam; utilis quæ fit propter luerum et utilitatem.

XLI. Appellatio eorum quæ sunt quinque fit modis. Eorum enim alia dicuntur velut unum relatum ad multa, alia velut multa ad multa, alia velut dissimilia ad simi-

πολλά και πρὸς ἐν οἷον πλείω τὰς τῶνδε και μεῖζω τὰς τῶνδε και καλλιους οἶδε τῶνδε και τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα· τὰ δὲ ὡς ἀνόμοια ὡς πρὸς ὁμοια [..., τὰ δὲ ὡς ὁμοια πρὸς ὁμοια] οἷον ἀδελφοὶ πρὸς ἀδελφούς και φιλοὶ πρὸς φίλους και τὰ τοιαῦτα· τὰ δὲ ὡς ἐν πρὸς ἐν οἷον καλλίων οἶδε τοῦδε και θάσσων οἶδε τοῦδε και τὰ τοιαῦτα.

XLII. Cod. Marc. 25 : Διαίρεται τὰ ὄντα εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῶν τὰ μὲν κατ' οὐσίαν, τὰ δὲ κατὰ συμβεβηκός, τὰ δὲ κατὰ πάθος. Ἔστι δὲ τὰ μὲν κατ' οὐσίαν οἷον τὸ εἶναι ἄνθρωπον και τὸ ἕκαστον τῶν ὄντων εἶναι· τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκός τὸ τρέχειν και καθεῦδειν και ἄλλα τοιαῦτα· τὸ δὲ κατὰ πάθος οἷον τὸ ἤδουσαι και λυπεῖσθαι και θαρρεῖν και φοβεῖσθαι και τὰ τοιαῦτα.

XLIII. Cod. Marc. 27 : Διαίρεσις τῶν βελτιόνων και τῶν χειρόνων και τῶν καλλιόνων και αἰσχίωνων και λευκοτέρων και μελανωτέρων· τούτων ἕκαστον λέγεται τριχῶς· ἢ γὰρ τοῦ ἐναντιοῦ ἢ ἑαυτοῦ ἢ μέσου, οἷον ἐναντίον βέλτιον εἶναι λέγεται τὸ ἀγαθὸν τοῦ κακοῦ ὡς τῆς πανουργίας και τῆς ἀφροσύνης ἢ φρόνησις, τοῦ δὲ μέσου λέγεται βέλτιον εἶναι τὸ ἀγαθὸν οἷον τοῦ μήτε ἀγαθοῦ μήτε κακοῦ, αὐτὸ δὲ ἑαυτοῦ λέγεται βέλτιον καθὸ ἀγαθὸν ἀγαθοῦ ἐάν ἦτον [ἦ] τὸ ἕτερον. Ὁμοίως δὲ και τὸ καλὸν· λέγεται γὰρ και τοῦ αἰσχροῦ κάλλιον και τοῦ μήτε αἰσχροῦ μήτε καλοῦ κάλλιον εἶναι, λέγεται δὲ και τοῦ καλοῦ ἦτον δὲ καλοῦ κάλλιον εἶναι. Ὁμοίως δὲ και τὸ λευκότερον λέγεται· τὸ γὰρ λευκὸν και τοῦ

μελανος λέγεται εἶναι λευκότερον και τοῦ μήτε μελανος μήτε ὄντος λευκοῦ ἕπαρ ἔστι μέσον. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ τῶν οὕτως λεγομένων τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχειν φατέ. Κατὰ τρεῖς ἄρα τρόπους λέγεται βελτίω και χειρόω και καλλίω και αἰσχίω και λευκότερον και μελανώτερον.

XLIV. Cod. Marc. 28 : Διαίρεται τὰ ἐξ ὧν πόλις οἰκεῖται εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῶν ἐν μὲν ἐκ τοῦ μαχίμου μέρους τῶν ἀνθρώπων, ἐν δὲ ἐκ τοῦ βουλευέσθαι δυναμένου, ἐν δὲ ἐκ τοῦ ἐργάζεσθαι. Τὸ μὲν οὖν μάχμον μέρος τὸ ἀκμῶν ἔστι, τὸ δὲ βουλευέσθαι δυνάμενον τὸ τῶν πρεσβυτέρων, τὸ δὲ ἐργάζεσθαι τὸ τῶν τεχνιτῶν και γεωργῶν και τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. Τούτων δὲ ὅτι ἀν ἀπῆ οὐ βραδύως ἢ πόλις οἰκεῖται.

XLV. Cod. Marc. 29 : Διαίρεται ἡ γένεσις εἰς τέσσαρα· ἔστι δὲ αὐτῆς ἐν μὲν ἐξ οὐκ ὄντος εἰς οὐσίαν μεταβάλλειν, οἷον τὸν οὐκ ὄντα υἷον γενέσθαι και ἀνδριάντα τὸν οὐκ ὄντα γενέσθαι και πάντα τὰ τοιαῦτα· ἐν δὲ ἐκ τόπου εἰς τόπον μεταβάλλειν και τεθῆναι ἐν ἄλλω, οἷον οἱ πλείοντες και πορευόμενοι και πᾶν τὸ τοιοῦτον· ἐν δὲ ἐξωκ και διαθήσεως μεταβολή, οἷον τὸ ἐξ ἀπαιδέυτου παιδαυμένου γενέσθαι και ἐκ νέου πρεσβύτην και ἐξ ἐχθροῦ φίλον· ἐν δὲ πραγμάτων μεταβολή, οἷον ἐκ κλουσίου πλάνητα [corr. πένητα] και ἐξ ιδιώτου ἀρχοντα και ἐξ ἀρχοντος ιδιώτην γενέσθαι και ἄλλα τοιαῦτα.

XLVI. Cod. Marc. 30 : Διαίρεται τὸ δληθῆς εἰς

lia, alia velut similia ad similia, alia velut unum ad unum. Dicuntur velut unum ad multa relatum, velocissimus, maximus, pulcherrimus et talia; velut multa ad multa et ad unum, hæc plura sunt his, hæc majora sunt his, hæc pulchriora sunt his, et alia talia; velut dissimilia ad similia [..., velut similia ad similia] ut fratres ad fratres, amici ad amicos et talia; velut unum ad unum, hic pulchrior quam ille, velocior quam ille et alia id genus.

XLII. Quæ sunt in tria dividuntur: quædam enim eorum sunt natura, quædam casu, quædam vero affectu. Quæ sunt natura hæc sunt esse hominem, et eorum quæ sunt quodcumque esse; quæ casu, currere, vel dormire vel alia similia; quæ affectu, gaudere et dolere et bono animo esse et metuere et alia similia.

XLIII. Divisio eorum quæ sunt meliora, pejora, pulchriora, foediora, candidiora, nigriora: eorum quodcumque triplici modo dicitur; sive enim respicitur ad contrarium, sive ad ipsam sive ad medium. Ita quum bonum melius esse dicitur malo cum contrario confertur, et ita prudentia; melior est quam malitia et imprudentia medio bonum præstare dicitur quum neque bonum neque malum sit; ipsum vero ipso melius esse dicitur ut bonum bono si alterum inferius est. Similiter et pulchrum: dicitur enim pulchrius esse deformi et pulchrius eo quod neque deforme neque pulchrum est, dicitur et pulchrius esse quam

pulchrum sed quod minus est pulchrum. Eodem modo et candidius dicitur: candidum enim dicitur candidius esse nigro et eo quod neque nigrum neque candidum, medium vero est. Et eodem modo rem se habere in aliis quæ sic dicta sunt dicite. Tribus igitur modis dicitur melius et pejus, pulchrius et turpius, candidius et nigrius.

XLIV. Civitatis incolæ in tria dividuntur genera: alii ex illa portione sunt hominum qui arma ferre valent, alii ex illa qui deliberare possunt, alii ex illa qui operariam facere. Militaris pars ex illis constat qui robusti sunt; quæ ad deliberandum apta est, e senioribus; quæ vero operariam exercet, e fabris et agricolis et aliis hujusce generis. Quod si earum partium aliqua absit, non facile incolitur civitas.

XLV. Generatio in quatuor dividitur. Primum est genus quum aliquid quod non erat esse cœpit, velut filium qui antea non erat nasci, statuam quæ nulla erat fieri et omnia hujusce generis. Secundum fit loci mutatione et translocatione in alium locum ut navigantes et ingredientes et quodcumque his simile est. Tertium est mutatio habitus et dispositionis velut ex inerudito eruditum fieri, ex juvene senem, ex hoste amicum. Quartum rerum mutatio, ut ex divite mendicum, e privato magistratum, e magistratu privatum fieri et alia id genus.

XLVI. Verum in tria dividitur: unum est ipsam rem veram esse, aliud sermonem, aliud utrumque. Res ipsa

τρία· ἔστι γὰρ αὐτοῦ ἐν μὲν τὸ πρᾶγμα ἀληθές εἶναι, ἐν δὲ τὸν λόγον, ἐν δὲ τὸ συναμφοτέρον. Ἔστι δὲ τὸ πρᾶγμα ἀληθές ὅταν ᾖ οὕτως ἔχον καὶ οὐκ ἄλλως, ὡς τὸν θεὸν ἀθάνατον εἶναι· οὕτως γὰρ ἔχει τὸ πρᾶγμα καὶ οὐκ ἄλλως. Τὸ δὲ λέγειν, Οὕτως ἔστιν ἀληθές λόγος, τοῦ ἀληθοῦς ἐστίν· ἔστι γὰρ ὁ λόγος πρᾶγμα ὑπὸ τὸν λόγον τοῦτον ὄν. Τὸ δὲ λέγειν ὅτι οἱ ἄνθρωποι ἐμψυχοὶ εἰσι, καὶ ὁ λόγος ἀληθής ἔστι καὶ τὸ πρᾶγμα.

XLVII. Cod. Marc. 31 : Διαίρεται τὸ ψεῦδος εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτοῦ ἐν μὲν τὸ πρᾶγμα εἶναι ψεῦδος, ἐν δὲ τὸν λόγον, ἐν δὲ τὸ συναμφοτέρον. Τὸ μὲν οὖν πρᾶγμα ἔστι ψεῦδος ὅταν μὴ οὕτως ἔχῃ ὡς λέγεται ἀλλ' ἄλλως, ὡς ὁ καθήμενος ᾗ ἐστηκώς ἢ ὁ λευκὸς [μέλας]. Ὁ δὲ λόγος ἔσται ψευδής ὅταν τις λέγῃ τὸν ἀληθῆ λόγον εἶναι ψευδῆ, ὡς ὁ λέγων τὸν περὶ τοῦ θεοῦ λόγον, ὡς ὁ λέγων [delenda tria voc.] ὅτι ἔστι θεός, καὶ τοῦτον ὁ φάσκων ψευδῆ εἶναι. Ὁ λόγος οὕτως ἔστι ψευδής· οὐ γὰρ ἔστιν ὑπὸ τὸν λόγον τοῦτον πρᾶγμα οὐδὲν ἀλλὰ ὁ λόγος. Ὁ δὲ λέγων τὴν ἡμέραν νύκτα εἶναι καὶ τὸ πρᾶγμα ψεῦδος ἔρει καὶ τὸν λόγον.

XLVIII. Cod. Marc. 3a : Διαίρεται ἡ τιμὴ εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν εἰς ἀργυρίου λόγον, ἐν δὲ εἰς ἐπαινοῦ λόγον, ἐν δὲ εἰς θεραπείας τινός καὶ ἐπιμελείας λόγον. Τὸ μὲν οὖν εἰς ἀργυρίου λόγον ἔστιν ἀξία ἐν πράξει καὶ ὠνήσει, ὡς ἀξία τῆς τιμῆς φαμέν εἶναι· τὸ δὲ εἰς ἐπαινοῦ λόγον εἶναι, ὡς αἱ ἐν ταῖς πόλεσι τιμαὶ δι' ἐνίας πράξεις γινόμεναι καὶ δωρεαὶ διδόμεναι· τὸ δὲ εἰς θεραπείας λόγον καὶ ἐπιμελείας, ὡς τὸν θεὸν τιμῶμεν θεραπείας τινὶ καὶ ἐπιμελείᾳ τινός, καὶ τοὺς γονεῖς δὲ τιμῶμεν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ διὰ θεραπείαν γινόμενα.

XLIX. Cod. Marc. 34 : Διαίρεται τῶν ἐπιστημῶν ἡ κρίσις εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῶν ἐν μὲν ἐν ᾗ βελτιόνων ἢ καλλιόνων, ἐν δὲ ἐν ᾗ συμπερόντων μᾶλλον καὶ κατεπειγόντων, ἐν δὲ ἐν ᾗ τῶν ἀκριβεστέρων μᾶλλον δὲ καὶ εἰς ἀπόδειξιν συντεινόντων. Ἔστι δὲ τὸ μὲν βελτιόνων καὶ καλλιόνων ὡς ἡ ἀνδριαντοποιητικὴ τέχνη καὶ ἡ ἀγαλματοποιητικὴ καὶ ἡ πορφυροβαφικὴ καὶ αἱ τοιαῦται· συμπερόντων δὲ καὶ μᾶλλον κατεπειγόντων ὡς ἡ σκευοποιητικὴ καὶ οἰκοδομικὴ καὶ αἱ τοιαῦται· ἀκριβεστέρων δὲ καὶ μᾶλλον εἰς ἀπόδειξιν συντεινόντων αἱ τὰ μαθηματικὰ καὶ ἡ φιλοσοφία.

L. Cod. Marc. 35 : Διαίρεται ὁ στρατηγὸς εἰς τρία· ἔστι γὰρ ἡ τῶν νόμων στρατηγὸς ἢ κατὰ δυνάμιν τινα καὶ πραγμάτων κυρταὶν στρατηγὸς ἢ κατὰ ἐπιστήμην. Ἔστι δὲ ὁ μὲν κατὰ νόμον στρατηγὸς ὡς οἱ ἐν ταῖς πόλεσιν αἰρούμενοι, ὁ δὲ κατὰ ἐπιστήμην ὁ ἔχων τὴν στρατηγικὴν ἐπιστήμην, ὁ δὲ κατὰ δυνάμιν τινα καὶ πραγμάτων κυρταὶν ὡς ὁ ὑπὸ τινος ἐπισταθεὶς ἢ αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ κύριος χρημάτων καὶ στρατιωτῶν γινόμενος.

LI. Cod. Marc. 37 : Διαίρουσιν αἱ μέθοδοι αἱ εἰς τὰ προβλήματα εἰς τρία· εἰσι γὰρ αὐτῶν αἱ μὲν κριτικαί, αἱ δὲ θεωρητικαί, αἱ δὲ ἐριστικαί. Καὶ κριτικαὶ μὲν εἰσιν αἷς τὸ βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον διακρίνομεν, ὡς πότερον βέλτιον δικαιοσύνη ἢ ἀνδρεία· θεωρητικαὶ δὲ αἷς θεωροῦμεν τὸ τοιοῦτον, ὡς πότερον ταῦτον νόσος ἐστὶν ὑγεία καὶ εὐεξία ἢ οὐ· ἐριστικαὶ δὲ αἷς τοὺς θροῦς ἀναίρουσιν, ὡς οὐκ ἔστιν εὐεξία σωμάτων ἢ κρατίστη.

LII. Cod. Marc. 38 : Διαίρεται ἡ λύπη εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν ἐν οἷς προσήκει τὸν φρόνιμον λυπεῖσθαι, ἐν δὲ ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς καὶ κακοῖς

vera est quum ita se habet et non aliter, velut deum esse immortalem : ita enim res se habet et non aliter. Dicere autem hoc quod dico verum est, pars est veri ; sermo enim res est quæ isti sermoni subest. Quum autem dicitur homines animatos esse, cum sermo verus est tum res.

XLVII. Falsum in tria dividitur : unum enim est rem falsam esse, unum sermonem, unum utrumque. Res falsa est quum non sic se habet ut narratur, velut si sedens stat sive albus niger est. Sermo falsus est quum aliquis dicit verum sermonem falsum esse, ut qui de deo dicit [ut qui dicit deum esse], eum esse, quem si quis dicat sermonem falsum esse, sermo falsus est : nulla enim illi sermoni subest res sed sermo. Qui vero dicit diem noctem esse et rem et sermonem falsum dicit.

XLVIII. Τιμή (græce *pretium* et *honor*) in tria dividitur : aliud est genus secundum pecuniam, aliud secundum laudem, aliud secundum observantiam quamdam et studium. Secundum pecuniam τιμή (pretium) est æstimatio in vendendo et emendo, velut dicimus aliquid pretio dignum esse ; secundum laudem, honores qui in civitatibus quibusdam factis parantur et dona quæ dantur ;

secundum observantiam et studium deum honoramus observantia quadam et studio, et parentes honoramus et cetera quæ per observantiam fiunt.

XLIX. Disciplinarum divisio in tria fit genera : earum enim aliæ versantur in iis quæ sive pulchriora sive meliora sunt, aliæ in utilioribus et magis urgentibus, aliæ vero in subtilioribus et quæ magis ad demonstrationem valent. In melioribus et pulchrioribus versantur ars statuaria et purpuraria et tales ; in utilioribus et magis urgentibus utensilium confectio, architectura et tales ; in subtilioribus et magis ad demonstrationem tendentibus, mathematicæ artes et philosophia.

L. Dux in tres dividitur species : est enim sive lege dux, sive propter potentiam aliquam et rerum dominationem, sive propter scientiam. Dux est lege ut qui in urbibus eliguntur ; propter scientiam qui imperatoriam artem possidet ; propter potentiam aliquam et rerum dominationem qui ab aliquo constitutus est vel per semet ipsum dominus opum et militum factus est.

LI. Methodi ad problemata trium sunt generum : sunt enim sive criticæ, sive theoreticæ, sive disputatoriæ.

καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μηδὲν προσήκουσι λυπεῖσθαι. Ἔστι δὲ τὸ μὲν ἐπ' οἷς προσήκει τὸν φρόνιμον λυπεῖσθαι, οἷον ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἀτυχήμασι ἢ τῶν αὐτοῦ τινὸς οἰκείων ἢ φίλων ἢ τῆς συμπαθῆς πάλλως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων· τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς λυπεῖσθαι ἐστὶ φθόνος τις καὶ βασκανία καὶ πᾶν τὸ τοιούτων· τὸ δὲ ἐπὶ πᾶσι κακοῖς καὶ ἀγαθοῖς [excidisse videtur τοῖς ἄλλοις] καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις τοῖς μηδὲν προσήκουσι λυπεῖσθαι, τὸ μὲν ἐπὶ τοῖς κακοῖς τοῖς ἄλλοις ἔλεος, τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς φθόνος, τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς μηδὲν προσήκουσι φθόνος καὶ βασκανία.

LIII. Cod. Marc. 39 : Διαίρεται ἡ ἡδονὴ εἰς τέσσαρα· ἐστὶ γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν περὶ τὸ λογικόν, ἐν δὲ περὶ τὸ θυμικόν, ἐν δὲ περὶ τὸ ἐπιθυμητικόν, ἐν δὲ περὶ τὰς αἰσθησεις. Ἔστι δὲ ἡ τὸ μανθάνειν περὶ τὸ λογιστικόν [fort. ἢ περὶ τὸ λογ. τὸ μανθάνειν] ἢ ἀπὸ τοῦ μανθάνειν καὶ ἀνευρίσκειν ἡδονὴ καὶ τὰ τοιαῦτα· περὶ δὲ τὸ θυμικόν οἷον ἢ τε τοῦ κρατεῖν καὶ νικᾶν καὶ ἀντιτιμωρεῖσθαι καὶ αἰ τοιαῦται· αἰ δὲ περὶ τὸ ἐπιθυμητικόν αἰ τε ἀπὸ τῆς τροφῆς καὶ συνουσίας καὶ αἰ τοιαῦται ἡδοναὶ γινόμεναι· ἢ δὲ περὶ τὸ αἰσθητικόν περὶ τὰς αἰσθησεις, οἷον ἢ τε διὰ τοῦ ὄραν καὶ γεύεσθαι καὶ ὀσφραίνεσθαι καὶ αἰ τοιαῦται.

LIV. Cod. Marc. 40 : Διαίρεται ἡ εὐταξία εἰς τέσσαρα· ἐστὶ γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν περὶ ψυχῆν, ἐν δὲ περὶ σῶμα, ἐν δὲ περὶ πλῆθος, ἐν δὲ περὶ κινήσεις. Ἡ μὲν οὖν ἐν τῇ ψυχῇ εὐταξία ἐγγινομένη κοσμιότης

καλεῖται, ἢ δὲ ἐν τῷ σώματι εὐταξία κάλλος καλεῖται, ἢ δὲ ἐν κινήσει εὐταξία εὐρυθμία δομαζέται, ἢ δὲ ἐν τῷ πλῆθει οἷον ἢ πρὸς ἀρχοντας εὐταξία παιδαρχία προσαγορεύεται.

LV. Cod. Marc. 41 : Διαίρεται ἡ ἀταξία εἰς τίσσρα· ἐστὶ γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν ἐν ψυχῇ, ἐν δὲ ἐν σώματι, ἐν δὲ ἐν πλῆθει, ἐν δὲ ἐν κινήσει. Ἡ μὲν οὖν ἐν τῇ ψυχῇ ἀταξία ἐγγινομένη ἀσωτία ἢ ἀκολασία καλεῖται, ἢ δὲ ἐν τῷ σώματι ἀταξία αἰσχροτης καλεῖται, ἢ δὲ ἐν τῷ πλῆθει ἀταξία ἀπειθαρχία καλεῖται, ἢ δὲ ἐν κινήσει ἀρρυθμία προσαγορεύεται.

LVI. Cod. Marc. 42 : Διαίρεται τὰ ἐν φιλοσοφίᾳ προβλήματα εἰς πέντε· ἐστὶ γὰρ αὐτῶν ἐν μὲν πολιτικόν, ἐν δὲ διαλεκτικόν, ἐν δὲ φυσικόν, ἐν δὲ ἠθικόν, ἐν δὲ ῥητορικόν. Πολιτικόν μὲν οὖν ἐστὶ τὸ ὑπὲρ νόμων καὶ τινῶν τιμωριῶν προβαλλόμενον, οἷον πότερον δεῖ καλεῖν τὰ ξενικὰ ἀμαρτήματα [ὁμοίως inseq. videtur] ἢ τὰ πολιτικὰ ἢ ἀνόμοια [-ίως?] ἢ τὰλλα τὰ τοιαῦτα· διαλεκτικόν δὲ οἷον πότερον τῶν ἐναντίων αὐτῆ ἢ [corr. ἢ αὐτῇ] ἐπιστήμη ἢ ἑτέρα, καὶ τὰλλα τὰ τοιαῦτα· φυσικόν δὲ οἷον πότερον εἰς κόσμος ἐστὶν ἢ πλείους, καὶ τὰλλα τὰ τοιαῦτα· ἠθικόν δὲ οἷον πότερον δεῖ πάντα χαρίζεσθαι τοῖς φίλοις ἢ τὰ μὲν τὰ δὲ οὐ, καὶ τὰλλα τὰ τοιαῦτα· ῥητορικόν δὲ οἷον ἐάν τις ὑπὲρ ποιητῶν κατηγορῇ ἢ ἀπολογῆται, οἷον διὰ τί τὸν Ὀδυσσεῖα οἱ ἑταῖροι φρονιμώτατον ὄντα ἐξέθησαν εἰς τὴν νῆσον καθέδοντα, καὶ τὰ τοιαῦτα.

Criticæ illæ sunt quibus melius et pejus dijudicamus, velut utrum melior sit iustitia an fortitudo; theoreticæ quibus quale sit spectamus, velut an idem sit morbus quam sanitas et bona valetudo necne; disputatoricæ vero quibus definitiones tollimus, velut non est optima bona valetudo.

LII. Doloris tria sunt genera: unum enim in illis est quibus decet sapientem dolere, secundum in alienis bonis et malis et in aliis quibus non decet dolere. Ea quibus sapientem dolere decet hæc sunt: propriæ calamitates sive familiarium et amicorum et totius civitatis et alia id genus. Alienis bonis dolere invidia quædam est et malignitas quædam et tale quid. Dolere vero propter omnia mala et bona aliena et propter omnia alia propter quæ dolere non decet, si de alienis malis agitur commiseratio est, si de bonis invidia, si de aliis quæ nihil ad nos faciunt invidia et malignitas.

LIII. Voluptas in quattuor dividitur: una enim in parte est animæ quæ rationis est particeps, altera in ea quæ iræ, tertia in ea quæ cupiditatis, quarta vero in sensibus. Voluptas quæ in discendo est vel quæ a discendo et inveniando et similibus percipitur ea parte animæ percipitur quæ rationis est particeps. Ad partem animæ iræ participem voluptas quæ ex superando, vinceado, ulciscendo talibusque percipitur spectat. Voluptates quæ in cibo, in coitu et talibus sitæ sunt pertinent ad partem animæ quæ est cupiditatum particeps; quas vero sensibus

accepimus vel videndo, gustando, olfaciendo, ea in partem animæ cadunt quæ sentiendi facultate prædita est.

LIV. Ordinis conservatio quadrifariam dividitur. Una enim est in anima, secunda in corpore, tertia in multitudine, quarta in motibus. Ordinis conservatio in anima vocatur modestia, in corpore pulchritudo, in motu contentus vocatur: ordinis vero conservatio in multitudine, qualis est erga ducem obedientia, obtemperatio nominatur.

LV. Perturbatio ordinis quadruplex est: alia enim in anima, alia in corpore, alia in multitudine, alia in motu. Perturbatio ordinis in anima intemperantia et incontinentia vocatur; in corpore deformitas, in multitudine inobedientia, in motu inconcinntas.

LVI. Problemata circum quæ philosophia versatur in quinque genera dividuntur: unum enim est politicum, alterum dialecticum, tertium physicum, quartum ethicum, quintum rhetoricum. Politicum illud est quod proponitur de legibus et penis quibusdam, velut utrum oporteat eodem modo punire peregrinorum delicta, quam civium an aliter, et alia id genus. Dialecticum genus velut utrum contrariorum eadem sit scientia an altera et alia talia. Physicum velut unus an plures sint mundi et alia similia. Ethicum utrum in omnibus oporteat indulgere amicis, an in aliis oporteat, in aliis vero non, et alia id genus. Rhetoricum problema vero est, si quis sive incuset sive defendat poetam, velut cur Ulysem, quamvis prudentissimæ

LVII. Cod. Marc. 43 : Διαιρείται ἡ κόλασις εἰς τέσσαρα· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν ἀναίρεσις, ἐν δὲ εἰς ἀργυρίου λόγον, ἐν δὲ εἰς προπηλακισμόν, ἐν δὲ εἰς κάκωσιν σώματος. Ἡ μὲν οὖν ἀναίρεσις ἔστιν ὅσον ἐπὶ τοῖς ἀνηκέστοις ἁμαρτήμασιν ἕπερ τιμωρία ὀνομάζεται· αἱ δὲ εἰς ἀργυρίου λόγον, ὅσον αἱ ὑπὸ τῶν νόμων ζημίαι κολάζουσιν· αἱ δὲ εἰς προπηλακισμοῦ λόγον, ὅσον αἱ ἀτιμίαι αἱ ἐν ταῖς πόλεσι γινόμεναι, ὅσον ἀτιμον εἶναι θεῶν ἀσπίδα ῥίψη ἢ παρακαταθήκην ἀποστερήση, καὶ αἱ ἄλλαι αἱ τῶν νόμων ἀτιμίαι· αἱ δὲ εἰς κάκωσιν σώματος, ὅσον οἱ μαστιγοῦντες καὶ οἱ λοιδοροῦντες καὶ οἱ τοιούτοι.

LVIII. Cod. Marc. 45 : Διαιρεῖται ἡ ἁμαρτία εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν μετὰ ἀδικίας, ἐν δὲ μετὰ ἀγνοίας, ἐν δὲ μετὰ ἀτυχίας. Τὸ μὲν οὖν μετὰ ἀδικίας ἁμαρτάνειν ἔστιν ὅσον τὸ εἰς θεὸν ἀσεβεῖν καὶ τοὺς φίλους κακῶς ποιεῖν καὶ τὰ ἐν ταῖς πόλεσι ἀδικήματα· τὸ δὲ μετὰ ἀγνοίας ἁμαρτάνειν ὅσον γραμματικῇ ἢ ἀριθμητικῇ καὶ ταῖς τοιαύταις ἐπιστήμαις· ταῦτα γὰρ αὐτὰ μετὰ ἀδικίας γίνεται· ἀλλὰ μετὰ ἀγνοίας· μετὰ ἀτυχίας δὲ ἁμαρτάνειν ἔστιν ὅσον οἱ τοῦ σκοποῦ ἀποτυχάνοντες καὶ οἱ τῶν ὁδῶν καὶ οἱ ἀκούσια ἁμαρτάνοντες.

LIX. Cod. Marc. 46 : Διαιρεῖται ἡ ἀτυχία εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν ἐν ταῖς πράξεσιν, ἐν δὲ ἐν τοῖς καιροῖς, ἐν δὲ ἐν τοῖς συμπτώμασι τοῖς ἀπὸ ταυτομάτου γινόμενοις. Τὸ μὲν οὖν ἐν ταῖς πράξεσιν βλάπτεσθαι καὶ ζημιουῖσθαι ἔστι, τὸ δὲ ἐν τοῖς και-

ροῖς ἀτυχεῖν ὑστερεῖσθαι ἔστι καὶ προτερεῖν καὶ τοῦ διαμαρτάνειν καὶ τοῦ καιροῦ γινόμενον [καὶ τοῦ διαμ... γινόμενου *corr. videtur*], τὸ δὲ ἐν τοῖς συμπτώμασι τοῖς ἀπὸ ταυτομάτου γινόμενοις ὅσον αἱ πληγαὶ αἱ ἐξαίφνης καὶ αἱ βλάβαι αἱ ἐξ ἀπροσδοκῆτου προσπίπτουσαι.

LX. Cod. Marc. 47 : Διαιρεῖται τὰ ἴδια καὶ τὰ κοινῶς ἀγαθὰ εἰς πέντε· ἔστι γὰρ αὐτῶν τὰ μὲν ἴδια θεοῦ, τὰ δὲ ἴδια ἀνθρώπων, τὰ δὲ κοινὰ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, τὰ δὲ κοινὰ ἀνθρώπου καὶ τῶν ἄλλων ζῶων πλην θεοῦ, τὰ δὲ πάντων κοινὰ. Ἰδια μὲν οὖν ἔστι θεοῦ τὸ αἰδίων εἶναι καὶ τὰ τοιαῦτα, ἴδια δὲ ἀνθρώπου τὸ σύμφρονον [*fort. σώφρονον*] καὶ δίκαιον εἶναι καὶ τὰ τοιαῦτα, κοινὰ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων τὸ σπουδαῖον εἶναι· καὶ γὰρ τῷ θεῷ ὑπάρχει καὶ τῷ ἀνθρώπῳ σπουδαῖον εἶναι, ἴδιον δὲ ἀνθρώπου ἢ ἐγκράτεια κακοῦ τινὸς οὕσα ἀποτρεπτική, τῷ θεῷ δὲ οὔτε γενέσθαι οὔτε ὑπάρχειν κακὸν καλῶς ἔχει λέγειν, καὶ τῶν ἄλλων τοιαῦτα. Κοινὸν δὲ ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζῶων πλην θεοῦ ἀνδρεία· αὕτη γὰρ κινδύνου τινὸς καὶ φόβου ἀντιστατική ἔστι καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα· πάντων δὲ κοινὸν τὸ καλόν.

LXI. Cod. Marc. 48 : Ἐκαστον τῶν ὄντων ἀποτελεῖται διὰ τέσσαρας αἰτίας· ἢ γὰρ διὰ τὸ περὶ χρηστὴν [*corr. videtur* καὶ περὶ χρηστὸν] ὑπάρχειν ἀπροσδόκητον τύχην ἢ δι' ἐπιστήμην ἢ διὰ φύσιν ἢ διὰ βίαν καὶ ἀνάγκην. Τὰ μὲν διὰ τύχην ἔστι τὰ ἀπὸ ταυτομάτου καὶ ἀπὸ [ἀνευ?] προνοίας ἀποτελούμενα,

fuerit, exposuerint in insulam socii dormientem, et talia.

LVII. Castigationis quattuor sunt genera : unum enim est poena capitis, alterum pecuniaria, tertium ignominia, quartum damnum corporis. Capitis poena est quae ab illis sumitur qui maxima facinora commiserunt, quod appellatur supplicium. Pecuniaria poena est multa legibus irrogata. Existimationis vero, ignominiae quibus cives efficiuntur, velut infamem esse qui scutum abjecerit, vel qui depositum defraudaverit ceteraque infamiae legibus impositae. Poena quae damno fit corporis, ab iis imponitur qui verberant sive conviciis afficiunt et similibus.

LVIII. Peccatum in tria dividitur genera. Est enim unum quod fit injustitia, aliud ignorantia, aliud propter infortunium. Cum injustitia conjunctum peccatum est impium in deum esse, male agere cum amicis et injustum esse in rempublicam. Ignorantia peccatur in grammaticam, arithmeticam similesque disciplinas : haec peccata enim non fiunt injustitia, sed ignorantia. Ut cum infortunio erremus tunc accidit quom finem non attingimus, vel a via aberramus, vel invitati peccamus.

LIX. Mala fortuna in tria dividitur. Una enim est in actionibus, altera in tempore, tertia in accidentibus quae sponte sua eveniunt. Mala fortuna in actionibus utuntur qui damno et detrimento afficiuntur ; in tempore, qui

vel sero, vel prius veniunt, vel opportunitatem nacti ea frustrantur ; accidentia vero quae sponte sua eveniunt, appellantur subitae calamitates et noxiae quae ex improvise incidant.

LX. Propria et communiter bona in quinque dividuntur species. Eorum enim nonnulla propria sunt Deo, alia hominibus, alia communia Deo et hominibus, alia propria hominibus et ceteris animalibus praeter Deum, alia vero omnibus communia. Proprium igitur est Deo immortalem esse et similia ; proprium hominibus concordem esse et justum ; proprium Deo et hominibus bonum esse : etenim et Deo et hominibus proprium est bonum esse, proprium vero homini continentia quae malum avertat, Deum vero malum esse vel fieri posse ne dicere quidem licet : et alia id genus. Communis vero hominibus et ceteris animalibus praeter Deum, fortitudo : ea enim facit ut periculo vel terrori alicui resistamus ; omnibus vero commune pulchrum est.

LXI. Eorum quae sunt quodcumque quattuor causis perficitur : sive casu qui etiam in bonum obtinet, sive scientia, sive natura sive vi et necessitate. Quod casu perficitur id est quod sua sponte et providentia fit : quae scientia, domus et naves et omnia talia ; quae natura, homines, arbores et omnia animalia ; quae vi et necessitate,

τά δὲ δι' ἐπιστήμην αἴ τε οἰκίαί καὶ αἱ νῆες καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, τὰ δὲ διὰ φύσιν ὅσον οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ δένδρα καὶ τὰ ζῷα πάντα, διὰ δὲ βίαν καὶ ἀνάγκην ὅσον αἱ τῶν ἀλόγων ζῶων δαμασίαι καὶ αἱ κρατήσεις καὶ δεσποτεῖαι καὶ τυραννίδες καὶ τὰ τοιαῦτα.

LXII. Cod. Marc. 49 : Διαιρεῖται τὸ ψευδολογεῖν εἰς τέσσαρα· ἔστι γὰρ αὐτοῦ ἐν μὲν ἐν [del.] ἀλαζονείᾳ [-νεία], ἐν δὲ εἰρωνείᾳ, ἐν δὲ κερτόμησις, ἐν δὲ ψευδολογία τις μετὰ βλάβης. Ὁ μὲν οὖν ἀλαζονεύμενος ἐπὶ πλείον καὶ μείζον ψεύδεται· προσποιητὸς γὰρ ἐστίν, ὃ οὐκ οἶδεν εἰδέναι θέλων καὶ ἄπειρ οὐκ ἔχει ἔχειν. Ὁ δὲ εἰρωνεύμενος ἐπὶ τὸ ἔλαττον ψεύδεται· ὃ τε γὰρ πλοῦσις πένης φησὶν εἶναι εἰάν εἰρωνεύηται, καὶ ὃ σοφὸς οὐκ εἶναι σοφός. Ὁ δὲ ἐν τῷ κερτομεῖν ψευδολογῶν μετὰ τοῦ σκώπτειν ὅσον τὸ ἠτῆσθαι κρατεῖν ἢ καλὸν τὸ κακὸν λέγων καὶ σοφὸν τὸ ἀπαίδευτον, ὃ δὲ μετὰ βλάβης ὅσον ὃ τὰ ψευδῆ μαρτυρῶν καὶ ἀπαρνούμενος καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα.

LXIII. Cod. Marc. 50 : Διαιρεῖται ὁ ψευδόμενος εἰς δύο· ὃ μὲν γὰρ ἐκὼν ψεύδεται, ὃ δὲ ἄκων. Ὁ μὲν οὖν ἐκὼν ψευδόμενος ἔκαπατῆ τινὰς καὶ ἄλλως ἀπάτην ἐμποιεῖ, ὃ δὲ ἄκων ψευδόμενος αὐτὸς ἐξηπατημένος ψεύδεται ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῷ ἀπάτης οὐσης.

LXIV. Cod. Marc. 54 : Διαιρεῖται ὁ καθαρισμὸς καὶ ἡ κάθαρσις εἰς τρία· ἔστι γὰρ αὐτῶν ἐν μὲν νόμῳ, ἐν δὲ φύσει, ἐν δὲ τέχνῃ καὶ πράγματι. Νόμῳ μὲν οὖν ἐστὶ καθαρισμὸς ὅσον ὃ τε τοῦ ἀέρος θ-αν ἀποκαθαίρηται καὶ θ-αν τὰ ὕδατα ὥσι καθαρά καὶ τὰ βρώματα καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ... τέχνῃ δὲ καὶ πράγματι ὅσον

ἢ τε τῶν χαλκωμάτων καὶ τῶν ἱματίων πλύσις καὶ τὰ τοιαῦτα.

LXV. Cod. Marc. 57 : Τῶν κακῶν ὁμοιότης τῶν περὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα καὶ τῶν ἐκτὸς ἐστὶν αὕτη. Ἐν τῇ ψυχῇ μὲν ἐστὶν ἀδικία κάκιστα τὴν ψυχὴν διατιθεῖσα, ἐν δὲ τῷ σώματι νόσος κάκιστα διατιθεῖσα τὸ σῶμα, ἐν δὲ τοῖς ἐκτὸς ἀτυχία κάκιστα διατιθεῖσα τὰς ἐκτὸς πράξεις· καὶ ταύτη λαμβάνεται ἡ ὁμοιότης τῶν κακῶν τούτων. Καὶ πάλιν ἐν μὲν ψυχῇ ἀφροσύνη ἀρρωστία τίς ἐστι καὶ ἀλογιστία ψυχῆς, ἐν δὲ σώματι καχεξία ἀρρωστία ἐστίν, ἐν δὲ τοῖς ἐκτὸς ἀδοξία· προπληκισμὸν γὰρ καὶ ἀρρωστίαν καὶ δλιγωρίαν περὶ τὰ ἄλλα τινὰ ἐμποιεῖ ταῖς ἐκτὸς πράξεσι· καὶ ταύτη πάλιν λαμβάνεται τῶν κακῶν τούτων ἡ ὁμοιότης. Καὶ πάλιν ἐν μὲν ψυχῇ δειλία οὕσα ἐκκληκτικὰς καὶ πάντων ἠττους τῶν φόβων παρασκευάζει τὰς ψυχὰς, ἐν δὲ σώματι ἀσθένεια πάντων τῶν πόνων ἠτῆσθαι τὰ σώματα παρασκευάζει, ἐν δὲ τοῖς ἐκτὸς ἐχθροὶ ὄντες ἀσθενῆ περὶ τὰς ἐκτὸς πράξεις καὶ εὐκαταφρόνητον ποιῶσιν ᾧ γὰρ πολλοὶ εἰσὶν ἐχθροὶ οὐδὲν τούτῳ βραδύως ὑπάρχει. Καὶ ἐστὶν ἡ μὲν δειλία ἐν φόβῳ εὐκαταφρονήτους ποιῶσα, ἡ δὲ ἀσθένεια ἐν πόνῳ εὐκαταφρόνητον τὸ σῶμα ποιεῖ, ἡ δὲ ἐχθρα ἐν πράξεσι ταῖς ἐν βίᾳ. Καὶ ἡ μὲν ἀσωτία καὶ ἀκολασία αἰσχρὰν τὴν ψυχὴν καὶ ἄκοσμον παρασκευάζει, τὸ δὲ αἰσχρὸν ἐν σώματι δὴ αἰσχρὸν τὸ σῶμα καὶ ἄκοσμον παρασκευάζει, ἡ δὲ πενία ἐκτὸς οὕσα αἰσχρὸν [τὸν?] βίον παρασκευάζει· καὶ ταύτη λαμβάνεται τῶν κακῶν τούτων ἡ ὁμοιότης.

LXVI. Cod. Marc. 59 : Διαιρεῖται ἡ ἀποβολή

brutorum animalium dominationes, subectiones, dominationes, tyranniae et talia.

LXII. Falsa dicendi quattuor sunt genera : unum enim est in jactantia, alterum in dissimulatione, tertium est irrisio, quartum mendacium damnium aliquod afferens. Qui se jactat mentitur plura et majora dicens : simulat enim ea scire se affirmans quae nescit et ea habere quae non habet. Qui dissimulat mentitur minuendo : dives enim dicit se pauperem esse quanta dissimulat, sapiens se non esse sapientem. Qui mentitur irridens cavillatur quum superari vincere appellet, quod pulchrum est, malum, quod sapiens indoctum : qui damnose mentitur is est qui falsum testatur, qui denegat et alia talia facit.

LXIII. Duo sunt genera eorum qui falsa loquuntur : sive enim voluntate sive inviti faciunt. Qui sponte mentitur quosdam decipit et aliter fraudem facit ; qui vero invitus quum ipse deceptus sit falsa loquitur ob errorem in quo ipse versatur.

LXIV. Purificatio et purgatio in tria dividuntur genera. Unum enim fit lege, alterum natura, tertium arte et re. Purificatio lege fit ut quum aer purificatur et quum aqua et cibi et omnia talia pura sunt..... arte et re ut saramentorum et vestium lotio et talia.

LXV. Malorum similitudo quae ad animum et quae ad

corpus pertinent quae extrinsecus sunt haec est. In animo injustitia pessime animum afficit, in corpore morbus, in iis quae extrinsecus sunt mala fortuna : et ita perspicitur horum malorum similitudo. Et rursus in animo insipientia imbecillitas quaedam est et rationis defectus, in corpore vero malus habitus defectus est ; in iis quae extrinsecus sunt mala existimatio, quippe quae ignominiam et infirmitatem et despectum circum alia quaedam efficiat iis quae extrinsecus sunt. Et ita rursus percipitur horum malorum similitudo. Et rursus timiditas quae est in animo mentes stupori obnoxias et omni pavori inferiores efficit : in corpore virium defectus corpora omnibus laboribus imparia reddit ; in iis vero quae sunt extrinsecus qui sunt inimici infirmos faciunt ad ea quae extrinsecus agenda sunt et facile despiciendos : cui enim multi sunt inimici, nihil huic facile contingit. Et ignavia est quae in periculo facile contemnendos facit, vitium defectus in laboribus corpus, inimicitias vero in vitium actionibus. Prodigalitas et intemperantia animum turpem et incultum efficiunt ; deformitas in corpore turpe et incultum corpus reddit ; egestas quae extrinsecus est vitam turpem efficit. Et ita percipitur horum malorum similitudo.

LXVI. Scientiae amissio in tria dividitur : unum enim est si is cuius est scientia perit ; alterum si oblivio gi-

τῆς ἐπιστήμης εἰς τρία· ἐστὶ γὰρ αὐτῆς ἐν μὲν ἕκῃ φθαρῆ οὐκ ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη, ἐν δὲ ἕκῃ λήθη γένηται, ἐν δὲ ἕκῃ ἔχων τὴν ἐπιστήμην φθαρῆ. Ἐὰν μὲν οὖν οὐ ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη φθαρῆ οἷον Σωκράτους, οὐκ ἐστὶ ἐστὶν ἐπιστήμη· ἐφθαρταί γάρ. Ἐὰν δὲ λήθη γένηται, καὶ οὕτως ἀποβάλλομεν τὴν ἐπιστήμην. Ἐὰν δὲ ἔχων τὴν ἐπιστήμην φθαρῆ ἄνθρωπος, ἀναγκαῖον ἐστὶ συμφθεῖσθαι καὶ ἀποβάλλεσθαι αὐτὴν.

LXVII. Cod. Marc. 64 : Σκεπτικόν ἦτις ἐστὶ τῶν ζῶων πρὸς ἄλληλα διαφορά. Φαμέν οὖν εἶναι τῶν ζῶων τὰ μὲν θνητά, τὰ δὲ ἀθάνατα. Θνητὰ μὲν οὖν εἰσὶ ὅσα πέφυκε φθεῖρεσθαι καὶ αἵματος κοινωεῖν, οἷον ἄνθρωπος καὶ βοῦς καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ζῶων· ἀθάνατα δὲ οἷον ἄγγελοι. Ἰῶν δὲ θνητῶν ζῶων τὰ μὲν ἐστὶ πτηνά, τὰ δὲ ἔνυδρα, τὰ δὲ παζά· παζά μὲν οὖν εἰσὶν οἷον ἄνθρωπος, κύνων, ἴππος καὶ τὰ τοιαῦτα καὶ ἀπλῶς οἷς ὁ βίος ἐπίγειός ἐστιν, ἔνυδρα οἷς τε ἰχθύες καὶ τὰ ὕστρα καὶ ἀπλῶς οἷς ἡ διαγωγή ἐν ὑγρῷ ἐστὶ, πτηνά δὲ οἷον ὄρνιθες καὶ σφῆκες καὶ μέλισσαι καὶ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα ἀ διὰ τῆς οἰκείας φύσεως ὀχρῶνται κατὰ τὸν ἄερα. Πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα καὶ κατὰ ψυχὴν καὶ κατὰ τὸ σῶμα δοκεῖ διαφέρειν ἀλλήλων. Ὅτι μὲν οὖν κοινῶς κατὰ πάντων τούτων κατηγορεῖται ζῶον εἶναι δῆλον, διαφορὰν δὲ τίνα ἔχει τούτων ἕκαστον καθάπερ εἶπομεν· τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν πεζόν, τὸ δὲ ἔνυδρον, τὸ δὲ πτηνόν, τὸ δὲ ἀθάνατον· τὸ δὲ κοινὸν κατηγορούμενον ἐφ' ἀπάντων φαμέν εἶναι τὸ γένος. Ἐκαστον δὲ τούτων ἐστὶ ζῶον, τὰ δὲ διαιρεθέντα τῶν ζῶων λεκτέον εἶδη εἶναι. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ σχήματος καὶ ἀριθμοῦ. Τοῦ τε γὰρ τριγώνου καὶ

τῶν λοιπῶν κοινὸν φαμέν εἶναι τὸ σχῆμα· τούτων γὰρ ἕκαστον ἐστὶν ἑπερὶ ὑπάρχει σχῆμα τι (1. σχήματι)· δῆλον οὖν ὅτι τὸ μὲν σχῆμα γένος ἂν εἴη τούτων, ταῦτα δὲ τοῦ σχήματος εἶδη· τὸ γὰρ σχῆμα διαιρῆσομεν εἰς τρίγωνον καὶ τετράγωνον καὶ τὰ λοιπά. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ περιττὸν καὶ τὸ ἄρτιον εἶδη τοῦ ἀριθμοῦ εἰσι κοινῇ γὰρ αὐτῶν κατηγορεῖται ὁ ἀριθμός. Ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν γένος δοκεῖ πρότερον εἶναι τοῦ εἶδους, τὸ δὲ πρότερον οὐχ ἀπλῶς λέγεται, εἴπωμεν περὶ αὐτοῦ.

LXVIII. Cod. Marc. 65 : Τὸ πρότερον λέγεται πενταχῶς ἢ γὰρ φύσει ἢ χρόνῳ ἢ θέσει ἢ τάξει λεχθήσεται. Θέσει μὲν οὖν οἷον τὸ ἐπὶ τῶν κειμένων ψήφου εἰώθαμεν λέγειν, οἷον ὅτι πρότερον αὕτη ταύτης τάξει δὲ οἷον ὁ ταξίαρχος τοῦ λόγου καὶ ὁ λοχαγὸς τοῦ ιδιώτου καὶ τὸ α' τοῦ β'. Δυνάμει δὲ φαμέν εἶναι πρότερον τὸν στρατηγὸν τοῦ στρατιώτου καὶ ἀπλῶς τὸν δυνάστην τοῦ ιδιώτου· χρόνῳ δὲ οἷον πατὴρ υἱοῦ καὶ πᾶν τὸ πρεσβύτερον τοῦ νεωτέρου· φύσει δὲ ἐστὶ πρότερον οἷον ἡ τε μονὰς τῆς δυάδος καὶ τὸ μέρος τοῦ ὅλου καὶ τὸ γένος τοῦ εἶδους, καὶ ἀπλῶς ὅσα αὐτὰ ἀλλήλοισι μὴ συναναίρεται, τούτων τὸ μὲν οὖν ἀναίρου (1. συναναίρου) πρότερον ἐστὶ, τὸ φύσει δὲ συναναίρου μὲν ὑστερον· οἷον τῆς μονάδος ἀναίρεθίσης ἢ δυὰς ἀναίρεται καὶ πᾶς ἀριθμός, δυάδος δὲ ἀναίρεθίσης οὐδὲν κωλύει μονάδα εἶναι· πρότερον τοίνυν τῇ φύσει μονὰς δυάδος. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ μέρους ἀναίρεθίσης τὸ ὅλον ἀναίρεται, τοῦ δὲ ὅλου μὴ ὄντος οὐδὲν κωλύει τὸ μέρος εἶναι. Φανερόν δὲ ὅτι ὅσαχῶς τὸ πρότερον λέγεται, τοσαυταχῶς καὶ τὸ ὑστερον λεχθήσεται· τὸ γὰρ ὑστερον ἐρούμεν ἢ φύσει ἢ χρόνῳ ἢ θέσει ἢ τάξει ἢ δυνάμει.

gnitur, tertium si is qui habet scientiam moritur. Si igitur is cujus est scientia moritur ut Socratis, non amplius erit scientia, perit enim. Sin autem oblivio gignitur, et sic quoque scientiam amittimus. Sin autem moritur is qui scientiam possidet, necesse est cum illo perire et amitti ipsam.

LXVIII. Quærendum quænam sit animalium inter se differentia. Dicimus igitur animalium quædam esse mortalia, quædam immortalia. Mortalia sunt quæ intereunt et sanguinem habent, ut homo, bos et similia animalia; immortalia vero angeli. Mortalium animalium quædam sunt volatilia, quædam aquatilia, quædam terrestria. Terrestria autem sunt homo, canis, equus et similia et omnino quæcumque vitam in terra degunt; aquatilia pisces et ostrea et omnino quæcumque in humido degunt; volatilia vero aves, vespæ, apes et alia similia, quæcumque propria natura per aerem feruntur. Hæc vero omnia et quod ad animam et quod ad corpus attinet inter se differre videntur. De his vero omnibus communiter prædicatur animalia esse, sed eorum quodque differentiam habet, ut diximus: aliud enim pedestre, aliud aquatile, aliud volatile, aliud immortale. Quod autem communiter de omnibus prædicatur, genus esse dicimus. Eorum quodcumque animal est: divisa autem animalia species vocari

oportet. Quod et idem de forma et numero accidit. Trianguli enim et aliarum figurarum communem esse formam dicimus: eorum enim quodque forma est ita ut appareat formam eorum esse genus, illa vero formæ species. Formam enim dividemus in triangulum, quadrangulum et cetera. Similiter etiam par et impar genera sunt numerorum: communiter enim de illis prædicatur numerus. Quam vero genus prius videatur esse quam species, prius autem non uno tantum modo dicatur, de hoc jam loquamur.

XLVIII. Prius quinquè dicitur modis: sive enim natura, sive tempore, sive facultate, sive positione, sive ordine dicetur. Positione de calculis solemus dicere, velut hunc priorem esse illo. Ordine velut taxiarchus prior est cohorte, lochagus gregario milite et a quam b. Facultate priorem esse dicimus ducem milite et prorsus eum qui dominationem exercet homine privato. Tempore prior est pater filio et omne quod ætate majus est juniore. Natura prius est monas dyade, pars toto, genus specie et prorsus omnia quæ non ipsa invicem simul auferuntur, quorum prius est id quod aufert, quod vero natura aufertur posterius, velut monade ablata, dyas aufertur et omnis numerus, dyade vero ablata nihil impedit quin monas sit. Prius igitur natura monas dyade. Similiter et ablata parte totum au-

LXIX. Cod. Marc. 66 : Ὅσακῶς τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον λέγεται, τοσαυτακῶς καὶ περὶ τοῦ ἅμα λεγθήσεται, ὅσον ἢ φύσει ἢ θέσει ἢ δυνάμει ἢ χρόνῳ ἢ τάξει. Θέσει μὲν οὐκ εἰσὶ τὰ τοιαῦτα ἅμα ὅσα τῷ τόπῳ ἐξ ἰσοῦ ἐστίν, ὅσον τὰ τρέχοντα ἅμα φαμέν εἶναι καὶ τὰ ἐστηκότα· τάξει δέ ἐστι τὰ τοιαῦτα ἅμα ὅσον οἱ τοῖς ζυγοῖς στοιχοῦντες, δυνάμει δὲ ἅμα λέγομεν τὰ μηδὲν ἀλλήλων πλέον δυνάμενα, χρόνῳ δὲ τὰ τοιαῦτα φαμέν εἶναι ἅμα τὰ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ὄντα, φύσει δὲ λεκτέον ἅμα εἶναι τὰ τε συναναίρουντα ἄλληλα καὶ τὰ μὴ δυνάμενα χωρὶς ἀλλήλων εἶναι, ὅσον τὸ τε διπλάσιον καὶ τὸ ἥμισυ· ταῦτα γὰρ συναναίρουνται ἄλληλα (I. ἀλλήλοισ) καὶ τὰ μὴ δυνάμενα χωρὶς ἀλλήλων εἶναι, ὅσον τὸ τε διπλάσιον καὶ τὸ ἥμισυ· ταῦτα γὰρ συναναίρουνται ἀλλήλοισ καὶ τὸ ἕτερον χωρὶς τοῦ ἑτέρου ἀδύνατον εἶναι· διπλασίον γὰρ ἀναιρεθέντος οὐκ ἔσται ἥμισυ καὶ ἥμισους ἀναιρεθέντος οὐκ ἔσται διπλάσιον καὶ ἀδύνατόν ἐστι διπλασίον ὄντος μὴ εἶναι ἥμισυ. Τοῦτων οὕτως ἀποδειχθέντων ἀκολουθοῦν εἰπεῖν περὶ τῶν ὄντων (cf. supra XXXII).

LXX. Cod. Marc. 68 : Διαίρουνται τὰ ἐναντία οὕτως. Τῶν ὄντων τῶν μὲν ἐστὶ τὸ ἐναντίον τῶν δὲ οὐ χρυσοῦ μὲν γὰρ καὶ ἀνθρώπῳ καὶ ἱματίῳ καὶ τοῖς τοιοῦτοις οὐδὲν ἐστὶν ἐναντίον, ἀρετῇ δὲ καὶ ἀγαθῷ καὶ θερμῷ ἐστὶν ἐναντίον· ἀγαθῶν μὲν γὰρ ἐναντίον τὸ κακόν, ἀρετῇ δὲ κακία, θερμῷ δὲ ψυχρόν. Τῶν ἐναντίων τοίνυν αὐτῶν τὰ μὲν ἔχουσί τι ἀνὰ μέσον τὰ δὲ οὐ.

Ἀγαθοῦ μὲν γὰρ καὶ κακοῦ ἐστὶ τι ἀνὰ μέσον, κινήσεως δὲ καὶ ἡρεμίας οὐδὲν ἐστὶν ἀνὰ μέσον· ἐξ ἀνάγκης γὰρ πάντα ἢ κινεῖται ἢ ἡρεμεῖ. Καὶ ζωῆς καὶ θανάτου οὐδὲν ἐστὶν ἀνὰ μέσον· ἐξ ἀνάγκης γὰρ ὅπερ τῆς ζωῆς δεκτικόν ἐστὶν, ἢ ζῆ ἢ τέθηκεν. Αὐτὰ δὲ τὰ ἐναντία λέγεται περιττώς· ἢ γὰρ ὡς ἀγαθῷ κακόν ἐναντίον ἐστίν, ὅσον τῇ δικαιοσύνῃ ἢ ἀδικίᾳ καὶ τῇ σωφροσύνῃ ἢ ἀκολασίᾳ καὶ τὰ τοιαῦτα, ἢ ὡς οὐδέτερον οὐδέτερον ἐναντίον ἐστίν... τούτων γὰρ οὐδὲν ἐστὶν οὔτε ἀγαθόν οὔτε κακόν. Ὡς κακόν κακῷ δὲ ἐναντίον ἐστὶ κακόν ἢ ὑπερβολὴ τῇ ἐνδείᾳ καὶ τὰ καθ' ὑπερβολὴν καὶ ἔλειψιν λεγόμενα, ὅσον τὸ ὑπερβαλλόντως ψύχεσθαι (deesse videtur : τῷ ὑπερβαλλόντως θερμαινεσθαι)· ταῦτα γὰρ καθ' ὑπερβολὴν λέγεται (addend. ἐναντία) καὶ τὸ ἔλειπον τοῦ θερμοῦ τῷ ἔλλειποντι τοῦ ψυχροῦ· καὶ γὰρ ταῦτα καθ' ἔλειψιν ἐναντία. (Cf. supra XXVII.)

I.LXXI. Cod. Marc. 69 : Μετὰ ταῦτα τοίνυν περὶ καταφάσεως σκεπτέον πῶς λέγομεν. Φαμέν οὖν πᾶσαν κατηγορίαν ἢ δηλοῦμεν ὑπάρχειν τι κατάφασις εἶναι, ὅσον τὸ καθῆσθαι τὸν ἄνθρωπον ἢ λευκὸν εἶναι τὸ ἱμάτιον καὶ πάντα τὰ τοῦτον τὸν τρόπον λεγόμενα. Ἀπόφασις δέ ἐστι τοιοῦτον ὅσον τὸ μὴ καθῆσθαι τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸ μὴ λευκὸν εἶναι τὸ ἱμάτιον καὶ ἀπλῶς οὐ τὸ μὴ ἢ τὸ οὐ προστεθὲν σημαίνει μὴ ὑπάρχειν τι.

fertur, quum vero totum non est nihil impedit quia pars sit. Manifestum vero quot modis dicatur prius, tot etiam dici posterius : posterius enim dicemus sive natura sive tempore, sive positione, sive ordine, sive facultate.

LXIX. Quot modis dicatur prius et posterius, tot etiam et simul dicatur : sive enim natura, sive ordine, sive facultate, sive tempore, sive ordine. Positione vero simul sunt ea quæ loco sunt æqualia ; ita dicimus ea quæ currunt vel quæ stant simul esse. Ordine simul sunt quæ jugatim procedunt. Facultate simul esse dicimus quorum neutrum altero plus potest. Tempore simul esse dicimus quæ eodem sunt tempore. Natura simul esse ea dicenda sunt quæ se invicem auferunt et quorum alterum sine altero esse nequit, ut duplum et dimidium : horum enim alterum ab altero auferunt et alterum sine altero esse non potest : ablato enim duplo non erit dimidium, et quum duplum est, ut non sit dimidium fieri nequit. Hisita demonstratis sequitur ut de iis quæ sunt loquamur.

LXX. Contraria sic dividuntur. Eorum quæ sunt habent alia contraria, alia non habent ; auro enim et homini et vesti et similibus nihil est contrarium, virtuti autem et bono et calido contrarium est ; mala enim bonis sunt contraria, virtuti autem vitium, calido vero frigidum. Contrariorum vero ipsorum nonnulla aliquid in medio

habent, nonnulla vero nihil. Bonum enim atque malum aliquid in medio positum habent, motus autem et quies nihil : necesse enim est omnia sive moveri sive in quiete esse. Ita et vita et mors nihil in medio habent : necessario enim quodcumque vitæ particeps fieri potest, aut vivit aut mortuum est. Ipsa vero contraria peculiari quodam modo dicuntur : sive enim ut bono malum contrarium est velut iustitiæ iniustitia et temperantiæ intemperantia et similia, sive neutrum neutri contrarium est (*desunt exempla*), horum enim nihil neque bonum neque malum est. Ex malis vero malum malo contrarium est exsuperantia indigentia, et quæ sive per excessum sive per defectum dicta sunt, ut supra modum refrigerari, hæc enim per excessum dicuntur : et indigentia caloris indigentia frigoris, hæc enim per defectum contraria.

LXXI. Post hæc quaerendum est de affirmatione quomodo eam dicamus. Dicimus igitur omne prædicamentum quo aliquid esse affirmamus, affirmationem vocari, ut dicimus hominem sedere, albam esse vestem et omnia hoc modo dicta. Negatio vero hæc est : hominem non sedere, vestem non albam esse et omnino quodcumque addito non significatur non esse.

III. SCRIPTA LOGICA.

Scriptorum logici argumenti quæ in deperditis Aristotelis libris habenda sunt, duplex est genus. Primum eorum est quæ, quum titulo et argumento illis similia essent e quibus illud logicæ et dialecticæ doctrinæ corpus est compositum, cui philosophi Aristotele recentiores *Organi* nomen indiderunt (cf. Schol. in Anal. pr. p. 140, A 48, David in Categ. p. 25, B, 31; 26, A, 12), ab antiquis interpretibus ut spuria rejecta sunt. Alterorum deinde eorum quorum memoria sive in indicibus sive alibi exstat. De hoc altero genere loquitur Alexander Aphrod. in Arist. Topic. p. 5 (p. 252, A, 8 Brand.) : Περὶ δὲ τῆς οὕτω λεγομένης διαλεκτικῆς Ἀριστοτέλης μὲν καὶ ἐν ἄλλοις βιβλίοις πεπραγμάτευται, μάλιστα δὲ ἐν τούτοις ἃ ἐπιγράφεται Τοπικά. Magis etiam perspicue alio loco idem hocse tangit libros, sive potius argumentorum collectiones, ad discipulorum, ut videtur, usum institutas, quarum longe maximum numerum nostri indices recensent. Quum enim philosophus, de utilitate Topicorum disputans Topic. I, 2, ea prorsus gymnasiā, prorsus tās ἐντεῦξεις, prorsus tās κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας utilia esse dixisset, de prioribus hæc adnotat, ib. p. 16 (p. 254, B, 10) : Ἡ γυμνασίαν λέγοι ἂν τὴν εἰς ἑκάτερον μέρος ἐπιχείρησιν. Ἦν δὲ σύνηθις τὸ τοιοῦτον εἶδος τῶν λόγων τοῖς ἀρχαίοις, καὶ τὰς συνουσίας τὰς κλειστάς τοῦτον ἐποιοῦντο τὸν τρόπον, οὐκ ἐπὶ βιβλίων ὥσπερ νῦν (οὐ γὰρ ἦν πω τότε τοιαῦτα βιβλία), ἀλλὰ θέσεως τινος τεθείσης εἰς ταύτην γυμνάζοντες αὐτῶν τὸ πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις εὐρετικὸν ἐπιχειροῦν κατασκευάζοντές τε καὶ ἀνασκευάζοντες δι' ἐνδόξων τὸ καίμων. Καὶ ἴσθι βιβλία τοιαῦτα Ἀριστοτέλει τε καὶ Θεοφράστῳ γεγραμμένα, ἔχοντα τὴν εἰς τὰ ἀντικείμενα δι' ἐνδόξων ἐπιχείρησιν (cf. Dschermaludd. 54), quod cum et Theon Progymn. c. 2, t. I, p. 165 Walz. confirmat : Παραδείγματα δὲ τῆς τῶν θέσεων γυμνασίας λαβεῖν ἔστι παρὰ τὸν Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου· πολλὰ γάρ ἐστιν αὐτῶν βιβλία θέσεων ἐπιγραφόμενα, tum quodammodo et notissima Strabonis verba testantur XIII, p. 608 : Συνέθη δὲ τοῖς ἐκ τῶν Παρισίων, τοῖς μὲν πάλαι τοῖς μετὰ Θεοφράστου, οὐκ ἔχουσιν ὅλως τὰ βιβλία, πλὴν ὀλίγων, καὶ μάλιστα τῶν ἑξωτερικῶν, μηδὲν ἔχειν φιλοσοφεῖν πραγματικῶς, ἀλλὰ θέσεις ληκυθίζειν. Quod si quæ ab ipso Aristotele Topic. I, 19, ejusque interprete p. 43 dicta sunt, de eo quod inter θέσιν et πρόβλημα intersit, colligimus, jam illud manifestum erit hocse θέσεων libros, libris Problematum simillimos fuisse, nec minus igitur interpolationibus obnoxios. Ex his tamen nullum exstare fragmentum videtur.

De Cephisodori libro cf. Müller, Fragm. Histor. t. II, p. 85. Ad dialogum Gryllum inscriptum hoc et praecedens fragmentum non male fortasse pertinere arbitratus est Bernays, *die Dial. des Arist.* p. 157.

6 (157).

Anon. auctor Proleg. in Vita Isocrat. in Schol.

neque propterea tamen Aphareo honestam orationem fingenti assentior : sed idoneum veritatis approbatorem ratus Cephisodorum Atheniensem, qui et familiariter cum Isocrate vixit, et auditor ejus maxime germanus fuit, et praepetoris adversus Aristotelis criminationes defensionem illam prorsus admirabilem scripsit ; credo virum hunc scripsisse nonnullas orationes, quae in judiciis dicerentur, non multas tamen.

6.

Isocrates dicitur et artem rhetoricam conscripsisse, eam vero tempore perisse. Queret aliquis unde rem se sic habere demonstraretur. Dicimus Aristotelem qui artes rhetoricas contulit et hujus mentionem fecisse.

in Æsch. et Isocrat p. 105, 22 ed. Dind. Oxon. 1852, Orat. Att. ed. Didot. p. 482, 4 : λέγεται δ' ὡς δτι καὶ τέχνην ῥητορικὴν ἔγραψε (ὁ Ἰσοκράτης scil.), τῷ δὲ χρόνῳ ἔτυχεν αὐτὴν ἀπολέσθαι. Ἐρεῖ δὲ τις καὶ πόθεν δῆλον δτι τοῦτο οὕτως ἔχει; λέγομεν ὡς δτι Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος συναγωγῶν τέχνας ῥητορικὰς ἐμνήσθη καὶ ταύτης.

II. ΤΕΧΝΗΣ ΤΗΣ ΘΕΟΔΕΚΤΟΥ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

De rhetorica quæ Theodectis vocatur, si ex solo titulo qualem indices exhibent : τέχνης τῆς Θεοδέκτου Συναγωγῆ α' (Diog. L. 82) sive τέχνης τῆς Θεοδέκτου Συναγωγῆ ἐν γ' (Anon. 65), conjecturam facimus, similem ejus rationem fuisse apparet atque librorum qui Τεχνῶν συναγωγῆ in scripti erant, et quidem ita ut artem qualem Theodectes tradiderat in compendium ab Aristotele redactam continerent. Unde vero postea nata sit opinio hanc artem non Theodectis, ipsius vero Aristotelis fuisse nescio, rem autem præter Quintilianum Inst. orat. II, 15 : *Theodectes sive ipsius id opus est quod de Rhetorice inscribitur, sive, ut creditum est, Aristotelis*, tradit Valerius Maximus, VIII, 14, 3 ext. : *Aristoteles Theodecti discipulo oratoricæ artis libros quos ederet donaverat molesteque ferens titulum eorum sic alii cecisisse, proprio volumine quibusdam rebus insistens planius sibi de his in Theodectis (Theodecteis?) libris dictum esse adjecit.* In quo tamen illud jure mirum videbitur, Theodectem discipulum Aristotelis vocari. Quod licet, præter Valerium Maximum, ipse quoque Cicero tradiderit, Orat. c. 51 : *Ejus (Aristotelis scil.) auditor Theodectes*, nullo tamen modo verisimile est. Etenim ejus orationes et tragædiæ sæpissime ab Aristotele laudantur, in Ethica, Politica, Rhetorica, Poetica, quum numquam, quod jam Patricius vidit, *Discuss. Peripat.* p. 129, ullius e suis discipuli mentionem fecit. Nec morabitur Suidas qui Theodectem Platonis, Isocratis et Aristotelis discipulum fuisse affirmat. Si enim ille, ut narrat, de eloquentiæ præmio ab Artemisia in marito honorem proposito contendit, quod certamen ante Olymp. 107, 3, institutum est, quæ Aristotelis esse discipulus potuerit minime video. De filio igitur hoc accipiendum erit cui et ipsi Theodecti nomen fuit, quemque Rhetoricam et alia scripsisse Suidas testatur. *Proprium vero volumen*, de quo loquitur Valerius Maximus, nullum aliud est fortasse quam tertius Rhetoricorum liber, in quo hæc leguntur c. 9, § 9 : Αἱ δ' ἀρχαὶ τῶν περιόδων σχεδὸν ἐν τοῖς Θεοδεκταίοις ἐξηριθμῆνται, de quo loco mira est Rosii sententia ita verba interpretantis (p. 137):

« *Initia autem periodorum fere dimensus Theodectes in orationibus* », ita ut non Rhetoricæ Theodectis sed orationes significarentur. Quod falsum esse neminem fugit. Multo vero libentius in hanc alteram sententiam abirem, hæc verba non ipsius esse Aristotelis, sed, ut alibi quoque in hoc tertio Rhetoricorum libro factum esse puto, a librario quodam adjecta esse, cum Aristotelis Rhetorica, si modo hic tertius liber vera Aristotelis est, aliorum artes comparanti. Quænam igitur illa contentio fuerit ignoratur. Nec magis illud dijudicari licet, num de Aristotele dictus sit Antiphanis comici versus apud Athenæum IV, p. 134, B :

Ὁ τὴν Θεοδέκτου μόνος ἐξυρηνῶς τέχνην,

sicut M. Schmidt. arbitratus est *De tempore quò Aristotelis Rhetorica scripta est*, Halis 1837, p. 11, de qua tamen re aliter statuit Meinekius v. cl. in *Fragm. comicor. græc.* t. III, p. 59.

Nihil lucis accedet ad hanc nostram quæstionem e verbis illius qui epistolam ad Alexandrum finxit, quæ Rhetoricæ ad Alexandrum vocatæ præfigitur. Quid enim iste sibi voluerit, quum scriberet in fine : Περιτεύξῃ δὲ δυσὶ τούτοις βιβλίοις, ὧν τὸ μὲν ἐστὶν ἐμὸν, ἐν ταῖς ὑπ' ἐμοῦ τέχνησι Θεοδέκτῃ γραφείσαις, τὸ δὲ ἕτερον Κόρακος, ne divinando quidem assequi possumus. Superest ut et anonymi scholiastæ verba apponam, cujus commentarius in Rhetoricam Parisiis 1539 editus est : apud quem hæc leguntur fol. 63 recto : Ἐν τοῖς [Θεοδεκταίοις] πρὸς τὸν Θεοδέκτον (sic) ἔγραψεν ὁ Ἀριστοτέλης ῥητορικὴν, ἐν ᾗ ἀπειριθμήσατο τὰς τῶν περιόδων ἀρχάς, οἷαι ἀφελουσιν εἶναι. Quod non majoris momenti est quam illud quod de Ethicis sive ad Nicomachum sive ad Eudemum per scriptis traditur.

1. (157).

Quintil. Inst. or. II, 15 : *Est igitur frequentissimus finis rhetoricen esse vim persuadendi... vim dico τὴν δύναμιν. Hæc opinio originem ab Isocrate, si tamen revera Ars quæ circumfertur ejus est, duxit... apud Platonem quoque Gorgias in libro qui nomine ejus inscriptus est, idem fere dicit... à quo non dissentit Theodectes, sive ipsius id opus est quod de Rhetorice nomine ejus inscribitur sive ut creditum est ARISTOTELIS, in quo est finem esse rhetorices ducere homines dicendo in id quod actor velit.*

Corrupte hæc apud Schol. cod. Rhedig. ad libros Auctor. ad Herenn. quem edidit Glæser. in *Rhein. Mus. N. Folge* t. VII, p. 293 : *Theodectes dicit rhetoricam esse vim dicendi omnia quæ auctor velit.*

2 (158).

Gemist. Pletho Epit. Rhet. in Rhet. Gr. t. VI, p. 585 Walz. : Μινουκιανός οὖν, ὡς ἔφη, ἐκείνος δὲ τεχνολόγος (Apsines vel Hermogenes) φύσεως θείας μετεσχημάς, καθάπερ πρὸς τούτου καὶ Θεοδέκτες, ἀλίγοις πάνυ τοῖς ῥήμασι τὴν πᾶσαν ῥητορικὴν περιέλαβε δύναμιν, εἰκῶν ἔργα ῥήτορος εἶναι εὑρεσιν, τάξιν, οἰκονομίαν, μνημοσύνην, ὑπόκρισιν, ἐρμηγείαν.

Idem jam antea p. 583 dixerat : Φέρε δὴ κατὰ τὸν Θεοδέκτην τὸν Φασηλίτην καὶ τὸν τεχνολόγον Μινουκιανόν, ὃν Ἐρμογένης δὲ σοφιστὴς διακρίει etc.

Anonymi Proleg. in Status, t. VII, p. 33 Walz. : Ὅτι ἔργον ῥήτορος, ὡς φησὶ Θεοδέκτης, προομιᾶσασθαι πρὸς εὖνοιαν, διηγῆσασθαι πρὸς πιθανότητα, πιστώσασθαι πρὸς πειθῶ, ἐπιλογῆσασθαι πρὸς ὀργὴν ἢ ἔλεον. Paulo aliter Joann. Sic. Doxopar. Proleg. Rhet. t. VI, p. 19 Walz. : Ἔργα δὲ ῥητορικῆς κατὰ Θεοδέκτην προομιᾶσασθαι πρὸς εὖνοιαν, διηγῆσασθαι πρὸς πιθανότητα, πιστώσασθαι πρὸς πειθῶ, ἀγωνίσασθαι πρὸς ἀπόδειξιν, ἀνακεφαλαίωσασθαι πρὸς ἀνάμνησιν, quæ eadem, omissis πιστώσασθαι πρὸς πειθῶ, et sine auctoris nomine, in Anonymi Epitome Rhet. leguntur, t. III, p. 611 Walz. Cf. Spengel, Συναγωγὴ τεχνῶν, p. 156.

3 (159).

Quintil. Inst. or. IV, 2, 31 : *Eam (narrationem sc.) plerique scriptores, maxime qui sunt ab Isocrate, volunt esse lucidam, brevem, verisimilem..* § 36 : *erit autem narratio aperta et lucida, si...* § 40 : *brevis erit narratio ante omnia si...* § 52 : *credibilis autem erit narratio ante omnia, si* § 61 : *His tribus narrandi virtutibus adjiciunt quidam magnificentiam quam μεγαλοπρέπεια vocant...* § 63 : *illa quoque ut narrationi apta ita cum ceteris partibus communis est virtus, quam THEODECTES huic uni proprie dedit : non enim magnificam*

ARS THEODECTIS.

2.

Theodectes admodum paucis verbis totam oratoricæ artis vim circumscripsit quum diceret oratoris officia esse inventionem, dispositionem, distributionem, memoriam, actionem, locutionem.

Ut dicit Theodectes, officium rhetoris est proloqui ut favorem sibi conciliet, narrare ut fidem, probare ut rem verisimilem efficiat, perorare ut iram vel misericordiam moveat.

modo vult esse verum etiam jucundam expositionem. Cf. Tzetzes Chiliad. XII, 566 sq. et Gemist. Pletho Epit. Rhet. t. VI, p. 587 Walz.

4 (160).

Anon. Seguerian. ed. Séguier de St. Brisson, *Notices et extraits des Mss. de la Bibl. du Roi*, t. XIV, 2, Rhett. Gr. ed. Spengel t. I, p. 205 : Διαιρεῖται δὲ ἐπίλογος εἰς εἶδη δύο, εἰς τε τὸ πρακτικὸν καὶ τὸ παθητικόν, καὶ τοῦ πρακτικοῦ ἐστὶν ἡ ἀνακεφαλαίωσις, τοῦ δὲ παθητικοῦ τὸ τὰ πάθη κατασκευάζειν καὶ βωνύειν τὸν λόγον... Ἔργον δὲ ἐπιλόγου Πλάτων μὲν ἐν Φαίδρω (p. 267) φησὶν ἐν κεφαλαιῷ ἑκαστα λέγοντα ὑπομνήσαι ἐπὶ τελευταίῃ τοὺς ἀκούοντας περὶ τῶν εἰρημένων. Ἐχεται δὲ τῆς αὐτῆς δόξης καὶ Χρυσίππος· καὶ γὰρ αὐτὸς μονομερῆ φησὶ τὸν ἐπίλογον. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν ταῖς Θεοδοκτικαῖς τέχναις φησὶν ὅτι δὲ ἐπίλογος τὸ μὲν κεφάλαιον ἔχει προτρέψασθαι τοὺς ἀκούοντας, προτρέψομεν δὲ τριχῶς, εἰς τὰ πάθη ἀνάγοντες τὰ ἐκάστῳ προτρεπτικά· ἐν μὲν οὖν ἔργον ἐπιλόγου τὸ τὰ πάθη διεγείρει, δεύτερον τὸ ἐπαινεῖν ἢ ψέγειν· τούτων γὰρ ἐν ἐπιλόγοις ἡ χώρα· τρίτον δὲ τὸ ἀναμνησθεῖν τὰ εἰρημένα. Οὕτε δὲ τὰ εὐμνημόνευτα οὕτε τὰ ἀπαθῆ κινητέον. Arist. Rhetor. III, 19, § 1 : Ὅ δὲ ἐπίλογος σύγκαιται ἐκ τεττάρων, etc.

5 (161).

Dionys Halic. de Compos. verbor. c. 2 : Ἡ σύνθεσις ἐστὶν, ὥσπερ καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοῦνομα, ποιά τις θέσις παρ' ἄλληλα τῶν τοῦ λόγου μορίων, ἀ δὴ καὶ στοιχεῖά τινες τῆς λέξεως καλοῦσι. Ταῦτα δὲ Θεοδέκτες μὲν καὶ Ἀριστοτέλης καὶ οἱ κατ' ἐκείνους φιλοσοφῆσαντες τοὺς χρόνους ἄχρι τριῶν προσηγόνων ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ συνδέσμους πρῶτα μέρη τῆς λέξεως ποιοῦντες. Οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς γενόμενοι καὶ μᾶλλον οἱ τῆς Στωικῆς αἰρέσεως ἡγεμόνες ἔωκ τεττά-

4.

Aristoteles in Artibus Theodecteis dicit perorationis caput esse auditores cohortari. Cohortabimur vero triplici modo si in eos animi affectus adducimus, qui quemque excitandi vim habent : debet igitur primum peroratio movere animi affectus, secundum laudare aut vituperare : laudandi enim aut vituperandi locus est in peroratione ; tertium in memoriam ea quæ dicta fuerint reducere. Neque vero ea quæ facilia sunt memoratu, neque quæ ad animi affectus movendos nihil valent tangi debent.

5.

Compositio, sicuti nomen ipsum indicat, est quædam orationis partium inter se mutua positio, quas dictionis

ρων προῖδβασαν χωρίσαντας ἀπὸ τῶν συνδέσμων τὰ ἄρθρα.

Idem De vi Demosthenis c. 48 : Τοῖς πρώτοις μορφοῖς τῆς λέξεως, ἃ δὴ στοιχεῖα ὑπὸ τινων καλεῖται, εἴτε τρία ταῦτ' ἴσθιν, ὡς Θεοδίκτη τε καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ, ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ σύνδεσμοι, εἴτε πλῆθω.

Eadem Quintilianus I, 4, 18 : *Veteres enim, quorum fuerunt ARISTOTELES atque THEODECTES, verba modo et nomina et convictiones tradiderunt... paulatim a philosophis ac maxime Stoicis auctus est numerus.*

Aliter Varro de Ling. lat. VIII, 11 : *De his ARISTOTELES orationis duas partes esse dicit, vocabula et verba, ut HOMO et EQUUS et LEGIT et CURRIT, ubi sic O. Müllerus : « Varro non satis accurate scribit, quum tripartitam ejus divisionem fuisse Dionysius et Quintilianus affirmant, et quadripartitæ in operibus ipsius vestigia sint. »*

6 (162.)

Cicero Orat. c. 51, 172 : *Is igitur (Aristoteles, scil. Rhet. III, 8 § 3) versum in oratione vetat esse, numerum jubet. Ejus auditor THEODECTES, in primis, ut Aristoteles sæpe significat, politus scriptor atque artifex, hoc idem et sentit et præcipit. Theophrastus vero eisdem de rebus etiam accuratius. E Cicero Marius Victorin. Art. grammat. III, 6, 3.*

7 (163).

Cloero Orat. c. 57, 194 : *Sequitur ergo ut qui maxime cadant in orationem aptam numeri videndum sit... Aristoteles (Rhet. III, 8, § 4)... pœana probat... atque hæc quæ sunt apud Aristotelem, eadem a Theophrasto THEODECTEQUE de pœane dicuntur.*

Ibid. c. 64, 218 : *Est quidem (pœan scil.), ut inter omnes constat antiquos, ARISTOTELEM, Theophrastum, THEODECTEM, Ephorum, unus aptissimus*

orationi vel orienti vel mediæ. Putant illi etiam cadenti, quo loco mihi videtur aptior creticus. Priora habent Quintil. IX, 4, 88 et Rufinus de Metris, II, 2.

8 (164).

Longinus de Sublimitate, s. 32, 3 : Διόπερ ὁ μὲν Ἀριστοτέλης καὶ ὁ Θεόφραστος μετὰ τὰ φασὶ τίνα τῶν θρασεῶν εἶναι ταῦτα μεταφορῶν, τὰ « ὡσπερ εἶ φάναι, » καὶ « οἶοναι » καὶ « εἰ χρὴ τοῦτον εἰπεῖν τὸν τρόπον, » καὶ « εἰ δὲ παρακινδυνευτικώτερον λέξαι. » Ἡ γὰρ ὑποτιμησις, φασίν, ἴσται τὰ τολμηρά.

Cf. Cicero de Oratore III, 4 § 65 : *Atque etiam si vereare ne paulo durior translatio esse videatur, mollienda est præposito sæpe verbo : ut si olim M. Catone mortuo pupillum senatum quis relictum diceret, paulo durius ; sin, ut ita dicam, pupillum, aliquanto mitius.*

(ΠΕΡΙ ΣΥΜΒΟΥΛΙΑΣ.)

Titulus libri περὶ Συμβουλίας α' apud Diog. L. (88), περὶ Συμβουλῆς α' apud Anon. (71) inter libros ad rhetoricam artem spectantes nominatur. Ad hunc fortasse referendum est quod sequitur fragmentum. Quæ bis in Rhetorica per ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς designat Aristoteles, I, 10, 19 : Περὶ μὲν οὖν τοῦ συμφέροντος ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς εἰρηται πρότερον, et II, 18, 1 : Περὶ δὲ τῶν κατὰ τὰς πολιτείας ἡθῶν ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς εἰρηται πρότερον, ea pars sunt ipsorum de Rhetorica librorum.

(165).

Schol. in Demosth. Olynth. I, p. 11, 10 (in Orat. Att. ed. C. Müller. t. II, p. 532) : Πολλὰ διὰ τοῦ παραδείγματος ἤνυσεν... τίταρτον πρὸς τοῦτοις συνηρήθησεν αὐτὸν τοῖς τότε στρατεύσασσι, τεχνικῶς ἀφόδρα τὸ ἀξιώπιστον ἑαυτῷ προσκτώμενος. Ὅ

etiam elementa nonnulli vocant. Hæc autem Theodectes et Aristoteles, et qui eorum temporibus philosophiæ operam dabant, ad tria produxere, nomina et verba et conjunctiones primas orationis partes esse statuentes. Hos vero qui subsequuti sunt, præcipueque Stoicæ sectæ principes, ad quattuor usque promoverunt, articulos a conjunctionibus separando.

8.

Itaque Aristoteles et Theophrastus audacium translationum has tanquam emollições esse dicunt : « Ut ita

dicam, Velut, Si hoc modo loqui licet, Si paulo audacius loquendum est : correctio enim, ut dicant, metaphoræ audaciæ medetur.

(DE CONSILIO.)

Aristoteles dicit eum qui dat consilium ita dare oportere ut ostendat se ipsum paratum esse eorum participem fieri de quibus det consilium ; quum illis libentius parent auditores, quos viderint promotores consiliorum, quæ ab iis data sint, socios se adjungere.

γὰρ Ἀριστοτέλης φησὶ δεῖν τὸν σύμβουλον οὕτω συμβουλεύειν ὡς ἑαυτὸν μέλλοντα κοινωνεῖν τοῖσι ἐφ' οἷς ποιεῖται τὴν συμβουλὴν. Τοῖσι γὰρ πείθονται μᾶλλον, οὐκ ἂν ὁρῶσιν ἐτοιμους ὄντας συμμετέχειν ὧν συμβουλεύειν ἐγνώκασι.

ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΤΙΚΗΣ.

Inter omnes hodie convenit, librum perī Ποιητικῆς inscriptum mancum atque mutilum esse, satisque demonstrant ipsius philosophi verba, cum quæ leguntur initio statim libri: Περὶ ποιητικῆς αὐτῆς τε καὶ τῶν εἰδῶν αὐτῆς, ἥτινα δύναμιν ἕκαστον ἔχει, λέγωμεν· sive c. 6, 1: Περὶ μὲν οὖν τῆς ἐν ἑξαμέτροις μιμητικῆς καὶ περὶ κωμωδίας ὑστερον ἐροῦμεν· tum etiam in Rhetor. I, 6: Διῶρισταὶ δὲ περὶ γελοίων χωρὶς ἐν τοῖς περὶ Ποιητικῆς. Unde, quum nihil eorum quæ hîc se tractaturum pollicetur Aristoteles, sive de quibus ut jam tractatis loquitur, in eo quem habemus libro legatur, necessario consequitur partem tantum modo integri operis servatam esse. Quod et titulus confirmatur qui unice ad hunc librum spectare possunt: Πραγματεῖα τέχνης ποιητικῆς α' β', apud Diogen. Laert. 83, Τέχνης ποιητικῆς β' apud Anonymum (1), et Aspasiai testimonio, in Arist. Ethic. Nicom. fol. 95 verso: Μνημονεύει δ' αὐτῆς (τῆς ποιήσεως Μαργίτης ὀνομαζομένης) οὐ μόνον ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ποιητικῆς, ἀλλὰ καὶ Ἀρχιλόχου καὶ Κρατίνου καὶ Καλλίμαχου ἐν Ἐπιγράμμασιν, quæ ad Poet. c. 4, 8 et 9 spectant, nisi tamen fortasse potius ad dialogum de Poetis, quem et ipsum perī Ποιητικῆς inscriptum fuisse constat, ut suo loco dictum. Igitur quin mutilus sit liber dubitari nequit, ita ut illa jam relinquatur quæstio, num ejus partis quæ interciderit, notitia aliqua apud antiquos scriptores investigari possit. Inter illos vero, qui, nominato libro et auctore, deperditam partem Poeticæ respicere videntur, nullus est cujus verba non erroris suspensionem moveant. Ita, quæ ex arabico quodam scripto (cf. Schmœlders, *Documenta philosophicæ Arabum*, Bonn. 1836, p. 21) protulit Düntzerus in libro *Rettung der Aristotel. Poetik* p. 11: *De demonstratione omnino fallaci disseritur in ipsius libro de arte poetica*, ea orta sunt ex male intellecto loco commentarii Pseudo-Alexandri in Arist. Soph. Elench. p. 299, B, 43. Apud Joannem Philoponum deinde, in Aristot. de An. II, 4, 2, fol. H, 6 recto: Τὸ τέλος διττόν ἐστι, τὸ μὲν οὐ ἕνεκα, τὸ δὲ ὄ, ὅπερ καὶ ἐν τῇ Ποιητικῇ καὶ ἐν τῷ

περὶ Γενέσεως, ποιητικῇ sine dubio librarii errore pro Φυσικῇ est (1) (cf. II, 2, 8, 9, Trendelenb. comm. in Ar. de Anima p. 353 ss. Waitz. in Arist. Org. t. II, p. 407, Bonitz. in Ar. Metaph. XII, 7, p. 1072, B, 2), quod ostendit jam qui cum illa nominatur περὶ Γενέσεως liber. Nec magis certum tertius, qui hîc in censum vocandus erit, locus præbebit testimonium. Quæ enim apud Simplicium leguntur in Categorias f. 8, Z (p. 43, A, 12 Brand.): Καὶ γὰρ ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Ποιητικῆς συνώνυμα εἶπεν εἶναι ὧν πλείω μὲν τὰ ὀνόματα λόγος δὲ ὁ αὐτός· οἷα δὴ ἐστὶ τὰ πολυώνυμα, τὸ δὲ « λώπιον » καὶ « ἱμάτιον » καὶ τὸ « φᾶρος », ea non ad Poeticam sed ad Rhetoricam potius spectare videntur, in qua eadem plane, quanquam brevius dicit philosophus III, 2, 7: Λέγω δὲ κύρια τε καὶ συνώνυμα, οἷον τὸ « πορεύεσθαι » καὶ τὸ « βαδίζειν » ταῦτα γὰρ ἀμφοτέρω καὶ κύρια καὶ συνώνυμα ἀλλήλοις. Cur autem hîc intulerit Poeticam Simplicius, fortasse quæ mox apud illum sequuntur verba ostendunt: Ἐνθα δὲ περὶ τὰς πλείους φωνὰς ἢ σπουδῆ καὶ τὴν πολυειδίῃ ἑκάστου ὀνομασίαν, ὡς περ ἐν τῷ περὶ Ποιητικῆς καὶ τῷ τρίτῳ περὶ Ῥητορικῆς, τοῦ ἐτέρου συνωνύμου δεόμεθα, ὅπερ πολυώνυμον ὁ Σπεύσιππος ἔκαλε. Quum autem in illo capite Rhetoricæ, quod hîc laudatur, III, 2, tribus locis Poetica ab ipso philosopho nominetur, § 2: Τῶν δ' ὀνομάτων καὶ ῥημάτων σαφῆ μὲν ποιεῖ (τὴν λέξιν) τὰ κύρια, μὴ ταπεινὴν δὲ ἀλλὰ κεκοσμημένην τᾶλλα ὀνόματα ὅσα εἴρηται ἐν τοῖς περὶ Ποιητικῆς· § 5: Τῶν δὲ ὀνομάτων τσαυτ' ἐχόντων εἶδη ὅσα θεώρηται ἐν τοῖς περὶ Ποιήσεως· § 7: Τί μὲν οὖν τούτων ἑκαστὸν ἐστὶ καὶ πόσα εἶδη μεταφορᾶς, καὶ ἔτι τοῦτο πλείστον ὀνοματὰ καὶ ἐν ποιήσει καὶ ἐν λόγοις, αἱ μεταφοραὶ, εἴρηται, καθάπερ ἐλέγομεν ἐν τοῖς περὶ Ποιητικῆς· quæ cuncta ad Poeticam c. 22 spectant, facile fieri potuit ut Porphyrius, e quo hausta sunt quæ habet Simplicius, de Rhetorica simul et de Poetica locutus sit, Simplicius vero non satis accurate illum exscripserit. Inde perspicias, ea de quibus Simplicius loquitur, neque e capite 21 Poeticæ excidisse, ut Tyrwhittus conjiciebat, neque cum Spengelio (cf. *Annal. Monac.* 1840, nr. 133, p. 29 et ejusdem *Aristotelische Studien. Heft IV.* München, 1866, p. 17) de iis quæ comœdiam tractabant cogitandum esse. Erravit item David in Categ. p. 25, B, 17: Τὰ δὲ ὑποδύμενα αὐτὴν τὴν ἀπόδειξιν εἰσι τὰ Τοπικά, αἱ Ῥητορικὰ τέχνη, οἱ Σο-

(1) Themistius in ejusdem loci paraphrasi habet ἐν τοῖς Ἠθικοῖς, fol. 76 verso, t. II, p. 92, 4 Spengel. Cf. idem in *Physic.* II, 2, fol. 24 verso, t. I, p. 169, 5, Simplic. *ib.* p. 349, B, 12, Joann. Philopon. *ib.* p. 349, B, 16 et quæ diximus in libro *Die verlorenen Schriften des Aristoteles*, p. 181 sqq.

(1) Nihil huc facere titulos περὶ Τραγηδιῶν α' et Διδασκαλίας α' (Diog. L. 126 et 127), de quibus temere nonnulli cogitabant, satis manifestum est.

πιστικοὶ λέγχοι καὶ τὸ περὶ Ποιητικῆς, et quidem ita ut erroris fontem eundem esse agnoscas quem jam apud Abulfaragium notavimus. In iis quæ habent Ammonius in Arist. de Interpret. p. 99, A, 12 et Boethius ib. p. 290, ad Poeticæ c. 20 spectantia, illud memorabile est, utrumque plurali numero ἐν τοῖς περὶ Ποιητικῆς et in libris quos de arte poetica conscripsit, dixisse, unde fortasse conjicias eos antiquiore quodam commentario usos esse. Singulari contra numero Aristotelem ἐν τῷ περὶ Ποιητικῆς, e capite quarto, laudat Hermias ad Platonis Phædrum, p. 111 Ast.

Sed missis jam hisce locis, quibus etiam demonstratum esset eos ad deperditam partem Aristotelei libri pertinere, non multum juvaremur, de alio fragmentorum genere videndum, et quidem primum de iis quæ in Anonymi Excerpto, e codice Coisliniano 120 a Cramero, Anecd. Paris. t. I, p. 403 prolata (cf. Fragm. com. Græc. ed. Meinek. t. II, p. 1254, Scholia in Aristoph. ed. Dübner. et Aristophanes a Bergkio editus), latere suspicatus est Bernaysius (*Ergänzung zu Aristoteles Poetik, Rhein. Museum N. Folge, t. VIII, p. 561 ss.*), cujus sententiam præter alios probavit quoque qui novissime edidit Aristotelis librum de Poetica Fr. Susemihl (*Aristoteles über die Dichtkunst, gr. und d. Leipzig 1865*). Continentur in hoc Excerpto, post brevem totius poesis divisionem in genera, pauca quædam satisque inepta de tragœdia, multoque plura de comœdia, quorum partem ex Aristotele fluxisse putat Bernaysius. Ea vero hæc sunt, eo ordine quo apud Anonymum leguntur :

(165.)

§ 1 : Συμμετρίαν θέλει ἔχειν τοῦ φόβου (ἡ τραγωδία scil.) capiti 14 Poeticæ apposuit Susemihl.

§ 2 : Γίνεται δὲ ὁ γέλως ἀπὸ τῆς λέξεως κατὰ ὁμωνυμίαν, συνωνυμίαν, ἀδολοσχίαν, παρωνυμίαν, παρὰ πρόσθεσιν καὶ ἀφαιρέσιν, ὑποκόρισμα, ἐξαναλλαγὴν (φανῆ, τοῖς ὁμογενέσι), σχῆμα λέξεως.

§ 3 : Ὁ ἐκ τῶν πραγμάτων γέλως ἐκ τῆς ὁμιώσεως, τμησεῖ (ita Bern. pro χρήσει) πρὸς τὸ χεῖρον, πρὸς τὸ βέλτιον —, ἐκ τῆς ἀπάτης, ἐκ τοῦ ἀδυνάτου, ἐκ τοῦ δυνατοῦ καὶ ἀνακολούθου, ἐκ τοῦ παρὰ προσδοκίαν, ἐκ τοῦ χρῆσθαι φορτικῇ ὀρχήσει, ὅταν τις τῶν ἐξουσίαν ἔχοντων παρεῖς τὰ μέγιστα φαυλότητα λαμβάνῃ, ὅταν ἀσυνάρτητος ὁ λόγος ἢ καὶ μηδεμίαν ἀκολούθιαν ἔχῃ.

§ 4 : Διαφέρει ἡ κωμωδία τῆς λοιδορίας· ἐπεὶ ἡ μὲν λοιδορία ἀπαρακαλύπτως τὰ προσόντα κακὰ διεξις, ἡ δὲ δεῖται τῆς ὑπονοίας (ita Bern. coll. Eth.

Nic. IV, 14 pro eo quod apud Anon. legitur τῆς καλουμένης ἐμφάσεως).

§ 5 : Ὁ σκώπτων ἐλέγχειν θέλει ἀμαρτήματα τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος.

§ 6 : Συμμετρία τοῦ φόβου θέλει εἶναι ἐν ταῖς τραγωδίαις, καὶ τοῦ γέλοιο ἐν ταῖς κωμωδίαις.

§ 7 : Ἦθη κωμωδίας τὰ τε βωμολόχα, καὶ τὰ εἰρωνικά καὶ τὰ τῶν ἀλαζόνων.

Κωμικὴ ἔστι λέξις κοινὴ καὶ δημώδης.

Δεῖ τὸν κωμωδοποιὸν τὴν πάτριον αὐτοῦ γλῶσσαν τοῖς (ἄλλοις add. Bernays.) προσώποις περιτιθέναι, τὴν δὲ ἐπιγώριον αὐτῷ τῷ ξένῳ (αὐτῷ ἐκείνῳ Anon. em. Bern. Cf. Vahlen, *Rhein. Mus.* 1867, p. 148 sq.).

Μέλος τῆς μουσικῆς ἔστιν ἴδιον, ὅθεν ἀπ' ἐκείνης τὰς αὐτοτελεῖς ἀφορμὰς δεῖσθαι λαμβάνειν. Hæc ultima Susemihl. inseruit cap. 6 Poeticæ in fine § 18.

Etsi minime negare velim in his plura inesse quæ apte dicta sint neque Aristotele indigna, tamen illud mirari liceat, excerptorem qui ante oculos integrum Aristotelis de Poetica librum habuerit, non et meliores sive tragœdiæ sive comœdiæ definitiones, quam quæ apud illum leguntur, exscripsisse, quarum altera minime illi respondet, quæ apud ipsum Aristotelem Poet. c. 6, 1 legitur, altera vero § 2 : Κωμωδία ἔστι μίμησις πράξεως γέλοιο καὶ ἀμοίρου μεγέθους (συμμέτρου μεγ. conj. Bern.) τελείου χωρὶς ἐκάστου τῶν μορίων ἐν ταῖς εἰδεσι δρῶνταις, καὶ δι' ἀπαγγελίας, δι' ἡδονῆς καὶ γέλωτος περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν· ἔχει δὲ μητέρα τὸν γέλωτα, ridiculam profecto et plane insulsam definitionis tragœdiæ, qualis ab Aristotele data est, imitationem continet.

Quum paulo supra ex ipsius Aristotelis scriptis eos locos colligeremus, qui librum de Poetica qualis quidem hodie exstat, integrum non esse posse demonstrant, consulto illum prætermisimus, quo præcipue usi sunt, qui de hac re verba fecerunt. Sunt autem notissima illa verba in fine Politicorum VIII, c. 7, 4 : Τί δὲ λέγομεν τὴν κάθαρσιν, νῦν μὲν ἀπλῶς, πάλιν δ' ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς ἐροῦμεν σαφέστερον. In his vero illud primo notandum est, philosophum, quum ἐροῦμεν dicat, de re nondum acta loqui, hujusque igitur loci rationem plane aliam esse atque eorum quos supra attulimus, in quibus libri de Poetica ut jam absoluti mentio fit, ita ut jure quæri possit, num quod in Politicorum libris pollicitus est Aristoteles, revera præstiterit. Sed etiamsi hoc postea factum esse concedamus, ecce jam alia oritur difficultas, quam non satis fortasse perspectam habuerunt, qui hoc loco usi sunt ut demonstrarent, omnem illam de purgatione passio-

num quam vocant quæstionem, quam verbo tantum modo attigit Aristoteles in Poetica, accuratius sine dubio tractatam fuisse in deperdita hujus libri parte. Quod tamen ut verum sit valde ve-reor. Verbis enim περί ποιητικῆς, non libros de Poetica, sed ipsorum Politicorum partem designari puto, eodem plane modo ut, exempli causa, IV, 3, ἐν τοῖς περί τὴν ἀριστοκρατίαν, sive ib. 12 : Τὴν δ' αἰτίαν ὕστερον ἐν τοῖς περί τὰς μεταβολὰς τῶν πολιτικῶν ἐροῦμεν dicendo, non peculiare de his rebus libros sed alias Politicorum partes in animo habuit (1). Ac sane dubitari nequit quin, ut præter alios optime observatum est a v. cl. I. Spengel, in dissertatione de Aristotelis Politicis, (*Abhandl. der K. baier. Akademie*, t. II, p. 9), ob ea præsertim quæ a Platone dicta sunt, de poetarum in republica utilitate quæstio in Politicorum libris ab Aristotele tractari debuerit (cf. quoque Jourdain, *Recherches sur les traductions d'Aristote*, p. 181 : *Les livres de la Politique donnent lieu à une remarque : dans la plupart des manuscrits on lit cette note finale : Reliqua hujus operis in Græco nondum inveni*). Consequitur inde, ea quæ Bernaysius (*Grundzüge der verlor. Abhandlung des Aristot. über Wirkung der Tragödie*, Breslau 1857) ad hanc Aristotelis de affectuum purgatione doctrinam pertinere arbitratus est, e deperdita potius Politicorum parte, quam ex integro de Poetica libro fluxisse, nisi, quod minorem fortasse verisimilitatem habet, ad dialogum de Poetis referenda sunt.

ΑΠΟΡΗΜΑΤΑ ΟΜΗΡΙΚΑ.

De Homericis Aristotelis studiis (cf. R. Wachsmuth, *De Aristotelis studiis Homericis capita selecta*. Berol. 1863), locus est quem jam supra attulimus Dionis Chrysostomi, in Oratione de Homeri laudibus ita dicentis Or. LIII, p. 634 Emper. : Καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης, ἀφ' οὗ φασὶ τὴν κριτικὴν τε καὶ γραμματικὴν ἀρχὴν λαβεῖν, ἐν πολλοῖς διαλόγοις περί τοῦ ποιητοῦ διεξίεισι θαυμάζων αὐτὸν ὡς τὸ πολὺ καὶ τιμῶν· ἔτι τε καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς, τούτων δὲ πρότερος Πλάτων πανταχοῦ μέμνηται, quæ licet præcipue illum morem philosophi spectent, quo eum et in superstitibus libris usum esse constat, ut verba scilicet poetæ ubique asserat, ut ea sive illustret sive in suos usus convertat, tamen et curam quam et in recensenda Iliade et in explicandis difficilioribus poetæ locis posuisse dicitur significare videntur. De qua posteriores plura narraverunt etsi for-

tasse non omnino fide digna. Ita enim in Vita Marciana legitur p. 2 Robbe : Ἔως μὲν οὖν ἔτι νέος ἦν, τὴν τῶν ἐλευθέρων ἐπαίδευτο παιδείαν, ὡς δηλοῖ τὰ γεγραμμένα αὐτῷ Ὀμηρικὰ Ζητήματα, καὶ ἡ τῆς Ἰλιάδος ἐκδοσις, ἣν δέδωκε τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ ὁ περί Ποιητῶν διάλογος κτλ., quæ iisdem fere verbis in altera quoque Vita sunt, ubi tamen p. 10, 22 Westerm., non Ὀμηρικὰ Ζητήματα sed Ὀμήρου προβλήματα nominantur. Horum librorum titulum ita affert index Diogenis Laertii : Ἀπορημάτων Ὀμηρικῶν α' β' γ' δ' ε' ζ' et levi discrepan-tia Anonymus Ἀπορημάτων Ὀμηρικῶν ζ'. In ejusdem appendice iterum recensentur et præter ea tituli de quibus nulla apud alium quandam mentio reperitur : Ἀπορήματα Ἡσιόδου ἐν α', Ἀπορήματα Ἀρχιλόχου, Εὐριπίδου, Χοιρίλου ἐν βιβλίῳ γ', Ἀπορημάτων ποιητικῶν α', Αἰτίας ποιητικῆς, Προβλημάτων Ὀμηρικῶν ε', quos eosdem libros nominat etiam Dschemaluddinus : *Quæstiones de Homeri versibus maxime reconditis libri X*. Inde duas collectiones existitis conjicere licet, quarum antiquiorem, ex Alexandrino quodam, ut videtur, grammatico, laudant Phrynichus p. 225 ed. Lobeck. et Antiaticistes in Bekkeri Anecd. t. I. p. 34 Ὀμήρου ἀπορήματα sive Ὀμηρικὰ Ἀπορήματα appellantes.

Etsi vero neutrius horum librorum titulus alibi asseratur, minime tamen dubito quin ex illis desumpta sint, quæ solo Aristotelis nomine apposito de quarundam Homericarum quæstionum solutione sive apud Strabonem sive apud Athenæum leguntur (cf. infra in fragmentis). Quod multo etiam certius de Plutarcho affirmare licet, tantum non ipsum libri titulum apponenti, quum Non posse suaviter vivi sec. Epicur. c. 12 dicat : Ἄλλ' ἴδει γε τοὺς ἀπολαυστικούς... εἴτ' ἄγειν ἀπροόσια τοῦ βίου καὶ μεθεόρτους καλὰς ἐν ἱστορίαις καὶ ποιήμασι διατρίβοντας ἢ προβλήμασι μουσικοῖς καὶ γεωμετρικοῖς· οὐ γὰρ ἂν ἐπῆλθεν αὐτοῖς εἰς νοῦν βαλίσθαι τὰς τυφλὰς ἐκεῖνας καὶ νωδὰς ψηλαφήσεις καὶ ἐπιτηδεύσεις τοῦ ἀκολάστου μεμαθηκόσιν, εἰ μηδὲν ἄλλο, γράφειν περί Ὀμήρου καὶ περί Εὐριπίδου ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης καὶ Δικαίαρχος. Cui loco alter accedit paulo infra in eodem libro apud Plutarchum positus c. 13 : Τί λέγεις, ὦ Ἐπίκουρε; κηθαρωδῶν καὶ αὐλητῶν ζωῶν ἀκροασάμενος εἰς τὸ θέατρον βαδίσεις, ἐν δὲ συμποσίῳ Θεοφράστου περί συμφωνιῶν διαλεγόμενος καὶ Ἀριστοτέλου περί μεταβολῶν καὶ Ἀριστοφάνους περί Ὀμήρου τὰ ὅσα καταλήψῃ ταῖς χερσὶ δυσχεραίων καὶ βδελυττόμενος, ubi pro Ἀριστοφάνους egregie emendavit Ἀριστοτέλους Nauck, in Aristophan. Byzant. p. 24; cf. *Rhein. Mus. N. F.* t. III, p. 452. Eundem morem librum potius signifi-

(1) His exemplis et alia quædam addi possunt : cf. I, 5, 11; III, 4, 2.

candi quam indicato titulo nominandi supra jam observare licet in eodem Plutarchi libro, c. 10, ubi Aristotelis Politicæ designantur per κτίσεις καὶ πολιτείας. Ceterum nec illud silentio prætereundum est, haud uno in loco Homericorum versuum explicationes apud Plutarchum memoratas esse, quæ ad nullum alium librum commodius referri possunt quam ad Homericæ Aristotelis Problemata.

Sed longe maximus numerus fragmentorum quæ ex his Quæstionibus philosopho adscriptis servata sunt, Homericis debentur scholiis, quibus omnibus unus idemque fons, Porphyrii scilicet deperditus liber fuisse videtur, Ὁμηρικὰ Ζητήματα inscriptus (cf. Schol. ad Iliad. γ, 175; β, 249, 308), in quo, teste Joanne Tzetze, Exeges. in Iliad. p. 3, 5 Herm., controversarum quæstionum solutionem sibi proposuerat, congestis simul, ut idem Tzetzes nobis auctor est, quod et scholia demonstrant, veterum solutionibus; cf. Schol. in Exeg. Iliad. p. 125, 20: Ὁ Πορφύριος καὶ ὁ ἄνδρῶν συνεποίησατο πάντες παιδιῶδεις καὶ ἀρχαϊκὰς ἀπορίας ἀπέλυσαν. Quod verius dictum est, quam ut ipsius Tzetzis opinio haberi possit. De hoc vero Porphyriano opere quæstionem tractare nuper aggressus est Kammer, in specimine *Porphyrii Scholia Homericæ*, Regimont. 1865 (cf. Parisot *de Porphyrio tria Tmemata*, Paris. 1845).

Quod si jam quæretur quid de horum fragmentorum origine et auctoritate statuendum sit, non magis difficile est negare Problemata Homericæ ab Aristotele conscripta fuisse quam demonstrare contrarium. Etenim argumentum quod præcipuum fuit iis, qui subditio libro Porphyrium usum esse contendunt, inter quos satis erit nominasse C. Lehrsium v. cl. *de Aristarchi studiis Homericis*, p. 222 ed. alt., insulitas nempe et puerilitas quæstionum et solutionum, quum per se jam satis infirmum est, plane evellitur similitum problematum comparatione quorum plenum est Aristotelis Poeticæ caput vicesimum quintum, quod περὶ προβλημάτων καὶ λύσεων inscribitur. Aut igitur concedendum erit Aristotelis ingenium et doctrinam a talibus non abhorruisse, aut cum F. Rittero, ad talem explicationem confugiendum erit (p. 264 Comment. in Poetic.), ut affirmemus Poeticæ quandam interpolatorem, ex subdititia collectione Problematum Homericorum, Aristotelis nomine inscripta, ine-

ptias illas in Poeticæ caput XXV (quod et ipsum totum subdititum putat Ritterus) invexisse. Verum enim vero qui semel in talem viam ingressus fuerit, vereor ne multo longius abripatur quam et ipse voluerit. An de solo fortasse Aristotele ita judicabimus? An illi soli in his errare non licuerit, in quibus plerumque Heraclitum, Platonem, Antisthenem aliosque summi ingenii philosophos mire cæcutientes deprehendimus? Quodsi igitur non de omnibus fere dubitare placet, quæcumque ante Alexandrinorum grammaticorum ætatem de talibus prolata sunt, jam multo magis artis criticæ rationibus conveniens de his ita statuere, cum in hisce ἀπορίαις et λύσεσι, tum etiam in etymologicis, non ex nostro sensu dijudicanda esse vel quæstionum opportunitatem vel veritatem solutionum.

At minime vero, dicit fortasse aliquis, ita demonstratum est revera pro genuinis habenda esse quæ feruntur Aristotelis Homericæ Problemata, sed tantum haberi posse. Libenter hoc concedam, quin et illud adjiciam plerumque satis incertum esse quid ipse Aristoteles dixerit quid a Porphyrio aliisve additum sit. Accedit et illud quod eadem plane horum problematum ratio fuisse videtur atque eorum quæ physica inscripta sunt, et quidem talis, ut genuinis et vere Aristotelis varia a variis sive similia sive et alia interponerentur. Cujus rei, quæ per se jam satis verisimilis est, documento præcipue illud esse puto, quod, ut supra vidimus, manifeste duplex eorum nominatur collectio, quarum una sex libris, altera vero decem continebantur. Quin et singula problemata peculiari titulo inscripta circumlata esse videntur, ut declarat inscriptio in appendice indicis Anonymi (3): Εἰ δὲ ποτε Ὁμηρος ἐποίησε τὰς Ἑλλίου βούς, ubi pro εἰ, τί corrigendum videtur, si, quod suspicor, ex hoc problemate servata sunt quæ fragm. 206 leguntur. Ita illud tantum modo affirmare licet, tempore quo Andronicus indicem suum confecit Homericorum Problematum collectionem exstitisse quæ Aristoteli philosopho tribuebatur, hanc vero collectionem respexisse grammaticum antiquum cujus testimonio usi sunt Phrynichus et Antiaticistes Bekkeri, et quidem, quod notandum est, ut vocabuli usum inde comprobarent.

ΙΑΙΑΣ.

1 (166).

Schol. Ven. B. ad Il. β, 53, p. 46 Villois., ad β, 73, p. 50, B, 39 Bekk. : Διὰ τί ὁ Ἀγαμέμνων ἀποπειράται τῶν Ἀχαιῶν καὶ οὕτως ἐπραξεν ὥστε ὀλίγου τὰ ἐναντία συμβῆναι (ita Bekk. pro scriptura cod. συμβουλεύειν) ἢ ἐβουλεύετο; καὶ τὸ κόλυμα ἀπὸ μηχανῆς· ἢ γὰρ Ἀθηνᾶ ἐκόλυεν· ἐστὶ δὲ ἀποίητον μηχανήμα λυεῖν ἄλλως εἰ μὴ (ei add. Villois., cod. ἄλλως μὴ) ἐξ αὐτοῦ τοῦ μύθου. Φησὶ δὲ ὁ Ἀριστοτέλης ποιητικὸν μὲν εἶναι τὸ μιμῆσθαι τὰ εἰωθότα γενέσθαι καὶ ποιητῶν μᾶλλον τὸ κινδύνου παρειασάγειν. Εἰκὸς δὲ καὶ ἐκ λοιμοῦ παπονημένου... Quæ longior sequitur explicatio, Porphyrii, non jam Aristotelis esse videtur, etsi hujus nomen toti scholio superscriptum legatur; cf. Egger v. cl. *Essai sur l'histoire de la critique chez les Grecs*, p. 140.

Ceterum de eadem re aliter judicavit philosophus Poetic. c. 15, § 11 : Φανερόν οὖν ὅτι καὶ τὰς λύσεις τῶν μύθων ἐξ αὐτοῦ δεῖ τοῦ μύθου συμβαίνειν, καὶ μὴ ὥσπερ ἐν τῇ Μηδείᾳ ἀπὸ μηχανῆς καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι τὰ περὶ τὸν ἀπόπλου, ubi tamen non erat cur de Iliade Homerī dubitarent G. Hermannus ad l. l. Poeticæ et Welckerus, in *Museo Rhen.* a. 1837, p. 492.

2 (167).

Schol. Ven. B ad Il. β, 169, p. 59, A, 28 Bekk. : Ἀτάλαντον· λύων δ' Ἀριστοτέλης τὸ τάλαντον οὔτε ἴσον φησὶ τότε καὶ νῦν εἶναι, οὔτε ἀφωρισμένην χρῆσθαι σταθμῷ, ἀλλὰ μέτρον τι μόνον εἶναι ὡς καὶ φιάλη, σγῆμά τι ἀφωρισμένον οὐκ ἔχον σταθμόν, μέτρον δὲ τι (ita Rosius pro iis quæ sunt in cod. ἔχον σταθμόν, μέτρον δ' οὐκέτι). Καὶ τὸ τάλαντον ἐξέ μέτρον τί ἐστὶ, ποσὸν δ' οὐκέτι ἀφωρισμένον· διὸ καὶ τὸ ἀντικείμε-

μενον αὐτοῖς ὑπερφιάλον καὶ ἀτάλαντον, ὥσπερ γὰρ τὸ ὑπερφιάλον τὸ πολὺ σημαίνει καὶ ἀμέτρον, ὡς τῆς φιάλης ἀμέτρου οὔσης (ὑπερφιάλος γὰρ ὁ ὑπερβῆλων τῇ ἀμετρῷ τὸ μέτρον τῆς φιάλης), οὕτω καὶ ἀτάλαντος ὁ ἐξηρημένος τοῦ μέτρου τοῦ κατὰ τὸ τάλαντον. Ὁ δὲ ἐκ τῶν ἀνίσων ἐκβεβηκώς ἴσος ἂν εἴη· ὁ γὰρ οὐκ ἀνίσος οὗτος καὶ ἀτάλαντος, ὁ τὸ ἀνίσον τῶν ταλάντων μὴ ἔχων διὸ καὶ ἴσος· ὁ γὰρ ἐν ἄλλοις ἐφη· « ἴσος Ἴενουαλί· » (Il. γ, 132,) » τοῦτο δεδήλωκεν ἐν τῷ « ἀτάλαντος Ἀρηί (υ, 295). » Ad hanc subtiliorem quavis veriore interpretationem provocat Schol. Bl. il. ε, 576, p. 166, B, 51 Bekk. : Ἀτάλαντον· τὸ τάλαντον ὁ μὲν Ἀριστοτέλης ἄλλως ἐξηγεῖτο, καὶ εὐρήσεις τοῦτο ἐμπροσθεν εἰς τὸν οὕτως ἔχοντα στίχον· « Ὡς φάτο, Μηριόνης δὲ θεῶν ἀτάλαντος Ἀρηί (υ, 295), » ubi tamen non intelligitur, quid sibi illud ἐμπροσθεν (ἐν τῷν addit cod. L.) velit. Ceterum e Porphyrio hoc scholium fluxisse ex Eustathio apparet, apud quem tamen Aristotelis mentio excidit, ad Iliad. p. 196, 35 Rom. (β, 169) : Ὁ δὲ Πορφύριος καὶ αὐτὸς ἀτάλαντον λέγων τὸν ἴσον, ἄλλως τὴν λέξιν καθίστησι, δεικνύων ἀνίσον μὲν εἶναι παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ τάλαντον, ὡς πολλαχῶς φαίνεται, ἀτάλαντον δὲ ἐντεῦθεν νοεῖσθαι τὸ μὴ κατὰ τὸ τάλαντον ἀνίσον, ἀλλὰ τῆς ἐκείνου ἐστερημένον ἀνισότητος. Porphyr. Quæst. Homeric. 27 : Ἀτάλαντος οὖν ὁ ἴσος καὶ μὴ ταλαντεύων Quæ hîc adscribit Rosius e schol. B ad Iliad. ψ, 269, ea potius e peculiari quæstione ducta esse puto. Cf. infra fr. 25.

3 (168).

Schol. Ven. B ad Il. β, 183, p. 60, A, 10 Bekk. (ἀπὸ δὲ χλαῖναν βάλε) : Ἀπρεπὲς εἶναι δοκεῖ τὴν χλαῖναν ἀποβαλόντα μονοχιτώνα θεῖν τὸν Ὀδυσσεῖα διὰ τοῦ στρατοπέδου, καὶ μάλιστα αἶος Ὀδυσσεὺς εἶναι ὑπεληπται. Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης, ἵνα διὰ τοῦτο θαυμάζων ὁ ὄγκλος ἐπιστρέφεται καὶ ἐξικνῆται ἢ φωνῇ

QUÆSTIONES HOMERICÆ.

ΙΛΙΑΣ.

1.

Cur Agamemno animos Græcorum tentat atque ita effecit ut non multum abesset, quin contraria acciderent atque quæ in mente habuerit? Et impedimentum est ex machina, Minerva enim impedivit; non poeticum autem est impedimentum aliter solvere quam ex ipsa fabula. Dicit autem Aristoteles et poeticum esse imitari ea quæ fieri solent et poetarum magis pericula inducere.

2.

Solvens difficultatem (quæ ex usu vocabuli ἀτάλαντον oritur) Aristoteles dicit talentum neque tunc idem valuisse

atque nunc valet, neque definitum pondus habuisse, sed mensuram solum quandam fuisse, ut et phiala vas nec definitæ magnitudinis nec mensura quædam. Et talentum mensura quædam est, non definitæ vero magnitudinis. Quare opposita sunt illis ὑπερφιάλον et ἀτάλαντον: sic ut enim ὑπερφιάλον multum significat et sine mensura, quum phiala nullam habeat mensuram (ὑπερφιάλος enim is qui absque mensura, quum sic inensuram phialæ superet), ita et ἀτάλαντος qui mensuram talenti egreditur.

3.

Indecorum videtur, Ulysses abjecto pallio solum tunica indutum per castra currere et præsertim qualis Ulysses fuisse accipiatur. Aristoteles autem ideo fieri dicit, ut ita in se convertat turbam admirantem, atque vox quam maxime diffundatur, aliis aliunde convenientibus.

ὡς ἐπὶ μείζον ἄλλου ἄλλοθεν συνιόντος· οἶον καὶ Σόλων λέγεται πεποικηκέναι, ὅτε συνῆγε τὸν ὄχλον περὶ Σαλαμῖνος (cf. Plut. V. Solonis c. 8).

Eadem habet cod. Lips., in quo Aristoteλης in capite scholii inscriptum est, p. 95, 25 ed. Bachm. Solutionis ab Aristotele propositæ vestigia occurrunt in eodem scholio p. 60, A, 23 : ubi variorum aliorum solutionibus allatis, hæc adduntur : Οἱ δὲ μᾶλλον συντίθενται, ὅπως ἐπιστρέψῃ τὸ πλῆθος πρὸς ἐαυτὸν ἀπὸ τῆς περὶ τοῦ φεύγειν ταραχῆς, ἐπέχων διὰ τοῦ ξενισμοῦ. Cf. ib. v. 3 Bekk. : ἡ διὰ τὸ ἐπιστρέφειν τῇ παραδόξῳ θείᾳ τοὺς πολλούς, quæ et apud Eustathium leguntur p. 198.

4 (169).

Schol. Venet. B ad Iliad. β, 305, p. 68, B, 50 Bekk. : « Ἡμεῖς δ' ἀμφὶ περὶ κρήνης ἱεροῦς κατὰ βωμοῦς », μέχρι τοῦ, « Τῷ δεκάτῳ δὲ πόλιν αἰρήσομεν εὐρυάγειαν (v. 329) ». Περὶ τούτων τῶν ἐπιῶν ἠπόρηται ὁ Ἀριστοτέλης τοιαῦτα· Διὰ τί ὁ Κάλχας, εἰ μὲν (δὲ μὲν Wachsm. l. 1, p. 36) οὐδὲν ἦν τέρας τὸ γινόμενον (τῶν γιγνομένων idem), ἐξηγεῖται ὡς τέρας; τί γὰρ ἄτοπον ὑπὸ ὄψεως στρουθοῦς κατέδεσθαι ἢ τούτους ὀκτῶ εἶναι; Περὶ δὲ τοῦ λίθου γενέσθαι, οὐδὲν λέγει, ὃ ἦν μέγα, εἰ μὴ ἄρα εἰς τὸν ἀπόπλου ἀσήμεναι, ὡς τινὲς φασιν. Οὐκ ἔδει δὲ ἀναμνησαί· εἰκόσ γὰρ ἦν ὑπολαβεῖν, καὶ εἰ μάρτυς (μήτις Mehler. Rhein. Mus. 1850, p. 145) ἔλεγε. Καὶ τότε ἀξίως ἔλεγε τοῦτο, ὅτι οὐδὲ ἀπέδωκεν, ἂν εἶη τὸ τέρας· ἐνάτη γὰρ ἦν ἡ μήτηρ, δεκάτῳ δὲ τὸ Ἴλιον ἦλω. Φησὶν οὖν μὴ εἰς τὸν νόστον εἰρηθεῖν τὰ περὶ τῆς ἀπολιθώσεως τοῦ δράκοντος, διὸ οὐδ' ἐποίησε λέγοντα· οὔτε γὰρ πάντες ἀνοστοὶ ἐγένοντο, γελοῖός τ' ἂν ἦν οὐκ ἀποτρέπον τοῦ πλοῦ ἀλλὰ πλείν προτρεπέμενος, οὗς ἐδήλου τὰ σημεῖα μὴ ἐπανήξειν. Μὴ ποτ' οὖν, φησί, τὸ σημεῖον τὸ λίθον γενέσθαι βραδύτητος (ita Bekk.,

apud Villos. βραδύ τοῦτο) σημεῖον ἦν, ὅπερ ἤδη καὶ ἐγεγόνει, καὶ οὐκέτ' ἦν φοβερόν· ἐλήφθη δὲ οὖν ἔτσιν ἐννεά· τοῦ δεκάτου γὰρ ἔτους ἀρχομένου ἐγένετο, ἀριθμῆ δὲ τὰ ἐλόκληρα ἔτη, ὥστε συναῖδει ὀρθῶς ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀπολωλότων καὶ τῶν ἐτῶν.

In ea parte hujus scholii quæ in asserendis aliorum explicationibus versatur, quam Villosionius excscribere noluit, iterum, Rosio teste, ad Aristotelem provocatur, cod. fol. 27 recto : « Ἡ δὲ τοῦ δράκοντος ἀπολιθώσις κατὰ μὲν Ἀριστοτέλην τὴν βραδύτητα ἐδήλου καὶ τὸ σκληρὸν τοῦ πολέμου, κατὰ δὲ ἄλλους τὴν τῆς πόλεως ἐρήμωσιν. Cf. Eustath. p. 226 29 Rom. De Aristotelea interpretatione fortasse locutus est Cicero de Divin. II, 30 : *Quæ tandem ista auguratio est ex passeribus annorum potius quam aut mensium aut dierum? Cur autem de passeribus conjecturam facit, in quibus nullum erat monstrum; de dracone silet, qui id quod fieri non potuit, lapideus dicitur factus? Postremo quid simile habet passer anni?* Quæ in schol. ALV ad II. β, 308, p. 69, B, 7 Bekk. leguntur : Τέρας δὲ τὸ ὀκτῶ τατοκένα· ἐπὶ γὰρ τίττει, cum iis conferenda sunt, quæ ex Aristotele servavit Athenæus IX, p. 391, F : Τίττει γοῦν ὁ στρουθός, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης, καὶ μέχρι ὀκτῶ, ad libros de Animalibus non superstites, potius tamen quam ad Homericas Quæstiones pertinentia.

5 (170).

Schol. Venet. B ad Iliad. β, 649 (Κρήτην ἐκατόμολιν), p. 87, B, Bekk. 38 : Διὰ τί ἐνταῦθα μὲν πεποίηκεν,

Ἄλλοι δ' οἱ Κρήτην ἐκατόμολιν ἀμφεμένοντο,

ἐν δὲ τῇ Ὀδυσσεΐα εἰπὼν ὅτι ἔστι ἡ Κρήτη καλλὴ καὶ πείρα καὶ περιέρρυτος,

sicut et Solon fecisse dicitur quum populum propter Salaminem concitaret.

4.

De loco Iliadis libri secundi inde a versu 305 : « Nos autem circumjecti circa fontem, sacris in altaribus, » ad versum 329 : « Decimo autem (anno) urbem capiemus latas vias habentem », ita disputat Aristoteles : Cur Calchas si id quod evenerat nullum erat prodigium, ut prodigium interpretatur? Quid enim mirum habet passeres a serpente vorari vel hosce octo esse? De eo autem quod serpens in lapidem mutatus est nihil dicit, quod grave erat. Nisi vero de navium solutione interpretatus est, ut nonnulli dicunt. Non vero opus erat dicere, facile enim erat conjicere etiam si nullus dicebat. Et tunc illa merito dicebat, quum non dixisset num esset prodigium : nona enim erat mater, decimo autem anno capta est Troja.

Dixit igitur Aristoteles mutationem serpentis in lapidem non ad reditum spectare : quamobrem nec dicentem fecit poeta; neque enim omnes reditu privati sunt. Ridiculus deinde fuisset si non averteret a navigando, sed exhortaretur ut navigarent eos, quibus ostendebat prodigium reditum negari. Fortasse vero, inquit, prodigium illud in lapides mutari, diuturnitatis signum erat, quam jam experti erant et quæ nihil formidolosi habebat. Troja vero novem annis capta est. Cecidit enim in eunte decimo anno, numerat vero integros annos, ut numeros eorum qui perierant et annorum congrueret.

5.

Cur in hoc versu Iliadis :

Ceterique, qui Cretam centum-urbium incolabant poeta dixit, in Odyssea vero (XIX, 173), postquam Cretam

Ἐν δ' ἀνδραποῖ πολλοί..... καὶ ἐνενήκοντα πόλεις (τ, 173)·

τὸ γὰρ ποτὲ μὲν ἐνενήκοντα ποτὲ δὲ ἑκατὸν λέγειν δοκεῖ ἐναντίον εἶναι. Ἡρακλείδης μὲν οὖν καὶ ἄλλοι λέγειν ἐπαχίρουν οὕτως... Ἀριστοτέλης δὲ οὐκ ἀτοπὸν φησιν, εἰ μὴ πάντες τὰ αὐτὰ λέγοντες πεποιήνται αὐτῶ· οὕτω γὰρ καὶ ἀλλήλοισι τὰ αὐτὰ παντελῶς λέγειν ὤφειλον.

Pro ὤφειλον, quod e codice dedit Rosius, Villoisonus et Bekkerus ὀφειλοῦσιν habent, quæ etiam lectio est codicis Lips.; cf. schol. in Iliad. ed. Bachmann. p. 141, 27. Aliter alii difficultatem solvere aggressi sunt; cf. Schol. DA apud Bekk. l. l. 12 Eustath. p. 313, et Strabon. l. X, p. 735.

6 (171).

Schol. Ven. B ad Iliad. γ, 236 (δοῶ δ' οὐ δύναμαι) : Διὰ τί τὴν Ἑλένην πεποιήκεν ἀγνοῦσαν περὶ τῶν ἀδελφῶν ὅτι οὐ παρήσαν, δεκαετοῦς τοῦ πολέμου ὄντος καὶ αἰχμαλώτων πολλῶν γινομένων· ἀλογον γάρ. Ἔτι δὲ καὶ εἰ ἠγνόει, ἀλλ' οὐκ ἦν ἀναγκαῖον μνησθῆναι τούτων οὐκ ἐρωτηθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Πριάμου περὶ αὐτῶν· οὐδὲ γὰρ πρὸς τὴν ποιήσιν πρὸ ἔργου ἦν ἡ τούτων μνήμη. Φησὶ μὲν οὖν Ἀριστοτέλης· Ἴσως ὑπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐντυγχάνειν ἐφυλάττετο τοῖς αἰχμαλώτοις. Ἡ ὅπως τὸ ἦθος βελτίων φανῆ καὶ μὴ πολυπραγμοσίῃ, οὐδὲ τοὺς ἀδελφοὺς ἤδει ὅπου εἰσι. Φαίνεται δὲ πάντα καὶ λέγουσα καὶ οἰκονομοῦσα ὅπως

ὁ τε Πρίαμος καὶ οἱ ἄλλοι πεισθῶσι· Τρῶες ὅτι ἀκούσιος καὶ παρὰ γνώμην αὐτῆς ἢ εἰς τὴν Ἴλιον γέγονε ἀφίξις. Hæc e codice primus protulit Rosius; apud Bekkerum leguntur tantum modo excerpta p. 108, A, 44: Τοῦτό φησιν (ἢ Ἑλένην scil.) ὡς πάντη μὲν ἐκπετάσασα τὴν θίαν, οὐδαμῆ δὲ ἰδοῦσα. Πῶς δὲ οὐκ ἐρωτηθεῖσα προβάλλεται τὰ περὶ τῶν ἀδελφῶν; ὁ δὲ φησὶ ὅτι προοικονομεῖ ὁ ποιητὴς βουλόμενος εἰπεῖν τὴν ἀφάνειαν αὐτῶν. Ἡγνόει δὲ τὰ περὶ αὐτῶν ἴσως μὴ συγχωρομένη συντυγχάνειν τοῖς αἰχμαλώτοις. Eadem in Schol. cod. L. p. 172, 8 ed. Bachm.

7 (172).

Schol. Venet. B ad Iliad. γ, 276, p. 110, A, 26 Bekk. : Πορφυρίου. Διὰ τί βουλόμενος ἐπιτορκῆσαι τοὺς Τρῶας ὁ ποιητὴς, ἵνα εὐλόγως ἀπόλωνται, οὐδαμοῦ πεποιήκεν ἐπιτορκῶντας, ἀλλ' οἰεταί; ὁ γὰρ ὄρκος ἦν, εἰ Ἀλέξανδρον ἀποκτείνετον δὲ Μενέλαος, ἀποδοθῆναι τὴν Ἑλένην· οὐκ ἀναιρεθέντος δὲ οὐδαμοῦ ἠδίκουν μὴ ἀποδιδόντες οὐδ' ἐπιώρκησαν. Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ὅτι οὐδ' ὁ ποιητὴς λέγει ὡς ἐπιώρκησαν, (ὅτι οὐδ' ἀπόλλυνται ὅτι ἐπιώρκησαν οὐδὲ ὁ ποιητὴς λέγει ὡς ἐπιώρκησαν conj. Lehrs. ap. Kammer. l. l. p. 34.) καθάπερ ἐπ' ἄλλων·

Ὡς φάτο καὶ ῥ' ἐπιόρκον ἐκάμοσε (II. κ, 352),

ἀλλ' ὅτι κατάρτοι ἦσαν· αὐτοὶ γὰρ ἑαυτοῖς κατηράσαντο εἰπόντες·

ut pulchram et pinguem et circumflumam celebravit, hoc addit :

In ea autem homines multi..... et nonaginta urbes?

Quum enim tum nonaginta tum centum dicat, sibi ipsi repugnare videtur. Heraclides vero et alii hoc ita solvere conati sunt... Aristoteles autem non male se habere dicit, si non omnes eadem dicentes a poeta inducuntur, ita enim oportebat eadem plane alios aliiis dicere.

6.

Cur finxit Helenam ignorantem quam ob causam fratres non præsentes sint, quum jam decem annos bellum duravisset et multicaptivi facti essent; absurdum enim. Præterea vero etiam si ignorabat, nihil opus erat hujus rei mentionem ab illa fieri, quum ipsam Priamus non de illis interrogavisset, neque enim horum mentio utilis erat carmini. Dicit vero Aristoteles : custodiebatur fortasse ab Alexandro ne cum captivis congregaretur. Sive ut ipsius mores meliores viderentur neque curiosius se gereret, ubi fratres essent ignorabat. Omnia enim dicere et facere videtur, ut et Priamus et Trojani in hanc sententiam adducantur se invitam et contra sententiam animi illum venisse.

7.

Cur, quum perjuri reos facere vellet Trojanos poeta, ut jure pereant, nullibi perjuros fecit, sed putat? Jusjurandum enim hoc erat : Si Alexandrum interfecerit Menelaus, Helena tradetur. Non interfecto vero Alexandro nequaquam injuste egerunt non tradentes Helenam neque jusjurandum fefellerunt. Aristoteles autem inquit poetam non dixisse Trojanos perjuros factos esse sicut de aliis dixit :

Sic dixit et sane perjuriam juravit (II. X, 332 s.),

sed diris devotos fuisse, ipsi enim se deoverunt quum dixerint :

Jupiter augustissime, maxime et immortales dji ceteri; uti priores præter fœdera offenderint, sic ipsi cerebrum humi fluat, sicut hoc vinum (II. III, 208 ss.).

Non perjurerunt igitur, sed male egerunt et contra jusjurandum. Devoti igitur diris fuerunt. Itaque et Juno illos noxios facere tentat ex ipsis ob quæ se deoverant. Quum enim illi dixissent :

Uti priores præter fœdera offenderint, sic ipsi cerebrum humi fluat, sicut hoc vinum.

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι,
ὀππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὄρκια πημήνεια,
ὡδὲ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδι· βέιοι ὡς ὄδε οἶνος
(II. γ, 298 sqq.).

Οὐκ ἐπιώρκησαν μὲν οὖν, ἐκακούργησαν δὲ καὶ ἔβλα-
ψαν τοὺς ὄρκους· ἐπάρατοι οὖν ἦσαν. Ταῦτά τοι καὶ
Ἦρα πειράται ἐξ αὐτῶν ὧν κατηράσαντο γενέσθαι
αὐτοῖς τὴν βλάβην· εὐξαμένων γὰρ ἐκείνων,

Ὀππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὄρκια πημήνεια
ὡδὲ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδι· βέιοι ὡς ὄδε οἶνος,

ἢ Ἦρα αὐτὸ τοῦτο παρακελεύεται τῇ Ἀθηνᾷ·

Ἐλθεῖν ἐς Τρώων καὶ Ἀχαιῶν φύλοπιν αἰνὴν,
πειρᾶν δ' ὡς καὶ Τρώες ὑπερκύδαντας Ἀχαιοῦς·
ἄρῳσι πρότεροι ὑπὲρ ὄρκια δηλήσασθαι (II. δ, 65 ss.).

Τὸ δὲ βλάβη· οὐκ ἔστιν ἐπιώρκῃσαι.

Expressit hoc scholium e cod. Veneto Mehler,
*Proben homerischer Scholien aus cod. Venet. B in
ihrer wahren Gestalt, Rhein. Mus. N. F. t. VII,*
p. 147. Eadem quaestio in Porphyrii scholio ad
II. γ, 457, p. 118, B, 22 tractatur.

8 (173).

Schol. Ven. B ad Iliad. γ, 277 (Ἡελίος δ' ὅς
πάνθ' ἐφορᾷ), p. 110, A, 51 Bekk. (cf. Schol. cod.
Lips. p. 173, 31 Bachm.). Πορφυρίου. Διὰ τί τὸν
ἥλιον πάντα ἐφορᾷ καὶ πάντα ἐπακούειν εἰπὼν, ἐπὶ
τῶν ἑαυτοῦ βοῶν ἀγγέλου δεόμενον ἐποίησεν·

Ὀνεία δ' ἡλίω ὑπερίον ἀγγελος ἦθε
Λαμπετίη τανύπελος, ὁ οἱ βόας ἔκταν ἑταῖρο
(Od. μ, 374 s.).

Λύων δ' Ἀριστοτέλης φησὶν, ἦτοι ὅτι πάντα μὲν ὄρᾳ
ἥλιος ἀλλ' οὐχὶ ἄμα, ἦτοι ὅτι τῷ ἡλίῳ ἦν τὸ ἐξαγγεῖλαι
ἢ Λαμπετία ὡσπερ (τὴν Λαμπετίαν ὄσπερ Lehrs.
ap. Kammer. I. I. p. 36) τῷ ἀνθρώπῳ ἢ ὄψις· ἢ ὅτι,
φησὶν, ἀρμόστων ἦν εἰπεῖν οὕτως τὸν τε Ἀγαμέμνονα
ὀρκίζοντα ἐν τῇ μονομαχίᾳ·

Ἡελίος δ' ὅς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει
(II. γ, 277),

καὶ τὸν Ὀδυσσεῖα πρὸς τοὺς ἑταίρους λέγοντα· οὐ γὰρ
δὴ καὶ τὰ ἐν Ἄδου ὄρᾳ.

Idem scholium, cujus pars tantum exstat in
Ambrosianis B et Q apud Dindorfium, in cod.
Vindob. Græc. phil. 133 ad Odys. μ, 374 ar-
positum legitur, unde protulit Rosius: Πορφυ-
ρίου· ὡνεία δ' ἡλίῳ ὑπερίον· ἐναντίον τοῦτο τῷ·
« Ἡελίος ὅς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει »· ἄρ'
ἑαυτοῦ γὰρ ἐχρῆν ἐγνωσκῆναι τὸν πάντα ἐφορῶντα.
Λόγιτο δ' ἂν ἢ τῇ λέξει· τὸ γὰρ πάντα δηλοῖ τὰ πλεί-
στα. Ἄλλως τε οὐκ ἠγνοεῖ τὸ πεπραγμένον ὁ ἥλιος,
ἀλλ' εἶδει ὡς ποιμαίνουσαν καὶ ταύτην ἀπαγγεῖλαι.
Ἦ τῷ καιρῷ λυεταί, ὡς νυκτὸς ἐπιθεμένων ταῖς
βοῦσι τῶν ἑταίρων. Ἦ ὅτι ἡλίῳ ἐξαγγεῖλαι ἢ Λαμ-
πετία ὡσπερ τῷ ἀνθρώπῳ ἢ ὄψις· ἢ ὅτι, φησὶν, ἀρ-
μοστὸν ἦν εἰπεῖν οὕτως τὸν τε Ἀγαμέμνονα, etc., ut
in cod. Ven. Nomen Ἀριστοτέλους in margine
adscriptum esse, quasi ad alterum scholium cui
præfigatur ἄλλως, testatur Rosius.

9 (174).

Schol. Ven. B ad Iliad. γ, 441, p. 117, B, 26
Bekk., Schol. L. p. 184, 33 Bachm., Schol. Eton.
(p. 38 apud Næhden, *De Porphyrii scholl. in Ho-
mer. Gotting. 1797*): Πορφυρίου. Διὰ τί τὸν Ἀλέξαν-
δρον πεποίηκεν οὕτως ἄθλιον ὥστε μὴ μόνον ἠττηθῆναι
μονομαχοῦντα, ἀλλὰ καὶ φυγεῖν καὶ ἀφροδισίων με-
μνημένον εὐθύς, καὶ ἐρᾶν μάλιστα τότε φάσκοντα, καὶ
οὕτως ἀσώτως διακείσθαι; Ἀριστοτέλης μὲν φησὶν
εἰκότως· ἐρωτικῶς μὲν γὰρ καὶ πρότερον διέκειτο, ἐπέ-
τεινε δὲ τότε. Πάντες γὰρ ὅτε μὴ ἐξῆ ἢ φοβοῦνται μὴ
ἔξουσι, τότε ἐρῶσι μάλιστα· διὸ καὶ νοουθετοῦμενοι
ἐπιτείνουσι μάλλον· ἐκείνῳ δὲ ἡ μάχη τοῦτο ἐποίησεν.
Pro πέφηνε, quod post Villois. Bekkerus de-
dit, in cod. Ven. ut in ceteris ἐπέτεινε legi Ro-

Juno hoc ipsum injungit Minervæ :

Schol. H Q P ad l. 1. (p. 278, 8) : Ὁ μὲν Ἀριστοφάνης τὰς ἀνθρωποειδῆς θεὰς αὐδήσασα φησὶν οἰονεῖ φωνὴν μεταίληφαι, ὃ δὲ Ἄριστοτέλης οὐδήσασαν λέγει οἰονεῖ ἐπίγειον. Οὕτως καὶ Χαμαιλέων. Eustathius p. 1543, 52 : Γράφεται δὲ καὶ οὐδήσασα, τουτέστιν ἐπίγειος. Νύμφη γὰρ ἦν καὶ οὐκ ἐκ τῶν οὐρανίωνων. Ἄριστοτέλους δὲ φασὶ καὶ Χαμαιλέοντος (cf. Kœpke, de Chamæleontis Heracleotæ vita et scriptis, Berol. 1856, p. 16) ἢ τοιαύτη γραφή. Nomen Aristotelis inde in Schol. H ad Odys. κ, 136 pro Aristarchi restituendum est (cf. Lehrs, de Aristarchi stud. Homer., p. 50, et Nauck, Aristoph. Byzant. Fragm., p. 41) : Αὐδήσασα· Ἀριστάρχος οὐδήσασα. Schol. Q B V ad eund. l. p. 457, 10 : Ἦτοι περιδότης, ἢ εἰς διάλεξιν καὶ προσαγορεύσειν ἀνθρώποις ἐρχομένην, ἢ καθὸ ἐπιγείος ἔστιν. Cf. Eustath. ad l. 1. p. 1651, 48, Etym. M. p. 169, 11.

34.

Si nihil aliud dei bibunt quam nectar, cur Calypso Mercurio id mixtum dat? Si enim cum aqua permixtum fuerit, non solum nectar sed et aquam bibunt. Dicit tamen poeta « puram ambrosiam apposuit, miscuitque nectar rubrum. » Solvens hanc questionem Aristoteles, κέρασσε, inquit, sive liquorem alii liquori miscere significat, sive infundere, utrumque enim indicat κεράσαι. Nunc autem Κέρασσε δὲ νέκταρ ἐρυθρόν, non significat miscere, sed nude infundere.

35.

Αὐδήντα non significat eum qui vocem habet, sed qui humana voce loquitur ut homines; et ut insolens notaverunt

(Inum scilicet αὐδήσασαν dici). Et illud « Circe coinas-pulchra, veneranda dea, vocalis (αὐδήσασα), » significat quæ loquitur humano more, non sicut deus; dii enim per auguria, victimas, sacrificia et per somnia loquuntur, non autem voce utuntur. Hæc vere sunt præcepta (ἐφετμαί), « semper autem volebant dii nos meminisse præceptorum » de oraculis dicit. At Circe « pulchre canit », ut homo. Quærit Aristoteles cur Calypsum, Circeam et Inum αὐδήσασα (vocalis) solas vocet Homerus; nam et ceteræ omnes vocem habebant. Quom autem difficultatem solvere non potuerit, lectionem mutat αὐλήσασα scribens, quo indicari dicit eas solitarias fuisse; de Ino vern οὐδήσασα quasi terrestris, scribit, id enim omnibus obtingebat et quidem solis, omnes enim in terra habitabant.

36 (201).

Schol. HQ ad Odys. 1, 106 : Κυκλώπων δ' ἐς γαίαν, p. 414, 25 : Ζητεί Ἀριστοτέλης πῶς δὲ Κύκλωψ δὲ Πολύφημος μήτε πατὴρ ὢν Κύκλωπος, Ποσειδῶνος γὰρ ἦν μήτε μητὴρ, Κύκλωψ ἐγένετο. Αὐτὸς δὲ ἐτέρῳ μύθῳ ἐπιλύεται. Καὶ γὰρ ἐκ Βορέου ἔπποι γίνονται, καὶ ἐκ Ποσειδῶνος καὶ τῆς Μειδούσης δὲ Πήγασος ἔππος. Τί δ' ἔτοπον ἐκ Ποσειδῶνος τὸν ἄγριον τοῦτον γαγονεῖν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ἐξ αὐτοῦ ἀναλόγως τῇ θαλάσῃ ἄγρια γεννᾶται ἢ τερατώδη ἢ παρηλλαγμένα;

37 (202).

Schol. HF ad Odys. 1, 345, p. 432, 12 : Διὰ τί Ὀδυσσεὺς πρὸς τοὺς Φαίακας ἔλεγεν δεῖν τὸν Κύκλωπα ἐτύφλωσε Ποσειδῶνος υἱὸν ὄντα, οὔσι καὶ αὐτοῖς ἀπογόνοις Ποσειδῶνος; Ἰὼν οὖν Ἀριστοτέλης φησὶν δεῖν ἕδει ἐχθροὺς αὐτοὺς ὄντας τοῦ Κύκλωπος ἐκβληθέντας γὰρ ὑπὸ τῶν Κυκλώπων ἔλθειν ἐπὶ τὴν Σχερίαν.

Οἱ πρὶν μὲν ποτ' ἴναιον ἐν εὐρυγόρῳ Ὑπερείῃ, ἀγχοῦ Κυκλώπων, ἀνδρῶν ὑπερηφάνων, οἱ σφραγισμένοι, βίηφι δὲ φέρτεροι ἦσαν. Ἐνθεν ἀναστῆσας ἄγε Ναυσίθοος θεοειδής, εἰσεν δὲ Σχερίῃ, ἐκὰς ἀνδρῶν ἀίφροστῶν.

(Od. 7, 4, ss.)

Cf. Schol. Q M ad Odys. 1, 333, p. 431, 23 : Πῶς (cod. Vindob. qui hæc habet ad 1, 315, διὰ τῆ) οὐκ ἰδέδιδεῖ τοὺς ἐχθροὺς Ποσειδῶνος Φαίακας, τὴν πῆρῶσιν λέγων Κύκλωπος; Ἀριστοτέλης οὖν φη-

σιν δεῖν ἕδει ἐχθροὺς ὄντας αὐτοῖς· οἱ σφραγισμένοι (Od. 7, 6). Cf. Eustath. ad l. 1. p. 1653, 20 et Anecd. Paris. Cramerii, t. III, p. 452, 7.

38 (203).

Schol. HFQ in Odys. 1, 525, p. 440, 29 : Διὰ τί Ὀδυσσεὺς πρὸς τὸν Κύκλωπα οὕτως ἀνοήτως εἰς τὸν Ποσειδῶνα ὠλιγόρησε τῷ λόγῳ εἰπών,

Ἦ; οὐκ ὀφθαλμὸν γ' ἴησεται οὐδ' Ἐνοσίχθων.

Ἄντισθένης μὲν φησὶ διὰ τὸ εἰδέναι δεῖν οὐκ ἦν ἱατρὸς δὲ Ποσειδῶν, ἀλλ' ὁ Ἀπόλλων, Ἀριστοτέλης δὲ οὐκ εἶπε οὐκ ἐδυνήσεται, ἀλλ' εἶπε οὐ βουλήσεται διὰ τὴν πονηρίαν τοῦ Κύκλωπος.

39 (204).

Ibid. p. 441, 3 : Διὰ τί οὖν δὲ Ποσειδῶν ὠργίσθη, καίτοι μὴ χαλεπαίνων διὰ τὸ ἀκόφθηγμα (cf. fragment. præced.), ἀλλὰ διὰ τὴν τύφλωσιν « Κύκλωπος γὰρ μεχόλωται ἐν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν » (Od. α, 69), καὶ παμπονήρου ὄντος καὶ τοὺς ἐταίρους κατασθλιόντος; Ἰὼν δὲ ὁ Ἀριστοτέλης φησὶ μὴ ταῦτον εἶναι ἔλευθέρῳ πρὸς δούλον καὶ δούλῳ πρὸς ἔλευθρον, οὐδὲ τοῖς ἔγγυς τῶν θεῶν οὔσι πρὸς τοὺς ἀπώθεν. Ὁ δὲ Κύκλωψ ἦν μὲν ζῆμίας ἀξίος, ἀλλ' οὐκ Ὀδυσσεὶ κολαστέος ἀλλὰ τῷ Ποσειδῶνι. Ἡ πανταχοῦ νόμιμον τῷ διαφθειρομένῳ βοηθεῖν, τῷ υἱῷ καὶ ἤρχον ἀδικίας οἱ ἐταῖροι.

36.

Aristoteles quaerit quomodo Cyclops Polyphemus quum neque a patre, filius enim erat Neptuni, neque a matre e genere Cycloporum esset, Cyclops factus sit. Ipse vero alia fabula solvit. Etenim Boreas gignit equos et Neptunus et Medusa mater Pegasi. (Quæ sequuntur non videntur esse Aristotelis.)

37.

Cur Ulysses Phæacibus dixit se Polyphemum Cycloperum, Neptuni vero filium, oculo orbasse, quum ipsi Neptuno orti sint? Ad solvendam difficultatem Aristoteles dicit Ulysses cognitum habere illos cum Cyclope inimicitias exercere; expulsos enim a Cyclopiibus in insulam Scheriam veniasse :

Qui antea quidem habitabant in spatiosa Hyperæa, prope Cyclopas, viros superbentes; qui ipsos infestabant : viribus autem potiores erant. Inde excitos illos deduxit Nautilhous deo similis, colloavitque in Scheria, procul ab hominibus cupidis.

38.

Cur Ulysses cum Cyclope agens tam imprudenter parvi fecit Neptanum hisce verbis :

Adeo haud oculum utique sanabit neque Neptunus.

Antisthenes inquit ideo factum esse, quod sciret non Neptunum sed Apollinem medendi artis esse peritum. Aristoteles autem non quia non potuerit sed quia noluerit ob pravitatem Cyclopiis.

39.

Quamobrem Neptunus iratus est, etsi non succensusuit ob ea quæ Ulysses dixerat sed quia Cycloperum obcæcaverat : ob Cycloperum enim irascitur, quem oculo privavit, et id licet scelestissimus fuerit et socios (Ulyssis) devoraverit? Ad solvendam quaestionem Aristoteles observat non eandem rationem intercedere inter liberum et servum et inter servum et liberum, neque iis qui prope ad deos accedunt et iis qui longius absunt. Cyclops itaque poena dignus erat. Quæ vero non ab Ulyse sed a Neptuno infligi debebat. Sive omnino legitimum est succurrere illi qui clade conficitur præsertim filio; deinde socii primi injusti fuerant.

40 (205).

Eustath. in Odys. μ, 62, p. 1712, 57, ad versus poetæ :

Τῆ μὲν τ' οὐδὲ ποιητὰ παρέργεται οὐδὲ πέλειαι
τρήρωνες, ταί τ' ἀμβροσίην Διὶ πατρὶ φέρουσι,
ἀλλὰ τε καὶ τῶν αἰὲν ἀραιρεῖται λις πέτρη :

εἰ δὲ παλαιοὶ οὕτω τὰ τοῦ λόγου θεραπεύουσι. Χείρων δ' Ἀμφιπολίτης Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνης ἐρωτήσαντος, φασί, τί βούλεται παρὰ τῷ ποιητῇ τὸ τὰς περιστερὰς εἰπεῖν κομίζειν ἀμβροσίαν τῷ Διὶ καὶ τὸ ἀφαιρεῖσθαι τι αὐτὰς (τὰς πέτρας scrib. esse vidit Rosius) καὶ τῶν πελειῶν, περὶ τῶν πλειάδων εἶναι τὸν λόγον ἐφη, ἅς εἶναι μὲν ἐπτά, φαίνεσθαι δὲ ἐξ τοῖς ἑκαί, τῆς μίξ διὰ τὸ καὶ ἄλλως ἀμυδρὸν τοῦ ἀστρίου ἀφανίζομένης ὑπὸ τῶν πατρῶν. Ὡς δὲ ἡμεῖς, φησί, πελειάδων ἦτοι πλειάδων ἐπιταλλουσῶν ἀρχόμεθα θερίζειν, οὕτω καὶ θεοὶ τὴν ἀμβροσίαν κομίζεσθαι. Interpositis ex Athenæi libro XI excerptis ita pergit Eustathius : Ἄλλ' οὕτω μὲν δ' Ἀμφιπολίτης Χείρων. Ἀριστοτέλης δέ, φασίν, ἀλληγορικῶς εἶπε δηλοῦν Ὅμηρον εἰ ἀναθυμιάσεως τρέφεσθαι τοὺς θεοὺς ἦτοι τὰ ἀνω σώματα, ἀεροπόρον ζῶον παραλαβόντα εἰς ἔνδειξιν τῆς τοιαύτης τροφῆς. Τὸ δὲ ἀφαιρεῖσθαι τι ὑπὸ τῆς πέτρας δηλοῦν ἐφη, ὡς καὶ ἡ γῆ ἔλκει ἐκ τῆς τοιαύτης ἀναθυμιάσεως. Ἀλέξανδρος δ' ὁ βασιλεὺς, διὰ τὸ δοκεῖν φύσει (ita Rosius pro φησί) τοὺς θεοὺς φιλοσόφους καὶ ἡδονῆς μίξους, ἀναθεῖναι τὸν ποιητὴν τὴν ἐκείνων τροφὴν τῷ ἀσθενεστάτῳ καὶ τρυφερωτάτῳ ζῳῳ, ἕφ' οὗ βραχὺ τι ἂν παρακομίζοιτο.

Desumpta hæc esse patet non ex eodem fonte, unde reliqua, sed potius e ficto quodam dialogo, qui præsentat Philippo inter Chironem, Aristotelem ejusque discipulum Alexandrum instituebatur. Non absimilia sunt quæ leguntur apud Dionem Chrysostomum Orat. II, in cuius

sine, postquam Alexander multa disseruit, ita loquens introducitur Philippus : Οὐ μάτην, Ἀλέξανδρε, περὶ πολλοῦ ποιούμεθα τὸν Ἀριστοτέλη, καὶ τὴν πατρίδα αὐτῷ συνεχωρήσαμεν ἀνακτιζειν, Στάγειραν τῆς Ὀλυθίας οὔσαν· ὁ γὰρ ἀνὴρ ἄξιος πολλῶν καὶ μεγάλων δωρεῶν, εἰ τοιαυτὰ σε διδάσκει περὶ τὰ ἀρχῆς καὶ βασιλείας, εἴτε Ὅμηρον ἐξηγούμενος, εἴτε καὶ ἄλλον τρόπον. Ceterum quæ habet Eustathius, e Ptolemæo Hephæstione fluxisse, sive is ipse finxerit, sive ab alio acceperit, restantur quæ in Excerptis e primo libro Novæ ejus historiae apud Photium Bibl. cod. 190 p. 147, 3 Bekk. leguntur : Διὰ τί δὲ ποιητῆς πλειάδας ἐποίησε τῆς τροφῆς τῶν θεῶν διακόνους καὶ τίνα Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς καὶ Ἀριστοτέλης εἰς τοῦτο εἶπον καὶ περὶ Ὀμήρου καὶ πλειάδων ; Cf. Hercherus, über die Glaubwürdigkeit der neuen Geschichte des Ptolemæus Chemus, in Jahn's Jahrb. 1855, p. 271.

41 (206).

Schol. Vindob. apud Ros. ad Odys. μ., 128 (Βόσκοντ' ἡλιοιο βόες) : Ἀπόβλητον ἦν τοῖς ἀρχαίοις ἀρότην βοῦν κτιεῖναι. Ἐπασχε γὰρ κακῶς ἐξ ἀνθρώπων ἡ θεῶν ὅστις τοῦτο πισποίηκεν. Ὅπερ οἱ τοῦ Ὀδυσσεῶς φίλοι ποιήσαντες ἀπώλοντο. Ἀριστοτέλης φυσικῶς φησὶν· λέγει γὰρ τὰς τριακοσίας τὸν χρόνον ἡμέρας πρὸς ταῖς λοιπαῖς. Corrupta sunt quæ in Schol. B p. 542, 4 Dind. leguntur : Ἀριστοτέλης φυσικῶς φησὶ· λέγει γὰρ τὰς καθ' ἡμέρας πενήτηντα πρὸς ταῖς τριακοσίαις. In alio scholio Q (p. 542, 8) et Vind. ad versum 129, Ἐπτά βοῶν ἀγέλαι : Ἀριστοτέλης φυσικῶς τὰς κατὰ σελήνην ἡμέρας αὐτὸν λέγειν φησὶ τν' (τὰς ν' Vindob.) οὔσας. Τὸν γὰρ πενήτηντα ἀριθμὸν ἑπταπλασιάσας εἰς τὸ τριακοστὸν πενήτηκοστὸν περιεστάναι εὐρήσεις.

40.

Hæc quidem neque volucres prætervolant, neque columbas Timidæ, quæ ambrosiam Jovi patri ferunt,
Sed etiam ex his aliquam semper admittit lævis petra.

Veteres ita fabulam interpretantur. Chiro Amphipolita, interrogatus, ut narratur, ab Alexandro Macedonio, quid sibi velit poeta quum dicat columbas Jovi ambrosiam ferre, et aliquid illis adimere petras, dixit de Pleiadibus loqui poetam, quæ revera septem sunt, sex vero videntur esse illis qui ibi sunt (apud Planctas scil.). quum earum quæ et alias obscura sit a scopulis occultetur. Ut autem nos, inquit, quum Peleidas sive Pleiades surgunt messem incipimus, ita dii quoque colligunt ambrosiam. Sed ita Chiron Amphipolita. Aristoteles vero, ut ferunt, dixit Homerum ita allegorice significare deos sive quæ in loco

superiore degunt corpore exhalationibus ali, et ut tale alimentum indicet animal aerium adhibet. Tolli vero aliquid a petra, id ostendit terram quoque partem istarum exhalationum adtrahere. At rex Alexander, etc.

Cur poeta finxit columbas diis alimenta ministrantes, et quæ de hac re et de Homero et de columbis Alexander rex et Aristoteles disputaverunt.

41.

Nefas erat antiquis bovem aratorem occidi : male enim dii hominesque illum habebant quicumque talia fecisset. Quare Ulyssis socii quum hoc fecissent pereunt. Aristoteles dicit naturaliter hoc explicandum esse : dicit enim triginta dies temporis præter ceteros.

Notandum est Aristotelem istos greges et præcipue boum

Eustathius, p. 1717, 33 : Ἰστίον δὲ οὐκ ἔστι τὰς ἀγέλας ταύτας καὶ μάλιστα τὰς τῶν βοῶν φασι τὸν Ἀριστοτέλην ἀλληγορεῖν εἰς τὰς κατὰ δωδεκάδα τῶν σεληνιακῶν μηνῶν ἡμέρας γινομένης πενήκοντα πρὸς ταῖς τριακοσίαις ἑσας καὶ ὁ ἀριθμὸς ταῖς ἑπτὰ ἀγέλαις ἔχουσαι ἀνά πενήκοντα ζῶα. Διὸ οὔτε γόνον αὐτῶν γίνεσθαι Ὅμηρος λέγει οὔτε φθορὰν τὸ γὰρ αὐτὸ ποσὸν ἀεὶ ταῖς τοιαύταις ἡμέραις μένει. Similia Schol. B ad μ, 128 et 353 et E ad α, 8. Quæ hic tribuitur Aristoteli allegorica interpretatio, recurrit in Luciani libro de Astrologia, c. 22. Ceterum ad hanc quæstionem referendus videtur, qui quasi peculiaris citatur libri apud Anonymum titulus (in altero indice 3) Εἰ δὴ ποτε Ὅμηρος ἐποίησε τὰς ἡλίου βοῦς, ubi supplendum erit ἡμέρας, nisi cum Rosio pro ei, τὶ scribere mavis.

42 (207).

Schol. N ad Odys. v extr., p. 789 Dind. : Διὰ τί Ὀδυσσεὺς τῇ μὲν Πηνελόπῃ ἡλικίαν τε ἤδη ἔχουσα καὶ φιλοῦσα αὐτὸν οὐκ ἐδήλωσεν ὅς ἦν, τῷ δὲ Τηλεμάχῳ νέω ὄντι καὶ τοῖς οἰκέταις, τῷ μὲν συβώτῃ τῷ δὲ βουκόλῳ ὄντι; οὐ γὰρ δήπου μὴ πείραν ἔκρινε εἰληφώς. Ἔστι γάρ, φησὶν Ἀριστοτέλης, οὐκ ἔστι τῶν μὲν ἔδει ὡς ἂν μετέχειν μέλλουσι τοῦ κινδύνου εἰπεῖν ἀδύνατον γὰρ ἦν ἄνευ τούτων ἐπιθέσθαι τοῖς μνηστῆρσι. Διὰ ταῦτα δὲ καὶ τῇ Εὐρυκλείᾳ ἐκκαλύπτει αὐτὸν χρησίμῳ ἰσομένῃ πρὸς τὴν θυρῶν ἀσφάλειαν καὶ τὴν θεραπαινίδων ἡσυχίαν. Πᾶσι δ' οὐχ ἅμα ἀλλὰ κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ καὶ μόνῳ ἐκφραίνων, ἵνα μὴ ἐκλαλήσας τις εἰς ἕτερον

τὴν αἰτίαν ἀνερέγκη. Κατ' ἰδίαν γὰρ καὶ πρῶτον τῷ υἱῷ, εἶτα τῇ τροφῇ, εἶτα τῷ βουκόλῳ καὶ τῷ συβώτῃ, καὶ πρὸς οὐδένα διότι ἤδη τις ἄλλος μεμαθήκειν. Ἀλλὰ καὶ οἱ εἰδότες λανθάνειν ἀλλήλους σπουδάζουσιν. Ἔστι δὲ εἰπεῖν καὶ οὐκ ἔστι ἡλασθήθῃ μὴ περιχαρῆς ἀκούσασα γένηται καὶ ἐπίδηλον ποιήσῃ. Ἐώρα γὰρ αὐτὴν σφόδρα ἐπιθυμοῦσαν. Οὐκοῦν καὶ ὁ υἱός; Ἀλλ' ὁ μὲν καὶ μειδίῳ εἴωθε καὶ ἀπλῶς διαλέγεσθαι καὶ κρατεῖν τοῦ πάθους, ἡ δὲ μόνον κλαίειν. Πausanias οὖν τοῦ κλαίειν μόνον, εἰ καὶ μηδεὶς ἐξεῖπεν, ὑπόψια τις ἐγένετο. Οὐ γὰρ ἂν προσεποιήθη δακρύνειν. Ἡ γὰρ χαρὰ ὑπόστα οὐκ ἂν κρατεῖν τῆς ποιήσεως εἴασεν. Ἴσως δὲ καὶ μὴ σῶσαι τινὰς βουληθεῖσα ὑπέδειτο. Ἐώρα γὰρ καὶ αὐτὸν πεπονθότα τοῦτο πρὸς τινὰς, ὥστε καὶ τῷ Ἀμφινόμῳ ἐπαρρησιάσατο. Ἐἶχε δὲ τοῦ κάκεινα ἐν μνήμῃ ἡ Ἀγαμέμνων συνεβούλευσε.

Τῶν μὲν μὴ ποτε καὶ σὺ γυναῖκί παρ' ἡπιοσ εἶναι·
μὴ οἱ μῦθον ἅπαντα περασεμένον, ὅν κ' εὖ εἶδῃς
(Odys. λ, 441 s.).

Καὶ πάλιν ἐπάγει·

Ἄλλ' οὐ σοὶ γ', Ὀδυσσεῦ, φόβος ἔσεται ἐκ γε γυναικῶς
(v. 444).

Ἄλλ' αὖθι παρακαλεύεται·

Κρύβειν, μὴδ' ἀναπαύει, φίλην ἐς πατρίδα γαίαν
νῆα κατισχέμεναι (v. 455 s.).

Καὶ διὰ τοῦτο... παρακαλεύεται Ὀδυσσεύς·

Μῆτ' οὖν Λαέρτης ἴστω τόδε μήτε συβώτης
μήτε τις οἰκῶν, μήτ' αὐτῇ Πηνελόπεια,
ἀλλ' οἷοι σὺ τ' ἐγώ τε (Il, 302 ss.).

allegorice interpretari de duodecim mensibus lunariis trecentos et quinquaginta dies efficientibus, qui idem numerus et septem gregum est, quorum singuli quinquaginta habent capita. Quare illis neque prolem neque interitum esse dicit Homerus, totidem enim semper isti sunt dies.

42.

Cur Ulysses Penelopæ, protectioris jam ætatis atque ipsum diligentem, quis fuerit non indicavit, sed Telemacho qui juvenis erat, et servis quorum unus subulcus, alter vero bubulcus erat? Nec licet dicere non illius animum expertum fuisse. Dicendum est, inquit Aristoteles, illis oportuisse indicare, utpote qui periculorum participes forent: sine illorum enim auxilio insidiæ prociis strui non poterant. Quamobrem et Euryclæe se detegit, quæ utilis esse poterat ut portas custodiret famulasque comperceret. Non autem cunctis simul sed singulis opportuno tempore et quidem cuique soli, ne quis, re divulgata, causam alii imponere posset. Separatim enim et primum filio, deinde nutrici, postea bubulco et subulco, nulli autem ob hanc causam quia alius jam rem dixerat, sed et qui sciunt alii

alios latere student. Etiam illud dici potest, Ulysses veritatem esse ne Penelope, re cognita, nimio gaudio impleta ejus reditum divulgaret. Videbat enim valde appetentem. Nonne etiam filius? Sed ille et subridere solebat et simpliciter colloqui et imperare dolori, illa contra tantum lamentari. Si igitur solum lamentari desisset, etiamsi nollus dixerat, suspicio aliqua orta esset. Non enim se flere simulasset, quippe præ gaudio simulationis impotens fuisset, sed fortasse etiam suspicio illi erat ne quosdam servare vellet. Sentiebat enim se ipsum ita erga aliquos affectum esse, ita ut et libere cum Amphiarao confabulatus sit. Sed et haud dubie illa animo observabantur quæ suaserat Agamemnon :

Ideo jam nunquam etiam tu vel uxori mansuetus sis,
neque ei sermonem omnem revela, quem bene noveris;
deinde pergit :

Sed haud tibi, Ulyssi, exitium erit utique ex uxore;
rursus vero hortatur :

Clam neque palam, caram in patriam terram
navem appelle;

Μήποτε δ' οὐχ ἅμα πάσας τὰς ἀναγνωρίσεις ἠθέλησε λαβεῖν, ἀλλὰ τὰς μὲν πρὸ τῆς μάχης, τὰς δὲ μετὰ τὴν μάχην. Ὑπερίθεται δὲ τὰς πρὸς οὐς ἤκιστα ἔχρη, τὴν τε πρὸς τὴν γυναῖκα καὶ τὸν πατέρα, διώκων τὸ παράδοξον καὶ ἵνα ἐκπληκτικαὶ γένωνται. Εἰ μὲν γὰρ πρότερον ἐποίησεν, ἦτον ἂν τὸ παράδοξον παρέσχε, νῦν δὲ ἅμα καὶ τὸ χαρτὸν μέγα τοῖς φιλάτοις παρεσκεύασε τῇ τε γυναικὶ καὶ τῷ πατρὶ. Ἄμα τε γὰρ ἀκούουσι παρόντα αὐτὸν καὶ τοὺς μνηστήρας ἅπαντας τέθνεωτας. Ἀγωνίας δ' ἂν οἱ μὲν πολέμουντας μείζονος ἐπλήσθησαν, ἧς καὶ ἐσοῦδάσε τοὺς φιλάτους ἀπαλλάξαι καὶ καθεδουσι μάλλον καὶ τὴν ἐκ τοῦ ὕπνου ἔχουσι τέρψιν ἢ περὶ τὰ ἔργα ἀσχολουμένοις ἐξαίφνης δηλώσαι. Ἀκινδύουν τὸ εὐτύχημα ἢ τὸ εὐπρόσουνον τὸ ἐκ τῆς παρουσίας διὰ τὸν φόβον ἀπολέσασθαι τῆς τοῦ πολέμου ἐκθάσεως. Ἄρκει γὰρ αὐτοῖς μετὰ τὴν μνηστηροφονίαν περὶ τοῦ πολιτικοῦ μεριμνῆσαι πολέμου οὐχ οὕτως ὄντος ἐκπληκτικοῦ διὰ τὴν τῶν μνηστήρων λαμπρὰν (λαμπρῶς?) ἀποβάσαν νίκην, ἢ ταῖς ἐλπίσιν ἐξεκρούετο παρὰ τῶν ἀπὸ τοῦ ἄστεος ἐπανισταμένων.

Hæc, ut Dindorfius indicavit, adscripta sunt in cod. Veneto rhapsodiæ v Odysseæ. Locus erat opportunior π, 302, ubi similia præbet Eustathius, p. 1803, 48 : Ἰστέον δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι Ὀδυσσεὺς ἀκούσθηναι τοῖς οἰκείοις ὡς ἔνδον ἔστιν, ἵνα μὴ περιχρηρεῖς γενόμενοι ἐπίσημον τὴν αὐτοῦ ποιήσωσιν ἔλυσιν καὶ οὕτω κωλυθῆ μὲν ἢ τῶν μνηστήρων πανωλεθρία, γένηται δὲ καὶ ὁ ἀναγνωρισμὸς ἦτον παράδοξος, ἄλλως δὲ γε πάνυ θαυμαστὸν τῷ τε Λαέρτῃ καὶ τῇ Πηνελόπῃ, αἰφνης τὸν Ὀδυσσεῖα ἰδεῖν καὶ ἅμα τοὺς μνηστήρας τεθνεώτας μαθεῖν. Ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ τοῖς Ἰθακησίοις πάνυ πολλὴν κατάπληξιν.

quare monet Ulysses

Ne quidem Laertes sciat hoc, neque subulcus
neque quisquam domesticorum, neque ipsa Penelope
sed soli tuque egoque.

Fortasse etiam noluit omnes simul adhibere agnitiones, sed partem ante pugnam, partem vero post. Differt vero recognitiones eorum quas minime oportebat, conjugia nempe atque patris, inopinatum sectatas atque ut animos magis perturbentur. Si enim prius fecisset, minus inopinatæ accidissent, nunc vero eodem tempore et maxima lætitia affecit, Ulyssi dilectissimos, conjugem atque patrem. Simul enim audiunt illum adesse et omnes procos occisos esse. Qui autem certamen inierunt majore trepidatione impleti sunt, qua liberos esse voluit poeta eorum carissimos, qui dormiant potius atque dulcedinem somni percipiunt quam ut qui in opere detinentur rem statim aperiant. Nullo periculo obnoxia est secunda fortuna atque delectatio quam iis affert præsentia Ulyssis quum jam omnis metus de belli exitu evanuit : sufficit enim, ut post cædem procorum cura sollicitentur civilis belli, quod

43 (208).

Eustath. in Odys. τ, 472, p. 1873, 28. Ὅρα δὲ καὶ οἱ μάλλον ὁ Ὀδυσσεὺς ἀπὸ τῆς συμβεβηκυίας αὐτῷ οὐλῆς ἐγνωρίζετο ἢ ἐκ τῶν δώρων τῆς φύσεως ὅς ἄλλως μὲν ἐπειθε τὴν γραῦν, ὅτε κομιδῇ ἀπειλημένος ἦν ἐν στενῷ καὶ πρὸς αὐτῷ τῷ ἐλεγχθῆναι ἐτύχχανεν. Ὡς δὲ καὶ οὐλῆς ἀφοίτο ἐγνω τὸν ἀνακτα. Ἐξ αὐτῆς δὲ καὶ τῷ Εὐμαίῳ καὶ τῷ Φιλοτίμῳ ἕσπερον ἀναγνωρίζεται. Ἀριστοτέλης δὲ, φασίν, ἐπιλαμβάνεται τοῦ τοιούτου ἀναγνωρισμοῦ, λέγων ὡς ἄρα κατὰ τὸν ποιητὴν τῷ τοιούτῳ λόγῳ πᾶς οὐλὴν ἔχων Ὀδυσσεὺς ἔστιν.

Aliud plane est quod in libro de Poetica de Ulyssis agnitione, cicatricis ope legitur, c. 16, § 3 : Ἐτι δὲ καὶ τοῦτοις (signis scilicet acquisitis quibus agnitiones fiunt) χρῆσθαι ἢ βέλτιον ἢ χεῖρον, ὅλον Ὀδυσσεὺς διὰ τῆς οὐλῆς ἄλλως ἀνεγνωρίσθη ὑπὸ τῆς τροφῆς καὶ ἄλλως ὑπὸ τῶν συβοτίων. Minime tamen negare velim non aliunde potius quam e quæstionibus Homericis petita esse quæ Eustathius habet, nisi forte solutionis ab Aristotele datæ vestigia in sequentibus apud eundem deprehendas : Τὸ δὲ ἔστιν οὐχ ἀπλῶς τοιοῦτον, ἀλλὰ συμβάλλεται τι καὶ τὸ ποῖον τῆς, ὡς ἐρρήθη, ἀξιολόγου οὐλῆς σὺν γε τοῖς ἄλλοις. Καὶ γὰρ κατὰ τὸν τῆς γραφῆς λόγον (τ, 381) καὶ δέμας καὶ φωνὴν καὶ πόδας ὁ παρῶν ξένος ἐώκει τῷ Ὀδυσσεῖ.

44 (209).

Schol. Vind. ap. Ros. ad Odys. ρ, 326 (Ἄργον δ' αὖ κατὰ μοῖρ' ἔλαβε) : Ἀριστοτέλης φησὶν ὅτι πρᾶσβύτης ἦν ἡδὴ σφόδρα ὁ κίων καὶ ὑπὸ τῆς ἡ-

non ita formidandum erat ob præclaram de procis relatam victoriam, quam spe deturbabatur ab iis qui ex urbe in-surgebant.

43.

Vide etiam Ulysem potius e cicatrice, quam fortuito gerebat, quam e donis quæ a natura acceperat agnitum fuisse. Qui quum alias in angusto prope caperetur et jam in eo esset ut coargueretur persuasit anum. Simulac vero in cicatricem incidit agnovit regem. Ex eodem vero postea et ab Eumæo et a Philœtio agnoscitur. Aristoteles vero, ut ferunt, reprehendit talem agnitionem : dicit enim ista ratione secundum poetam Ulysem esse quicumque cicatricem habeat.

44.

Aristoteles dicit canem (Argum) jam annis provecum fuisse nec mirum igitur esse, eum præ gaudii adventus Ulyssis exspirasse. Nimis vehemens enim gaudium mortem affert. Quamobrem poeta finxit canem, postquam dominum agnovit et gaudio elatus est, animam reddidisse.

δονῆς τῆς πρὸς τὸν Ὀδυσσεῖα ἐτελεύτησεν, εἰκότως αἱ γὰρ σφοδραὶ ἡδοναὶ καὶ ἰσχυραὶ διαλύουσι. Διὸ καὶ τὸν κύνα ἐποίησεν ἀναγνωρίσαντα καὶ ἡσθέντα καταψῆσαι.

Eustathius ad Odys. ρ, 320, p. 1821, 7 : Ὅτι δὲ καὶ εἰκοσιτέσσαρα ζῶσιν ἐτη κύνας, ἰστέρησαν οἱ μεθ' Ὀμηρον. Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ ὡς τέθηκεν οὕτω ταχὺ ὁ Ἄργος ὑφ' ἡδονῆς τῆς ἐπὶ τῷ ἀναγνωρισμῷ. De ætate Argi cf. Schol. Q ad Od. ρ, 291 : Ἀλλὰ μετὰ τοσαῦτα ἐτη πῶς ἔζη ὁ κύων; Ἀριστοτέλης φησὶν, τέσσαρα καὶ εἰκοσι ζῆν ἐτη κύνα, cum quibus non consentiunt Aristotelis verba Hist. An. VI, 20, § 4, ubi postquam dixit canes quattuor vel quindecim annos vivere addit: Ἐνιαὶ δὲ καὶ εἰκοσιν· διὸ καὶ Ὀμηρον οἴονται τινες ὀρθῶς ποιῆσαι τῷ εἰκοστῷ ἔτει ἀποθανόντα τὸν κύνα τοῦ Ὀδυσσεύς, ubi si Scholiasta bene vidit τῷ τετάρτῳ καὶ εἰκοστῷ scribendum erit. Aliter Ælianus de Nat. Anim. IV, 40 : Κυνὶ δὲ βίος, φασὶ, μῆχιτος τέτταρα καὶ δέκα τὰ ἔτη. Ἄργος δὲ ὁ Ὀδυσσεύς καὶ ἡ περὶ αὐτὸν ἱστορία ζοικεν παιδικὰ Ὀμήρου εἶναι.

45 (210).

Schol. Vind. ap. Ros. ad Odys. ψ, 337 (Ἀλλὰ τοῦ οὐποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσιν ἐπειθεν) : Πορφυρίου. Διὰ τί Ὀδυσσεύς τῆς Καλυψοῦς διδούσης αὐτῷ τὴν ἀθανασίαν οὐκ εἰδέξατο; Ἀριστοτέλης μὲν οὖν πρὸς τοὺς Φαίακας φησὶ ταῦτα λέγειν Ὀδυσσεῖα ἵνα σημαντέρος φαίνεται καὶ μᾶλλον ἄλλοια σπουδάσαι. Συνέφερε γὰρ αὐτῷ πρὸς τὸ θῆκτον ἀποσταλῆναι. Ἐπειτα ζοικεν οὐ τῷ μὴ πεισθῆναι λέγειν μὴ λαθεῖν τὴν τοιαύτην δωρεάν, ἀλλὰ μὴ πιστεῦσαι αὐτῇ τοιαύτα λεγούση. Ἡ μὲν γὰρ ἔφασκε ποιῆσαι, ὁ δὲ οὐκ ἐπίστευεν, ἀλλ' οὐχὶ πιστεύων κληρονομήσειτο.

Hæc loco non suo posita sunt. Debuerant adscribi Od. η, 257, ad quem versum in schol. PQ legitur : Θῆσειν ἀθάνατον : καὶ διὰ τί μὴ βεβούληται; ζοικε διὰ τὸ οὐποτ' ἐπειθε. Δῆλον οὖν οὐ τὸ μὴ θέλειν γενέσθαι ἀθάνατος, ἀλλὰ τὸ μὴ πιστεῦσαι αὐτῇ τοιαύτα λεγούση. Ἡ μὲν γὰρ ἔφασκε ποιῆσαι, ὁ δὲ οὐκ ἐπίστευεν. Ἄλλ' οὐχὶ πιστεύων κληρονομήσειτο. Ἡδὲ γὰρ ὡς σοφὸς θεὸς ἀθανασίαν οὐχ αἰ τοιαῦτα δαίμονες χαρίζονται ἂν (hæc in cod. Vind. ut Rosius testatur sic scripta sunt : Εἴη δ'

45.

Cur Ulysses quum Calypso ei obtulisset immortalitatem eam accipere noluit? Aristoteles ait Ulysssem hæc dixisse Phæacibus ut augustinus videretur et ad alia magis intentus. Hoc autem illi utile erat ut citius emitteretur. Deinde ut videtur dicit se tale donum accipere nolle, non quod non de illius præstantia persuasus non esset, sed quod Nymphæ talia pollicenti fidem non habuissent. Hæc enim

ἂν καὶ τοῦ σοφοῦ ἀθανασία οὐχ ἦν τοιαῦται δαίμονες χαρίζονται] ἀλλὰ τοῦ Διὸς ἂν εἴη καὶ τῶν ἔργων ἂν πέφυκεν ἀπαθανατίζειν. Ἀντισθένης δὲ φησὶν (cf. Antisthen. Fragm. ed. Winckelmann, p. 28).

46 (211).

Phrynichus Ecl. voc. Attic. p. 225, Lob. s. v. : Βασίλισσα οὐδεὶς τῶν ἀρχαίων εἶπεν, ἀλλὰ βασίλεια ἢ βασιλῆς. In altera Epitoma s. v. Βασίλισσαν Ἀλκαῖον φασὶ τὸν κωμωδοποιὸν καὶ Ἀριστοτέλην ἐν τοῖς Ὀμήρου Ἀπορήμασιν εἰρηκέναι... τοῖς πλείοσιν οὖν πειθόμενοι βασιλείαν ἢ βασιλίδα λέγωμεν.

Alteram glossam habet etiam Antiattic. Bekkeri p. 84, 26 : Βασίλισσα : Ἀλκαῖος Γανυμήδει, Ἀριστοτέλης Ὀμηρικοῖς Ἀπορήμασιν.

47 (212).

Joan. Tzetzes Exeg. in Iliad. p. 70 Herm. ad α, 9, Αἰητοῦς καὶ Διὸς υἱός... ὅποιαν τινὰ τὴν Αἰητὸν νομίζουσιν Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων οὐκ ἴσημι. Πλάτων μὲν γὰρ (Cratyl. p. 406, A) ἐκ τοῦ λήθου τὸ λανθάνω ταύτην ἡτυμολόγηκε, πρᾶσιαν εἶναι λέγων αὐτὴν καὶ πάντας οἰκτεῖρουσαν Ἀριστοτέλης δὲ πάλιν φησὶ παρὰ τὸ λῶ τὸ θέλω, ὃ γὰρ ἂν τις θελήσει, παρὰ ταύτης εὐρήσει. Τοῦτο δ' ἀκριβῶς ἴσημι θεὸς τριχῶς ὡς ἐπὶ τὸ πλείστον ἐνὸς ἐκάστου τῶν θεῶν ὄνομα ἐκλαμβάνεται, στοιχειακῶς πραγματικῶς τε καὶ ψυχικῶς.

Non erat cur de Aristotelis nomine hæc dubitaret Rosius, quod, præter ipsam cum Platone comparationem, tuetur locus ejusdem Tzetis Schol. in Exeg. II. p. 126 : Πολλοὶ τῆς Ὀμηρικῆς ἡτυμολογίας ἐπιμελήθησαν, Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης (in cod. Ἀριστο. ε. teste Bachmanno Schol. in Iliad. p. 768, 32), οἱ φιλόσοφοι, Σωρανός, Ἡρωδιανός, Φιλόξενος, Ἀπ(ίων), Τυραννίαν, Ἀρίσταρχος, Ζηνόδοτος, Φιλιππῆς, Σαπφῶ καὶ ἕτεροι. Quod si quis, propter hujus et ejus quæ in sequenti fragmento est etymologiæ insulsiatatem, de Aristotelis nomine dubitet, non solum Platonis nomen quod in utroque loco recte se habet, sed et ipsius Aristotelis jure opponi posset. Quid enim, quæso, an forte veriloquia haberi possunt ety-

dixit se facturam. Ille vero quum illi fidem non haberet deprecatus est.

46.

Βασίλισσαν pro βασίλειαν sive βασιλίδα Aristoteles dixit in Homeri Quæstionibus.

47.

Aristoteles Latonæ nomen (Αἰητῶ) a λῶ (id est volēs) derivavit; quod enim aliquis cupit ab hac accipiet.

mologiæ, quales exempli causa in Ethicis Nicomacheis leguntur ubi, V, 5, 9, δίκαιος a δίχα, seu VII, 11, 2, μακάριος a χαίρειν derivantur? Inde jam vides in Etymol. M. p. 564, 21 (cf. Etymol. Gudian. p. 369, 17, Etymol. Orion. p. 93) : Ὁ δὲ Ἀριστάρχος φησι, παρὰ τὸ λῶν, τὸ θέλω, nomen Aristarchi male pro Aristotelis positum esse. Ceterum hoc fragmentum et quæ sequuntur Homericis quæstionibus adscripsimus, etsi potius fortasse ad dialogos referenda sint.

48 (213).

Epimerismi Homer. apud Cram. Anecd. Oxon. t. I, p. 17 : Μούσας : Ἀριστοτέλης δὲ διὰ τὸ φιλαδέλφους εἶναι Μούσαις οἰονεὶ ὁμοῦ οὔσαι ἢ ὁμοῦ σοοῦσαι, οἷον ὁρμῶσαι· ὁ δὲ Πλάτων (sequitur locus e Cratylo, p. 406, A).

49 (214).

Schol. cod. Ven. B in II. α, 303 : Ἐρωήσαι : παρὰ τὴν ἐρωήν, ἦτοι ὁρμήσαι. Ἐναργῶς δὲ πέφανται τὸ περὶ τὸ δόρυ μεθ' ὁρμῆς ἐκχεόμενον αἷμα. Καὶ ταύτας ἐμψόχους ἔλεγεν εἶναι παρ' αὐτῶν λέξεις Ἀριστοτέλης.

Schol. Ven. B in II. α, 481 : Πρῆσεν : Ἀριστοτέλης φησὶν ὡς κινούμενα ὀνόματα γράφει ὁ ποιητής.

Schol. V in II. π, 283 : Πάπτηγεν : δεινότερον τῶν ἐπῶν Ὀμήρου τοῦτο φησὶν Ἀριστοτέλης, ἐν ᾧ πάντες φευκτιῶσιν, καὶ οἰκτεῖον βαρβάρων. Cf. præterea Porphy. in Schol. A B D in II. θ, 87 : Δεινός ἐστιν Ὀμηρος καὶ διὰ μιᾶς λέξεως ὄλον τὸν ἄνδρα σημαίνειν.

Priora satis consentiunt cum illis quæ exposita sunt in Rhet. III, 11 2 : Καὶ ὡς κέχρηται Ὀμηρος πολλαχοῦ τῶν τὰ ἀψυχα ἐμψυχα λέγειν διὰ τῆς μεταφορᾶς... κινούμενα γὰρ καὶ ζῶντα ποιῶν πάντα, ἢ δ' ἐνέργεια κινήσεις. Omnia tamen potius e dialogo de Poetis desumpta esse arbitrator, unde et Plutarchi locus fluxerit, de Pythiæ oraculis, c. 8 : Ἀριστοτέλης μὲν οὖν μόνον Ὀμηρον ελεγε κινούμενα ποιῶν ὀνόματα.

48.

Aristoteles Musas ita appellatas esse putat à ὁμοῦ οὔσαι (quæ una sunt) propter mutuum amorem sive ὁμοῦ σοοῦσαι (id est una scientes).

V. SCRIPTA ETHICA.

Quomodo factum sit, ut in indice Diogenis (38) Ἡθικῶν α' β' γ' δ' ε' tantum nominentur, quum contra Anonymus Ἡθικῶν κ' (37) recenset, non magis hujus loci est quærere, quam de auctoribus Ethicorum, quorum quæ ad Nicomachum inscripta sunt Nicomacho Aristotelis filio a Cicerone de Finib. V, 5, 12 et Diogene Laertio VIII, 88 (cf. Ethic. ad Nicom. X, c. 2) tribuuntur. Illud vero hîc notandum est, de horum librorum integritate dubitasse Aspasium, veterem eorum interpretem. Quum enim in fine primi capituli libri octavi ita dixisset philosophus : Δέχεται γὰρ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἥττον, καὶ τὰ ἕτερα τῶν εἶδει εἶρηται δ' ὑπὲρ αὐτῶν ἐμπροσθεν, hæc ille scripsit, fol. 136 recto : Εἶρηται δὲ φησι περὶ αὐτῶν ἐμπροσθεν, εἶκοι δὲ εἶρησθαι ἐν τοῖς ἐκπεπτωκόσι τῶν Νικομαχείων, ubi illud in incerto est, utrum antiquiorem quandam commentatorem secutus, an proprio usus sit iudicio.

De libris Προτάσεις περὶ ἀρετῆς α' β' γ' in utroque indice memoratis. (D. L. 34 et Anon. 32 ubi tamen β', quod et codd. a Rosio collati habent), nihil præterea compertum est, nisi tamen quod ad hos fortasse referri poterit titulus qui in catalogo ex Ægypto nuper allato legitur : Ἀριστοτέλους περὶ ἀρετῆς. Cf. Zündel, *Ein griechischer Bücherkatalog aus Ægypten, Rhein. Mus.* 1866, p. 432 sqq.

(ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ ΟΡΙΣΗΣ.)

Præter illos qui ad dialogos pertinent satis multi in indicibus recensentur tituli librorum ad doctrinam morum spectantium, e quibus tamen nullum servatum est fragmentum, nisi quod Seneca in libris quos de Ira conscripsit quædam ex Aristotele attulit, quæ, si titulum solum spectamus, ad librum περὶ παθῶν Ὀργῆς α' apud Diogenem (37), περὶ πάθους Ὀργῆς α' apud Anonymum (37), a nemine vero præterea nominatum, commodissime referri posse videntur. Ex hoc tamen libro num desumpta quoque sit Aristotelica iræ definitio quam apud eundem Senecam de Ira I, c. 3, hisce verbis legimus : *Aristotelis definitio non multum a nostra abest. Ait enim iram esse cupiditatem doloris reponendi* (apud Lactantium qui in libro de Ira Dei, c. 17, 13 totum hunc locum Senecæ excerpserit, vulgo legitur *rependendi*), ideo incertum fit, quia hæc eadem definitio apud Aristotelem de Anima I, 1, 11 ubi iram a physico sic definiri statuit : ὁρεξίν ἀντιλυπῆσεως ἢ τι τοιοῦτον, sive Rhet. II, 2 in. : Ἐστω δὲ ὁργὴ ὁρεξίς μετὰ λύπης

τιμωρίας φαινόμενης διὰ φαινόμενην ὀλιγωρίαν τῶν εἰς αὐτὸν ἢ τῶν αὐτοῦ, τοῦ ὀλιγωρεῖν προσηκόντως, exstat.

Aliter vero de his statuendum erit locis, quos infra ex eodem Seneca exscripsimus, in quibus postquam Aristotelem iræ defensorem existitisse affirmavit, eum e Stoicorum doctrinæ rationibus impugnare aggressus est. Talem autem sententiam quum neque e superstitibus libris philosopho propriam fuisse comprobari possit, neque quisquam alius Aristoteli tribuat, satis probabiliter fortasse conjicias Aristotelis nomen a Seneca male pro Peripateticorum usurpatum fuisse, quippe quos in simili plane argumentatione a Cicerone et Philodemo (cf. infra ad fragm. 3) nominatos videamus.

Talem vero in asserendis aliorum verbis supinam levitatem a Seneca non alienam fuisse, vel uno exemplo demonstrari poterit. Non minus enim oscitanter scripta sunt quæ leguntur apud eundem de Brevit. vitæ c. 1 : *Inde ARISTOTELI cum rerum natura exigenti, minime conveniens sapienti viro lis est : illam animalibus tantum indulsisse, ut quina aut dena secula educerent, homini in tam multa ac magna genito, tanto citiorem terminum stare.* Quod dictum Theophrasti, non vero Aristotelis esse, notissima Ciceronis verba declarant Tuscul. Disputat. III, 23.

Opinionem quam Rosius amplexus est, dialogice conscriptum fuisse librum περὶ παθῶν Ὀργῆς neque ipse titulus favet neque locus quem in indice obtinet. Ceterum plane diversam Aristoteli fuisse de ira sententiam quam quæ a Seneca ei tribuitur, ostendunt fragmenta a Joanne Stobæo servata quæ e dialogo de Justitia desumpta esse conjicimus.

1 (215).

Seneca de Ira I, 9, 2 : *Ira, inquit ARISTOTELES, necessaria est, nec quidquam sine illa expugnari potest, nisi illa impleat animum et spiritum accendat. Utendum autem illa est, non ut duce, sed ut milite. Quod est falsum.*

2 (216).

Seneca de Ira II, 17, 1 : *ARISTOTELES ait affectus quosdam si quis illis bene utatur pro armis esse. Quod verum foret, si velut bellica instrumenta sumi deponique possent induentis arbitrio. Hæc arma, quæ Aristoteles virtuti dat, ipsa per se pugnant, non expectant manum, habent et non habentur.*

3 (217).

Seneca de Ira III, 3, 1 : *Atqui, ut in prioribus libris dixi, stat ARISTOTELES defensor iræ et vetat illam nobis exsecari. Calcar ait esse virtutis. Hæc erepta inermem animum et ad conatus magnos pergrum inertemque fieri.*

Nec minus ad Aristotelem, seu potius, ut supra diximus, ad Aristotelicos, spectare videntur quæ dicit III, 3, 5 : *Non est ergo quod me putes tempus in supervacuis consumere, quod iram quasi dubiæ apud homines opinionis sit infamem, quum aliquis sit et quidem de illustribus philosophis, qui illi indicat operas et tamquam utilem et spiritus subministrantem in prælia, in actus rerum, ad omne quodcunque calore aliquo gerendum est vocet.*

Eandem sententiam quam hic impugnat Seneca et alibi tangit, ita II, 15, 1, II, 16, 1, II, 16, 3, præsertim vero I, 7, 1 : *Num quid.. ira adsumenda est, quia utilis sæpe fuit? Extollit animos et incitat, nec quicquam sine illa magnificum in bello fortitudo gerit, nisi hinc flamma subdita est et hic stimulus peragitavit misitque in pericula audaces. Optimum itaque quidam putant temperare iram, non tollere, eoque detractio quod exundat ad salutarem modum cogere, id vero retinere sine quo languebit actio et vis ac vigor animi resolvetur.*

Ciceronis plane similis locus de quo jam locuti sumus hic est, Tuscul. Disput. IV, 19 : *Quid? quod iidem Peripatetici, perturbationes istas, quas nos extirpandas putamus, non modo naturales esse dicunt, sed etiam utiliter a natura datas. Quorum est talis oratio. Primum multis verbis iracundiam laudant, cotem fortitudinis esse dicunt multoque et in hostem et in improbum civem vehementiores iratorum impetus esse. Leves autem ratunculas eorum qui ita cogitarent : prælium rectum est hoc fieri; convenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria. Hæc nullam habent vim, nisi ira excanduit fortitudo. Nec vero de bellatoribus solum disputant; imperia severiora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiæ. Oratorem denique non modo accusantem, sed ne defendentem quidem probant sine aculeis iracundiæ. Quæ etiamsi non adsit, tamen verbis atque motu simulandam arbitrantur, ut auditoris iram oratoris incendat actio. Virum denique videri negant, qui irasci nesciat camque quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant. Cf. Philodemum de Ira, in volum. Hercul. Oxon. 1824, P. I, col. 64 : Ἐνιοὶ γούν τῶν Περιπατητικῶν, ὡς που καὶ πρότερον παρεμνήθη-*

μεν, διὰ προσώπων ἐκτέμνειν τὰ νεῦρα τῆς ψυχῆς φασὶ τοὺς τὴν ὄργην καὶ τὸν θυμὸν αὐτῆς ἐξαιρούστας· ὧν χωρὶς οὔτε κόλασιν οὔτ' ἄμυναν εἶναι.

(ΠΕΡΙ ΣΥΜΒΙΩΣΕΩΣ ἌΝΔΡΟΣ ΚΑΙ ΓΥ-
ΝΑΙΚΟΣ.)

E duobus titulis : περί Συμβιώσεως ἄνδρὸς καὶ γυναικός et Νόμους ἄνδρὸς καὶ γαμετῆς in appendice Anonymi memoratis (25, 26), priorem afferre videtur etiam David in Categ., p. 25, B, 6 Brand. : Ἄλλὰ μὴν καὶ οἰκονομικά εἰσιν αὐτῶ γαγραμμένα βιβλία, ὧν τὸ οἰκονομικὸν σύνταγμα καὶ περί Συμβιώσεως ἄνδρὸς καὶ γυναικός. Nec ab eo fortasse diversus est quem respexit Hieronymus adv. Jovin. I, t. IV, 1, p. 191, ed. Paris., 1706 : *Scripterunt ARISTOTELIS et Plutarchus et noster Seneca de Matrimonio libros*. Talem titulum satis bene respondere argumento libri, qui ut secundus, seu potius alius (Economicorum, in codicibus latinis operum ethicorum et politicorum Aristotelis legitur, optime perspexit Rosius, de *Aristot. libr. ord.* p. 60 sqq., a quo præclare demonstratum est, hunc librum non, ut olim suspicatus erat Sylburgius, a Leonardo Aretino confictum fuisse, sed vel duplicem ejus, tertio decimo seculo factam versionem in codicibus (cf. Jourdain, *des Traductions latines d'Aristote*, p. 71) et veteribus etiam editionibus exstare, prætereaque commentariis Ferrandi de Hispania, Bartholomæi de Brugis, Henrici de Oyta, Alberti episcopi Halberstetensis et aliorum illustratum fuisse. Hujus vero versionis exemplum, Leonardus Aretini cura in faciliorem et elegantiore sermonem redactum, a Jacobo Tusano postea græcitate donatum, in editiones Sylburgii, Casauboni, Duvallii receptum est (1).

Librum e codicibus septem quos contulit, cum editione vetere Lipsiensi (Hain, Repert. bibl. 1775), edidit Rosius, additis præterea scholiis et commentario Ferrandi et cod. Sorbon. 963 excerptis. Nos eam recensionem, si hoc nomen meretur, sequi maluimus, quam dedit Nicoletus, *artium liberalium ac medicinæ professor in gymnasio*

(1) Praefationis loco hæc a Jacobo Tusano (*Jaques Toussain, de Troyes en Champagne*) adscripta erant : Ἐὸ ἐρεῖς μόνον, τὸ ὅσα γυναικὶ τε καὶ ἀνδρὶ πρὸς ἀλλήλους καθήκοντα περιέχον, Ἀρρητίνος μὲν ὁ Τυρρητικὸς κατὰ τὸ αὐτοῦ ἀντίγραφον μετέφρασεν εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων φωνήν· εἶτα τοῦ ἀντιγράφου ἀφανισθέντος, ἅμα καὶ τὸ μόνον αὐτὸ παρ' Ἑλλήσιν ἐξέλιπε παντελῶς. Ἡμεῖς δέ, τὸ τῆς Ἑλλάδος δυστύχημα ἐλεήσαντες, μεταλαβόντες· αὐτὸ ἐκ τῆς τοῦ Ἀρρητίνου ἑρμηνείας, πάλιν εἰς τὴν Ἑλλάδα ὁμοιοῦσιν διδυνήμεθα, κατηνέγκαμεν. Ἔσται δὲ τοῦτο, κατὰ μὲν τὴν λέξιν μόνην ὑποβολιμαίον τι· κατὰ δὲ τὴν διάνοξιν, εἰ μὴ ὁ Ἀρρητίνος οὐκ ἔμαρτεν αὐτὸς δηλαδὴ, γνησιώτατον.

*Patavino legens, ut ipse dicit, in editione latina Aristotelis, Venetiis impendio industriave Andree de Asula Bartholomeique Alexandrini sociorum, impressa anno MCCCCLXXXIII, cujus exemplar asservatur in bibliotheca Argentoratensi, quæ recensio; ut est obscurior, ne dicara barbarior, ita tamen nonnumquam quæ in Græcis legebantur magis ad verbum exprimere nobis visa est. Præter hanc editionem aliam quoque inspeximus ita inscriptam : Liber yconomicorum Aristotelis tractans de gubernatione rerum, domesticarum cum commento magistri Johannis Versoris legentium aspectibus multum amenus (cf. Hain 1773) Coloniae apud H. Quentel a. 1497 ut videtur impressam, cujus textus plerumque cum editione Lipsiensi a Rosio collata consentit. Ubi sensus deerat, quæ apud Rosium leguntur, uncinis inclusa apposuimus. Ceterum de his qui plura cupit librum supra laudatum Rosii et quæ idem dixit in *Aristotele Pseudepigrapho*, p. 644, adeat, præsertim vero quæ doctissime disputata sunt a B. Hauréau, *Histoire littéraire de la France*, t. XXV sub titulo : *Durand d'Auvergne, traducteur*. Illud tantum addam dolendum esse hunc librum, licet minime Aristotele sit, non jam græce exstare, quum ab auctore satis antiquo satisque docto conscriptus videatur.*

(218.)

INCIPIIT LIBER SECUNDUS ECONOMICORUM ARISTOTELIS.

Bonam autem mulierem his que intus sunt decet dominari omnibus, curantem de singulis secundum scriptas leges, si (non) permittentem ingredi ullum nisi vir perceperit : timentem precipue verba forensium mulierum ad correctionem (corruptionem) anime. Et ea que contingunt intus ut sciat sola et siquid sinistri fiat ab ingredientibus vir habet causam : dominam existentem sumptuum et expensarum ad festivitates quas vir permiserit : sumptibus et veste et ornatu utentem minori quam etiam leges civitatis precipiant : considerantem quod nec vestium questus differt pulchritudinem, nec auri multitudo tanti est ad mulieris virtutem quanti moderantia in omni tempore et desiderium honeste et bene ordinate vite. Etenim invidiosus omni anime hujusmodi ornatus est, et multo firmior ad senectutem justas laudes sibi filiisque retribuendo. Hujusmodi quidem ipsa igitur se inanimet ornare viriliter dominari. Difficile enim viro scire que intus fiunt. In ceteris

autem omnibus viro parere intendat, nec quemquam civilium audiens, nec aliquid etiam de nuptiis suorum volens peragere, sed quum tempus affuerit filios filiasve foras tradere aut recipere, tunc autem audiat quidem virum in omnibus et secum deliberet et obediat etiam in eo quod ipse precepit arbitrans sic viros (viro) turpe esse eorum que intus sunt aliquid agere, sicut mulieri ea que foris sunt perquirere. Sed arbitrari docet vere compositam mulierem mores viri vite sue leges imponi, sibi adeo cum nuptiis et fortuna conjunctos, quos quidem si patienter ferat (facile, reget domum), si autem non difficile.

Propter que decet non solum quum contingit virum opulentum esse rebus et alia gloria et prudentia simul intelligere ac suam voluntatem servare, verum etiam in adversitatibus, etsi defectam patietur rerum, aut ad egritudinem corporis aut ignorantiam anime dicat quidem semper optima. Obsequitur autem decencia præter quod agat aliquid turpe aut indignum: sibi autem ipsi recordetur siquid vir anime passione ad ipsam delinquat: nec de aliquo conqueratur quasi ille hoc peregerit, sed hec omnia egritudinis et ignorantie ponere et accidentium delictorum. Quanto enim quis in his diligentius obsequatur, tanto maiorem gratiam habebit qui curatus exiit cum ab egritudine fuerit liberatus. Et si quid ei non paruerit iubenti eorum qui non bene habent mulier (et si quid ei iubenti non bene habentium non paruerit mulier), multo magis sentiet ille sanatus, propter quod opus huiusmodi timere, in aliis autem multo diligentius obsequi quam si empta venisset ad domum, nam maximi precii empta est. Societatis namque vite et prolis generationis quibus nihil maius nec sanctius fit. Adhuc insuper si quidem cum felici viro vixisset non quoque similiter fuisset manifesta. Et quidem non modicum est in prosperitate uti bene et non humiliter, verum tamen adversitatem sufferre bene multo magis merito honoratum. Nam in doloribus et injuriis et tribulationibus existentem nil turpe committere magni animi est. Orare quidem igitur decet in adversitate (adversitatem) virum non pervenire, si autem quid sinistra contigerit arbitrari sibi hoc maximam laudem esse honeste mulieris, cogitantem quod nec Alcestem (Alceste) tantam sibi gloriam quæsisisset, nec Penelope tot et tantas laudes meruisset si vixissent cum felicibus viris: nec vero amitti et Ulixis adversitas (nunc autem Admiti, i. e. Admeti et Ulixis adversitates) preparaverunt eis memoriam immortalem, facte enim in malis fideles et iuste viris honorate nec in merito (immerito) sunt a diis, prosperitatis quidem

enim facile participantes invenire, adversitatis autem nolunt communicare non optime mulierum; propter que omnia decet multo magis honorare viros et in verecundia non habere, etsi non consequantur secundum Orpheum mentis sanitas sacra et divitie animositatis filius (si sacra pudicitia et opes animositatis filius secundum Herculem non sequantur). Mulierem quidem igitur in quodam tali typo legum et morum oportet se custodire.

Vir autem leges a similibus adinveniat uxori (uxoris) in usu, quoniam tanquam socia vite et filiorum sicut ab externeitate deprecator ad domum viri convenit (quoniam tanquam socia filiorum et vite ad domum viri devenit), relinquens filios genitorum viri et sui nomina habituros, quibus quid sanctius feret, aut circa quid magis vir sane mentis studebit quam ex optima et preciosissima muliere filios procreare. Senectutis pastores quasi optimos et prudentissimos patris et matris custodes et totius domus conservatores; quoniam educati quidem recte a patre et matre sancte et iuste eis utentibus quasi merito boni fient: hoc autem non obtinentes patientur defectum. Vite enim exempla filiis nisi preparaverint genitores excusabilem et puram causam ad invicem habere poterunt: timor ne contempti a filiis quum non bene viverent ad interitum eis erunt. Propter que enim nihil opus omittere curantem ad doctrinam uxoris seipsum ut iuxta posse quasi ex optimis liberis valeat (valeant) procreare. Etenim agricola nihil omittit studendo ut ad optimam terram et maxime bene cultam semen consumere (dispenset) expectans sic sibi fructum optimum fieri. Et eligit pro ea ut non secetur pugnando cum hostibus et sic contigerit mori et huiusmodi mors maxime honoratur. Ubi autem tanta sit cura pro corporis nutrimento et multo magis pro filiis et matre et nutrice ad quam anime semen consumitur omne studium est faciendum, hoc enim solo mortale omne semper factum immortalitate participat, et omnes orationes et petitiones divine permanent paternorum. Unde qui hoc contempnit deos videtur negligere; propter deos itaque coram quibus sacra mactavit (et) uxorem duxit et multo magis se post parentes uxori tradidit ad honorem. Maximus autem est honor honeste mulieri si respicit virum castum esse in eam et de nulla alia muliere curantem: sed pre ceteris alii propriam et amicam et fidelem putet esse; tanto vero magis studebit se talem esse circa cum uxor si cognoverit fideliter et iuste amabilem virum erga se esse ut ipsa est: nec parentum qui sui honores sunt nec qui uxori et filiorum proprii et decentes et tribuens singuli

que sua sunt iustus et sanctus fiat. Multo etenim magis graviter fert unusquisque suo honore privatus, et nec si aliorum valde multa quibus dederit propria auferendo libenter suscipiet. Nihil ergo est proprius nec maius uxori ad virum quam societas honorabilis et fidelis; propter que non decet hominem sane mentis ut ubicunque contigerit ponere semen suum ad qualencunque accesserit proprium immittere semen: ut non de illegitimis vilibus et iniquis generibus similia liberis legitimis fiant. Et quidem uxor honore suo priveretur, filiis autem obprobrium adjungatur. De his quidem ergo omnibus attendendum est viro.

Appropinquare autem decet uxori ordinate et multa modestia et pudore. Verba etiam et communicationem tribuentem ei (dando verba coniunctionis eius) qui bene habet ac liciti operis et honestis multa mansuetudine et fidelitate utentem. Eorum autem que non sponte et parvorum peccatorum indulgentiam tribuentem: si quid autem per ignorantiam deliquerit monentem: nec timorem incutientem sine verecundia et pudore, nec solutam severitatem neque voluntatem (nec etiam sit negligens nec severus): huius modi quidem enim passio meretricis est ad amasium, cum pudore autem et verecundia equaliter diligere et similiter timere libere mulieris ad proprium virum est. Duplex enim timoris est species: alia quidem cum pudore et verecundia facta qua utuntur ad parentes filii sobrii et cives compositi ad benignos rectores, alia vero species cum inimicitia et odio sicut servi ad dominos et cives ad tyrannos iniuriosos et iniquos. Ex his igitur omnibus eligens meliora et uxorem sibi concordem et fidelem et propriam facere decet ut presente viro et non utatur nihilominus ac si presens esset ut de communibus curet rebus, et ut nullus videatur nec sibi melior nec pudicitior esse nec magis proprius viro suo. Et ostendet vir hec quidem in principio ad commune bonum respiciens semper quamvis novitia sit in talibus; et si incipiat talia ipse sibi maxime dominetur, optimus enim totius vite rector existet et uxorem talibus uti docebit. Sicut et Homerus ait: Decet habere virum. Non enim nec amicitiam nec pudorem alias (atque) timorem nequaquam sine pudore honoravit Homerus, sed ubique diligere precipit cum modestia et pudore. Timere autem sicut Helena ait timere Priamum sic dicens: Verecundus atque timendus es mihi ac terribilis o amantissimum socer, nil aliud dicens quam ipsum quidem cum timore et pudore diligere: nam timidum terribilem dicit. Et rursus Ulixes ad Nausicam dicit hoc: Te mulier valde miror et timeo. Arbitratur

enim Homerus sic ad invicem virum et uxorem habere putans ambos bene fieri taliter se habentes. Nemo enim diligit unquam peiorem: nec miratur nec timet etiam cum pudore. Sed huius modi passiones contingunt ad invicem melioribus et natura benignis: minoribus tamen scientia ad se maiores. Hunc habitum fecit Ulixes ad Penelopem habens et in absentia nil deliquit. Agamemnon autem propter Chryseidem ad eius uxorem peccavit in ecclesia dicens: Mulierem captivam et non bonam imo dico barbaram in nullo deficere in virtutibus ad Clytemnestram. Non bene quidem igitur liberos habens ex ea, nec iuste puella muliere usus est. Qualiter enim iuste qui antequam sciret illam qualis fieret contra se nuptam per violentiam duxit? Ulixes autem deprecantem ipsum Athlantis filia cohabitare secum et permittentem immortalem facere et beatum omni tempore, nec ut immortalis fieret proderere presumpsit uxoris sue amicitiam affectum et fidem maximam sibi penam arbitrans fieri si malus existens immortalitatem promereatur habere: nec etiam cum Circe coire voluisset nisi propter amicorum salutem immo respondit ei: quod nihil dulcius patria sua videre posset quamvis aspera existente, et oravit magis mortalem uxorem et filium videndo mori: sic firmiter in uxorem fidem suam servabat: propter quod econverso uxor sibi similiter faciebat.

Manifestus est etiam et poeta in Ulixis oratione ad Nausicam, honorare maxime viri et uxoris cum communicatione (cum nupciis pudicam societatem). Oravit enim deos sibi dare virum et domum et humanitatem (unanimitatem) optatam ad virum et non quamcunque sed optimam. Nihil enim hoc maius bonum inquit esse in hominibus quam quum concordet in voluntatibus sunt. Iterum manifestus poeta est quod non de malis obsequiis invicem concordiam laudat, sed eam que cum prudentia et intellectu iuste coniuncta est: quod enim dicit voluntatibus et concordia illud significat. Et iterum dicit quod si amicitia talis fiat multe quidem tristitie inimicis sunt in ipsa amicis vero gaudia multa. Maxime autem audiebant eum et vera dicentem. Concordantibus enim viro et uxore circa optima necesse et amicos utrisque letari: deinde fortes existentes terribiles esse inimicis, suis autem utiles: his autem discordantibus oportere amicos discordes esse, deinde autem debiles esse, maxime autem sentire huius modi eos. In his autem manifeste precipit poeta turpia quidem et impudica dissuadere adinvicem: ea autem que iuxta posse concordet sunt et iusta sunt cum sollicitudine

sibi adinvicem obsequi indifferenter. Inanitates se primo quidem parentum communes curam habere (studentes primo quidem curam parentum habere), vir quidem eorum que (qui) sunt uxoris nil minus quam suorum, uxor vero eorum similiter que sunt viri; deinde filiorum et amicorum et rerum et totius domus tanquam communis curam habeant. Colluctantes adinvicem ut plurimum bonorum utrique fiat ad commune, causa videlicet quod meritum et utrique melior et compositior, dimittens quidem superbiam, regens autem recte et habens mansuetos et domesticos mores, ut quum ad senectutem pervenerint liberati a beneficiis et cura multa videlicet que interdum in iuventute fiunt habeant invicem et filiis respondere uter eorum plurimum bonorum eorum que domi sunt [rektor] factus est, et statim scire aut propter fortunam malum aut propter virtutem bonum : in quibus qui vicerit maximum quidem meritum a diis promeretur, ut ait Pindarus : dulce enim sibi cor et spes (spes) mortalium variam voluntatem gubernat secundo autem a filiis in senecta pasci feliciter propter que oportet specialiter et comiter iuste cogitantes ad omnes deos et homines vivere et multum ad uxorem suam et filios et parentes.

Economice summi philosophi Aristotelis ex Stragyra Græcie oppido artis medicine professoris Nicomachi filii : favente deo finis feliciter impositus est.

Versus Pindari qui hîc laudantur a Platone servati sunt de Republ. p. 331, A et ab aliis sæpe respiciuntur. Cf. Pindari fr. 233 Bœckh. 198 Bergk.

VI. SCRIPTA PHYSICA.

Qui hîc laudatur titulus περί Θηρίων, de Bestiis, eorum qui in indicibus leguntur nulli respondet, nec video quomodo, quod Rosius voluit, περί Θηρίων idem hic valere possit, atque περί Δαικτῶν, de Bestiis venenatis, ita ut Aristoteli male pro Theophrasto adscriptus esset liber, quum non de hydra sed de corvo fabula narretur, nec quidquam in illa simile sit iis quæ e Theophrasti opere ita inscripto alibi afferuntur. Si constaret totam fabulam ex Aristotele fluxisse, nec ejus testimonium ideo tantum adhibitum esse, ut probaretur corvum per certum quoddam anni spatium sitim tolerare, nullus est de quo prius cogitandum foret libro, quam de eo qui περί τῶν μυθολογουμένων Ζῴων α' inscriptus, apud Diogenem (106) et Anonymum (86) recensetur (similis titulus in Stratonis scriptorum catalogo exstat apud Diog. Laërt. V, 59), qui titulus similem exsequitur apud Diogenem (105) ἐπὶ τῶν συνθετῶν Ζῴων α'. Ipsam narrationem ex Eratosthene excerptam esse, licet male ementitus sit celeberrimum ejus nomen cætasterismorum liber in quo legitur (cf. Bernhardt, Eratosthenica, Berol. 1822, p. 110, Westermann, præf. in Mythogr. p. IX), testari videtur Hyginus l. 1.

XVI. ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ

Librum de Natura hominis, quem, nonnullis additis, ex libris Historiarum, de Generatione et de Partibus excerptum credideris, in una appendice Anonymi indicis memoratum, περί Ἀνθρώπου φύσεως (42), respicere videtur Clemens Alexandrinus, apud quem tamen περί Φύσεως solum vocatur. Ad hunc præterea retulimus tria excerpta ex Oribasii Collectaneis medicis. Quintum quod Rosius addiderat fragmentum, nullum est, quum Proclus, apud quem exstare putabat, in Platonis Rempubl. p. 431 Basil., non deperditum quandam librum, sed quæ in libello de Insomniis c. 2, p. 509, 6 dicta sunt respexerit.

1 (306).

Clemens Alexandr. Stromat. VI, 16 p. 290 Sylb.: Φασὶ δὲ καὶ τὸ ἔμβρυον ἀπαρτίζεσθαι πρὸς ἀκρίθειαν μὴνὶ τῷ ἕκτῳ τουτέστιν ἑκατὸν ἡμέραις καὶ ὀγδοήκοντα πρὸς ταῖς δύο καὶ ἡμίσει, ὡς Ἰσοκράτις Ἰσό-

λυδος μὲν ὁ ἱατρὸς ἐν τῷ περὶ Ὀκταμήνων, Ἄριστοτέλης δ' ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ περὶ Φύσεως.

Soli Polybo hæc tribuuntur apud Pseudo-Plutarchum Placit. Philosoph. V, 18 : Ὁ δ' Ἀριστοτέλης καὶ Ἱπποκράτης φασίν, ἐὰν ἐκπληρωθῇ ἡ μήτρα ἐν τοῖς ἐπτά μηνσίν, τότε προκύπτει καὶ γεννηθῆσθαι γόνιμα· ἐὰν δὲ προκύψῃ μὲν, μὴ τρέφεται δέ, ἀσθενούντος τοῦ ὀμφαλοῦ διὰ τὸ ἐπίπνον αὐτῷ γεννηθῆσθαι τὸ κύημα, τότε ἔμβρυον ἄτροφον εἶναι· ἐὰν δὲ μείνῃ τοὺς ἐννέα μηνῶν ἐν τῇ μήτρᾳ, προκύψαν τότε δλόκληρον ἐστὶ (eadem in Joan. Stob. Ecl. phys. I, 45, 3, ubi tamen : οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀριστοτέλην καὶ Ἱπποκράτην. Respicitur Hist. An. VII, 4). Pergit deinde Pseudo-Plutarchus : Πόλυδος ἑκατὸν ὀγδοήκοντα δύο καὶ ἥμισυ ἡμέρας γίνεσθαι εἰς τὰ γόνιμα· εἶναι γὰρ ἑξάμηνον, ὅτι καὶ τὸν ἥλιον ἀπὸ τροπῶν ἐν τοσοῦτῳ χρόνῳ παραγίνεσθαι· λέγεσθαι δὲ ἑπταμηνιαίους διὰ τὸ τὰς ἄλλαιπύσας ἡμέρας τούτου τοῦ μηνὸς ἐν τῷ ἐπτά προσλαμβάνεσθαι. Τὰ δ' ὀκταμηνιαῖα μὴ ζῆν, ὅταν προκύψῃ μὲν τῆς μήτρας τὸ βρέφος, ἐπὶ πλείον δὲ ὀμφαλὸς βασιανισθῇ· ἄτροφος γὰρ γίνεται, ὡς τοῦ τρέφοντος αἷτιος. Inde suspiceris ex errore quodam positum esse apud Clementem Aristotelis nomen. Ceterum quæ habet, iisdem fere verbis initio libri περὶ Ἑπταμήνων, qui inter Hippocratis scripta est leguntur, t. I, p. 444 ed. Lips.

2 (307).

Oribasius Coll. med. XXII, 5, t. III, p. 63 ed. Bussemaker et Daremberg. : Περί ὀκταμήνων, ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου. Περί τῶν ὀκταμήνων εἰσὶ τινες οἱ φασίν οὐθὲν ζῆν. Τοῦτο δὲ ἐστὶ ψεῦδος· ζῆ γὰρ, καὶ τοῦτο μάλιστα μὲν ἐν Αἰ-

γύπτῳ, δῆλον διὰ τὸ τρέφειν τε πάντα τὰ γινόμενα τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ ἐτι τὰς γυναῖκας ἐκφόρους εἶναι καὶ τῶν παιδῶν τὴν τροφήν μὴ εἶναι ἐπίκαιρον, εἴτε διὰ τὴν κορυφότητα τοῦ ὕδατος· ὅσπῃ γὰρ ἀφηγημένοι τὸ τοῦ Νεῖλου ὕδωρ ἐστίν· εἴτε καὶ δι' ἄλλας αἰτίας. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἑλλάδι τηροῦσιν ἐστὶν ἰσὺς οὕτως ἔχειν, ὥστε τὸ μὲν ἀπαντα τὰ ὀκτάμηνα μὴ ζῆν οὐκ ἀληθές ἐστιν, ὅτι μέντοι ὀλίγα καὶ ἤττον τῶν ἑπταμήνων τε καὶ τῶν ἐκ τοῦ πλείονος ἀριθμοῦ γενόμενων ἀληθές· καὶ γὰρ ἐνδεκάμηνον δοκεῖ γεννηθῆσθαι καὶ δεκάμηνον.

Ex his pars tantum in Hist. An. VII, 4 reperitur (cf. præcipue § 5), unde etiam et e libro X excerpta sunt quæ in sequentibus apud Oribasium leguntur. De causa cur raro vivant qui octavo mense nascantur se egisse testatur ipse Aristoteles de Gener. Anim. IV, 4. p. 405, 43.

3 (308).

Oribas. Coll. med. XXII, 71 (περὶ συλλήψεως καὶ ἐκινύσεως) : Αἱ δὲ συλλήψεις γίνονται μὲν αἰ πολλὰ μετὰ τὰς καθάρσεις, ὀλιγάκις δὲ καὶ πρὸ τῆς καθάρσεως αὐταῖς τοσοῦτον ἐχούσαις τὸ περίσσευμα, ὅσον ἐστὶ ταῖς ἄλλαις πρὸς τῷ λήγειν ἤδη γενομένης τῆς καθάρσεως· οὔτε δὲ μὴ γινόμενων ὄλων τῶν καταμηνίων οὔτε πεπαυμένων πρὸ πολλοῦ δυνατόν γίνεσθαι σύλληψιν, οὐδὲ μὴν ἀκμαζούσης τῆς καθάρσεως. Ἐμπροσθεν μὲν γὰρ τῶν καθάρσεων τετελειωμένης τῆς μήτρας οὐχ ὅλον τε προσφυῆσαι τὸ σπέρμα· οὐδὲ μὴν ἀκμαζουσῶν· ἐκκλύεται γὰρ ὑπὸ αὐτῶν ὁ γόνος· οὐδὲ πάλιν κατὰ πᾶν πεπαυμένων καὶ τῆς μήτρας ἀνεξηραμμένης ἤδη καὶ καταφυγμένης. Ληγου-

DE NATURA HOMINIS.

1.

Aiant fœtum quoque perfecte absolvi mense sexto, hoc est, centum et octoginta duobus diebus et dimidio, ut scribit Polybus quidem medicus in libro de Octomestribus Aristoteles autem philosophus in libro de Natura.

2.

De octomestribus ex Aristotele philosopho. Ex iis qui octavo mense editi sunt, nonnulli affirmant nullum vivere. Hoc vero falsum est; vivunt enim et præcipue in Ægypto hoc manifestum fit, propterea quod omnia quæ nascuntur educant Ægyptii, deinde et mulieres commode perferunt, et infantium alimentum opportunum est, sive propter aquæ levitatem, Nili enim aqua quasi decocta est, sive propter aliam causam. Nec minus in Græcia rem sic se habere observantibus videre licet, ita quidem, ut omnes octomestres vivere verum non sit, quum contra pauci et

pauciores quam e septimestribus et ex iis qui post majorem numerum mensium nati sunt vivunt : etenim et undecimestres et decimestres partus edi videntur.

3.

De conceptionibus et graviditate. Conceptiones sunt non multo post purgationes, interdum etiam ante purgationes, illis scilicet quæ tantum humoris superflui habent, quantum aliis est quum jam incepta purgatio desinere incipit. Neque vero quum nec omnino menstrua prodierunt neque quum jam dudum desierunt, neque per ipsum purgationis tempus concipi potest. Antequam enim menstrua fiant semen adherere non potest, quum callosa sit matrix : neque per tempus menstruorum, ab his enim semen foras ejicitur, neque vero quum omnino purgatio fieri desierit atque matrix exsiccata et inanis facta fuerit. In fine autem menstruorum quum matrix sanguine repleta et calida est et propter hæc prurit ad recipiendum semen, idoneum est tempus ad conceptum.

σης δὲ τῆς καθάρσεως καὶ τῆς μήτρας ἀκμῆν ἐναίμου τε οὔσης καὶ διαθέριμου, καὶ διὰ ταῦτα ὀργώσης πρὸς τὴν παραδοχὴν τοῦ σπέρματος, καιρὸς εὐφυῆς πρὸς σύλληψιν.

Hæc partim conflata videntur ex Hist. Anim. VII, 2 et e libris de Gener. Anim. I, 19. Cf. Plutarch. Placit. phil. V, 6.

4 (309).

Oribasius, l. I, ita pergit : Γίνεται δὲ τισιν ἐπισύλληψις καὶ ἐπικύησις, αἷς ἐστὶν ἄλωσις τε περὶ τὴν μήτραν καὶ τροφὴ ἱκανή. Τισὶ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς πρώτης συλλήψεως ἐστὶ μενούσης ἐπὶ τινὰς χρόνους τῆς ἐλωώσεως ὑστερον ἐπισυλλαμβάνουσι, τισὶ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα, καταμηνίων ἐπιφανέντων, κατὰ ἄλλα μέρη τῆς ὑτέρας. Διὸ καὶ τινες μετὰ ὀλίγον, τινὲς δὲ μετὰ πλείονα χρόνον τῷ πρώτῳ ἕτερον ἐπιτίκτουσιν.

Τῶν δὲ ἐπικουμένων τὰ μὲν ἐστὶν ἀτελῆ καὶ ἀδιάρθρωτα καὶ σαρκωιδῆ, τὰ δὲ διηρθρωμένα μὲν ἀσθενῆ δὲ τινὰ δὲ αὐτῶν ἰσχυρότερα γίνεται τῶν ἐμπροσθεν. Cf. Arist. de Gener. An. IV, 5. Hist. An. VII, 4.

5 (310).

Pseudo-Plutarch. Placit. Philos. V, 17 : Τὸ πρῶτον τελεσιουργεῖται ἐν τῇ γαστρὶ;... Ἀριστοτέλης, πρῶτον τὴν ὄσφυν, ὡς τροπὴν νεώς. Aliter de hac re statuit Aristoteles in libris de Gener. An. II, 4, p. 356, 44, p. 357, 5, c. 6, p. 364, 22.

6 (311).

Schol. in Arist. de Part. An. I, 1, p. 221, 43 : Τῆς γὰρ αὐτῆς (scil. ἐπιστήμης) περὶ νοῦ καὶ τοῦ νοητοῦ θεωρησάσαι, p. 4 ed. Langkavel., Berol. 1865 : Ἐπ' ἐνίῳν ταῦτό ἐστιν ὁ νοῦς καὶ τὸ νοητόν, ὡς ἐν τοῖς περὶ Ἀνθρώπου εἰρηται.

Scholiorum editor de libro περὶ ἀνθρώπου φύσεως cogitat; nescio an recte.

XVI. ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΙΚΑ.

De Physiognomonicis tractatus, quem etsi nomen philosophi præ se ferat, nemo tamen facile ab Aristotele non abjudicabit num idem

sit atque cujus titulum recenset Diogenes Laertius (109) Φυσιογνωμονικόν, α', jam idcirco dubium videri potest, quod eundem titulum Anonymus (87) ita exhibet : Φυσιογνωμονικά, β'. Habemus igitur cur jure doleamus Galeni brevitatem, cujus hæc sunt verba, de Passionibus animi, t. IV, p. 797 ed. Lips. : Ταῦτα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ζώων Ἱστορίας Ἀριστοτέλης ἔγραψεν. Ὅλίγα δὲ μέμνηται καὶ ἐν ἄλλῳ συγγράμματι περὶ Φυσιογνωμονικῶν θεωρημάτων, ὧν καὶ παρεθήμην ἂν τινὰς ῥήσεις, εἰ μήτε μακρολογίας ἐμελλον ἀποίσσασθαι δοξᾶν. De hac vero re dubitatio, licet et aliunde aucta, vereor ut omnis tollatur, ita ut statuendum sit, si non omni parte diversum, at saltem integriorem, Aristotelis nomine inscriptum de Physiognomonicis, exstitisse quondam tractatum, quam qui inter philosophi libros reperitur. Priusquam vero de ipso argumento dicamus, quod ad talem opinionem confirmandam afferri potest, pauca præmittenda erunt de ipso libello, quo quasi fundamento nititur. Cujus quum, post ea quæ de ejus codice Leodiensi dicta sunt a J. H. Bormans, *Compte rendu de la Comm. d'Histoire*, Bruxelles, 1852, 2^e série, t. IV, p. 128 sq. brevem notitiam dedisset Dom. Pitra in *Spicilegio Solesmensi*, t. III, p. 321, partem edidit Rosius, primum in *Aristotele Pseudepigr.* p. 676 sqq., mox vero integrum in lucem e bibliothecarum tenebris protraxit, in *Anecdotis græcis et græco-latinis*, Berol. 1864, p. 61 sqq., hoc præmisso titulo : *Die Physiognomonie des Apulejus nach Polemon mit Zusätzen aus Eudoxus und Aristoteles*. Apuleji nomen huic libello, nec fortasse immerito, ex antiquo indice adscribi in codice Harleiano 3960, observavit jam D. Pitra l. 1, De hac tamen re videat futurus scriptorum græcorum de Physiognomonica editor, interim vero satis erit doctissimam Rosii commentationem adire in quo egregie de libelli auctore ejusque fontibus disputavit, et quidem ita ut satis commode demonstraret, illum sæpissime nominatum Loxum, neminem alium fuisse quam Eudoxum medicum Platonis æqualem, cf. l. 1. p. 80 sqq.

4.

Accidit nonnullis superfoetatio, quibus simul exulceratio matricis et sufficiens alimentum esse contigit. Nonnullis vero accidit manente ad aliquod tempus a prima conceptione exulceratione, nonnullis postea, purgatione menstrua apparente, in alia matricis parte. Quare nonnullæ brevi, nonnullæ vero longiore tempore post primum partum alterum edunt. Eorum quæ ex superfoetatione nascuntur alia imperfecta sunt, nec distincta habent membra

sed carnosa sunt, alia vero distinctis nascuntur membris sed imbecilla sunt; nonnulla vero prioribus sunt validiora.

5.

Aristoteles primum lumbos in utero absolvi dicit, tamquam carinam navis.

7.

In nonnullis idem est intelligentia et res intelligibilis, ut in iis quæ de homine sunt dictum est.

Sed jam de Aristotele videamus cujus nomen cum Polemonis et Loxi conjunctum sæpius in hoc libello profertur. Postquam enim in ipsa fronte auctor libri dixit : *Ex tribus auctoribus quorum libros præ manu habui, Loxi medici, Aristotelis philosophi, Polemonis declamatoris qui de physiognomoniam scripserunt, ea clegi quæ ad primam institutionem hujus rei pertinent et quæ facilius intelligantur*, in alia parte ita loquitur (p. 152, 5 ap. Ros. l. l.) : *Nunc repetenda sunt, ut supra proposuimus, quæ proprie Loxus seu Aristoteles posuerunt vel aliter interpretati sunt, quamvis etiam locis suis aliqua adjunxerimus. Quæ enim Polemon dixit et consentanea sunt reliquis auctoribus, propemodum prosecuti sumus. Jam inde vides quæ fluxæ sit auctoritatis homo, quippe a quo facile assui potuerunt, quæcunque ab eo Aristoteli adscripta, in vulgato textu Physiognomicorum non leguntur. Eo vero facilius adducor ut hoc verum esse credam, quod neque multa sunt nova neque operæ pretium quæ ab illo traduntur. Itaque in re dubia abstinendum esse puto, præsertim autem quum, ut in Problematis ita etiam in Physiognomicis, facile fieri potuerit, immo sæpissime factum sit, ut quædam adderentur, quædam vero in brevius contraherentur. Quamobrem nec e collatione Physiognomicorum Polemonis, sive potius ejus epitomatoris, quam cum Aristoteleo libro instituit Rosius l. l. p. 699 sqq., integriorem olim fuisse Aristotelis textum satis certo comprobari posse concedam. Quæ quum ita sint, in eo subsistendum esse putavi, ut omnia quæ in libello Apulejo adscripto, Aristoteli tribuuntur, exscribenda curarem, quippe quum res tædii plenissima fuisset, illa tantummodo apponere quorum mentio in superstite libro nulla occurrat. Ob argumenti similitudinem locum e Plinii Nat. Hist. præmisimus, licet et aliunde quam e Physiognomicis sumptus esse possit.*

Nihil nos hîc morabitur Aristotelis quæ dicitur ad Alexandrum de Physiognomoniam Epistola, quam cum aliis quibusdam similis argumenti excerptis apud Albertum M. exstantibus e cod. Bibl. Imp. Paris. 6298 fol. 155, C. B. Hasii apographo usus, edidit E. Taube, Vratisl. 1862, quum, quod jam eodem illo codice inspecto judicaverat Jourdain, *Recherches critiques sur les traductions latines d'Aristote*, ed. II, p. 148, 175, 345, nihil aliud sit quam extrema pars libri ex arabico sermone translata *Secretum Secretorum* inscripti, qui talis est, ut eum facile patiamur, blattarum tinearumque escam, in arca putrescere.

1 (312).

Plinius Natur. Hist. XI, s. 114: *Miror equidem ARISTOTELEM non modo credidisse præscita vitæ esse aliqua in corporibus ipsis, verum etiam prodidisse. Quæ quanquam vana existimo nec sine cunctatione proferenda, ne in se quisque ea aurguria anxie quærat, attingam tamen quæ tantu vir in doctrina non spreuit. Igitur vitæ brevis signa ponit raros dentes, prælongos digitos, plumbeum colorem pluresque in manibus incisuras nec perpetuas. Contra longæ esse vitæ incurus hameris et in manu una duas incisuras longas habentes et plures quam XXXII dentes, auribus amplis. Nec universa hæc, ut arbitror, sed singula observat, frivola ut reor et vulgo tamen narrata.*

De dentibus Hist. animal. II, 3 : *Ὅσοι δὲ πλείους ἔχουσι, μακροβιῶτεροι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ εἰσὶν οἱ δὲ ἑλάττους καὶ ἀραιόδοντες, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, βραχυβιῶτεροι. Cf. Problem. XXXIV, 1. De incisuris manuum Hist. Anim. I, 15, 2.*

2 (313).

Apulejus de Physiognom. in Rosii Anecd. gr. et gr. lat. p. 153 14 : *ARISTOTELES dicit : quum frons compressor fuerit ad caput, et nares in origine sua prope simæ sunt, liberales esse et referri ad leonem. (Cf. Arist. Physiogn. c. 6 t. III, p. 11, 45.) Idem ARISTOTELES dicit eos qui supercilia obducunt, pupillas autem superius tendunt atque omni vultu summissi sunt, esse quidem inhoneste blandos et referri ad canes. Idem ARISTOTELES dicit eos qui vultu omni tranquillo, pari modo blandos esse : et hos ad canes referri (ib. p. 11, 48). IDEM dicit, quibus origo narium tenuis est, impudentes esse : referri ad speciem corvorum (ib. p. 11, 4). Idem ARISTOTELES dicit promptos satis oculos inertes esse : referri hos ad asinos (ib. p. 11, 34). IDEM dicit oculos caprinos libidini esse deditos : referri hoc ad caprum (ib. p. 12, 43). IDEM dicit, qui rotundiores oculos splendidosque gerunt, insatiabiles esse veneris, ut galli (ib. p. 12, 48). IDEM dicit animosos esse eos quorum post primam juventutem genæ duriores et nudæ sunt, extimum autem mentum barba est obsitum (ib. p. 13, 9). IDEM dicit eos qui voce ita intendunt ut proxime caprino balatu eam exasperent, furiosos esse in venerem : referri hoc ad capras (ib. p. 14, 13). IDEM dicit insidiosos qui brevem habent cervicem (ib. p. 10, 37), tanquam si infulciat cetero corpori, et quibus subsannatio vel aspiratio est narium et concussio prima vultus ac reductio oris, ut in risu solet fieri vel certe quum indigna-*

tione concepta sermone utimur, ut est ille sermo in Bucolicis :

Mopse, novas incide faces : tibi ducitur uxor,
Sparge, marite, nucas : tibi deserit Hesperus OËtam.
(Virg. Ecl. VIII, 30.)

et status oris vel motus corporis esse dicitur hoc vultu, qui frequentes sunt absque indignatione. Igitur ARISTOTELES prohibet contingere ea loca quæ non oportet. IDEM dicit, quotiens torus in fronte est superpositus superciliis, inquietus esse ac furiosos, ut ipse nominat (deest vocabulum græcum). IDEM dicit eos qui colorem varium habent tanquam lente aspersum, vitam turpem, facta turpia exercere, tam mulieres quam mares. IDEM dicit imperitos ac rusticos esse qui quum incedunt brachia inferunt et immoderate commovent et qui calcaneis innituntur. IDEM dicit eos quibus parvum est veretrum atque siccum, mulieribus esse deditos, et quibus etiam quum non intenditur rectum est, et qui feminis proximos habent vultus et ceteram corporis speciem : masculis autem esse deditos qui corpore et vultu sunt virili, et qui alterum ex oculis habent glaucum. Ita et de mulieribus dicit, mulieres coire cum mulieribus quarum species est muliebris, masculis autem magis deditas quæ magis ad virilem speciem respondent. Qui virilia habent magna laneaque stolidi sunt. IDEM dicit eos qui quum ambulant calcaneis introrsum, pedibus autem forinsecus conversis incedunt, posteriora sectari. IDEM dicit attentantibus se facilem esse qui in alios turpis est, qui vultum gerat femininum, et qui nigrum quod est intra oculum aliquanto pinguius habeat, et qui lævum oculum glaucum erat. Idem ARISTOTELES dixit sensibus esse eos tardiores quorum crura incurva sunt, quos certum est detractatione potius delectari : sunt enim otiosi homines convenientes ad locum certum ineptisque narrationibus studentes. Et stolidos ARISTOTELES dicit esse quibus aures magnæ et ad vultum conversæ sunt pedesque in modum falcium recurvi, quorum voci insonant nares, et quorum latera tumida sunt ac recurva, et quorum genua introrsum retracta sunt. IDEM dicit colorem plumbo similem et qui distinctus est maculis rotundis quem ipse appellat (deest nomen græcum) omnemque sordidum colorem cutemque crassam ac rugosam, rotundum ventrem et prominentem, quibusque caro durior est, et quibus suræ crassæ atque nervosæ sunt, et quibus vultus naresque crassæ sunt : stoliditatis omnia hæc esse indicia. Deinde ARISTOTELES dicit invidios esse qui sinistras partes majores habent,

ARISTOTELES. VOL. IV.

et quibus supercilia ad oculos detracta sunt. IDEM dicit ubi ea pars quæ super gingivas et oram labii superioris est eminent, id est medietas ejus spatii quæ inter nares est oramque labii superioris, maledicum designari (ib. p. 10, 49). IDEM dicit maledicos esse quibus labium altum superius est, vultus pronior, hispidus, subrubeus et uti dixit ipse (deest nom. gr. Cf. ib. p. 6, 12). IDEM dicit suras quum retractæ sunt ad genua vel suffragines, indicare hominem qui ad coitum facilis sit et velox. IDEM dicit femur quum nimia carne circumdatum est, femininum potius videri : siccis solidisque ossibus virtuti assignari (ib. p. 9, 28). IDEM dicit quum hispida nimium sunt femina et crura, pronos in venerem ostendere : refertur hoc ad capros (ib. p. 12, 15). IDEM dicit nates sicciores viriles esse : nates amplis carnibus effeminatum ostendere. Nates autem tanquam absccis malignitatis esse signa : refertur hoc ad ursum et simiam (ib. p. 9, 31). IDEM dicit pantomimis et aleæ deditos esse qui brachia ab humero usque ad cubitum breviora habent quam est spatium ab humero usque ad caput summum (ib. p. 6, 11). Iisdem vitiis attineri eum qui femina parva, crura autem habet longiora. IDEM dicit tristes esse quibus vultus omnis rugosus est. IDEM dicit parva corpora velocia (ib. p. 14, 17). Quum igitur sicca caro est in parvo corpore colorque candidus, inefficacem hominem esse (ib. p. 14, 18) : quum vero magno corpori caro mollis est vel color est frigidus, inefficaces sunt (ib. p. 14, 26). Color autem calidus niger est, subniger, ignitus, rubeus : color frigidus albus est : medius inter nigrum et pallidum habetur. Et calidi coloris signum, ut supra dictum est, meridianæ plagæ, frigidi septentrionali attributum est. Rursus quum corpus parvum molli carne circumdatum est et colorem ex frigidioribus sortitum est, facile perficit cœpta et est efficax (ib. p. 14, 30) : corpus autem magnum quum sicca carne circumdatum est et colorem ex calidioribus sumpsit, efficax est vigetque sensibus (ib. p. 14, 34).

Hæc sunt quæ apud Lozum et ARISTOTELEM notanda esse credidimus, quæ etiam a Polemone vel non dicta vel aliter dicta esse perspeximus. In ceteris enim propemodum omnibus hi tres auctores sibimet consentiunt.

In eodem tractatu jam antea ter Aristotelis nomen occurrit :

P. 133, 23 : ARISTOTELES hujusmodi oris homines, id est concavi, libidinosos magis ostendit.

P. 138, 1 : ARISTOTELES *etiam ad dextram partem declinationem capitis cinædis attribuit.*

P. 144, 12 : ARISTOTELES *addit etiam hos esse versutos qui habent inflexa supercilia, sicut sunt in personis senum comicorum.*

VII. PROBLEMATATA.

I. ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΑ ΦΥΣΙΚΑ.

De Problematis Aristotelis multiplex est quæstio. Librum Problematum a se conscriptum quum sæpius designet philosophus, ab ejus testimonio ordiendum erit, appositis simul iis quæ in singulos locos ab antiquis interpretibus observata sunt; licet eorum nullum accuratiorem horum Problematum notitiam habuisse manifestum sit.

1.

Meteorol. II, 6 § 1, t. III, p. 588, 14 : Περὶ δὲ θέσεως αὐτῶν (τῶν ἀνέμων scil.), καὶ τίνες ἐναντίοι τῆσι, καὶ ποίους ἀμα πνεῖν ἐνδέχεται, καὶ ποίους οὐ, ἔτι δὲ τίνες καὶ πόσοι τυγχάνουσιν ὄντες, καὶ πρὸς τούτοις περὶ τῶν ἄλλων παθημάτων ὅσα μὴ συμβέβηκεν ἐν τοῖς Προβλήμασιν εἰρησθαι τοῖς κατὰ μέρος, νῦν λέγωμεν.

Alexander Aphrod. fol. 1 recto, nihil aliud quam hæc annotat : Ὅσα μὴ φθάνει εἰρησθαι ἐν τοῖς Προβλήμασι κατὰ μέρος. Num hæc ad Problematum sectionem XXVI, inscriptam ὅσα περὶ ἀνέμων, spectent, dijudicari non magis licet, quam quid illa τὰ κατὰ μέρος sibi velint.

2.

Ibid. IV, 3, §. 25. Cf. supra περὶ Τροφῆς, p. 168.

3.

De Memoria c. 2, t. III, p. 496, 29 : Περὶ δὲ τοῦ ἀναμνησθεσθαι λοιπὸν εἰπεῖν. Πρῶτον μὲν οὐδὲν ἐστὶ ἐν τοῖς ἐπιχειρηματικοῖς λόγοις ἐστὶν ἀληθῆ, δεῖ τίθεσθαι ὡς ὑπάρχοντα· οὔτε γὰρ μνήμης ἀνάληψις ἢ ἀνάμνησις, οὔτε λήψις· ὅταν γὰρ τὸ πρῶτον ἢ μάθη, ἢ πάθη, οὐτ' ἀναλαμβάνει μνήμην οὐδεμίαν (οὐδεμία γὰρ προέγερον), οὐτ' ἐξ ἀρχῆς λαμβάνει· ὅταν δ' ἐγγένηται ἢ ἕξις καὶ τὸ πάθος, τότε ἡ μνήμη ἐστίν, ὡστε μετὰ τοῦ πάθους ἐγγινομένου οὐκ ἐγγίνεται.

Themistius in Paraphrasi fol 97 recto, t. II, p. 241, 16 ed. Spengel : Πρῶτον μὲν οὐδὲν ἐστὶ ἐν τοῖς ἐπιχειρηματικοῖς λόγοις καὶ προβληματικοῖς ἡμῖν ἀποδέδεικται, δεῖ τίθεναι ὡς ἀληθῆ καὶ ὑπάρχοντα. Multo vero fusius Michael Ephes. fol. 131 verso : Ἐπιχειρηματικούς λόγους λέγει τὰ Προβλήματα, ἐστὶ δὲ τὸ λεγόμενον, ὅσα ἐν τοῖς Προβλήμασιν ἡμῖν εἰρηται

καὶ δέδεικται ἀποδεικτικῶς περὶ ἀναμνήσεως δεῖ ἐν ταῦθα ὡς ὁμολογούμενα λαμβάνειν, καὶ μὴ ζητεῖν καὶ νῦν αὐτῶν ἀποδείξει· τὸ γὰρ ἀπαξ δειχθὲν οὐ δεῖ πάλιν ἀποδεικνύουαι. Δέδεικται δ' ἐν τοῖς Προβλήμασιν δεῖ οὔτε μνήμης ἐστὶν ἀνάληψις ἢ ἀνάμνησις, ὡς ἔλεγόν τινες.... Εἰπὼν δὲ δεῖ οὔτε λήψις οὔτε ἀνάληψις μνήμης ἐστὶν ἢ ἀνάμνησις καὶ λαθὼν ὡς ἀληθῆς διὰ τὸ δεδειγθαι ἐν τοῖς Προβλήμασιν ἐπάγει, quæ e mera conjectura, sive potius manifesto errore dicta esse videntur. Quos enim ἐπιχειρηματικούς λόγους vocat philosophus, ἀπορίαί sunt in primo capite ejusdem libri expositæ.

4.

De Somno, c. 2, t. III, p. 504, 2 : Διότι δὲ τὰ μὲν ἐνύπνια μνημονεύουσιν ἐγερθέντες, τὰς δ' ἐγρηγορικάς πράξεις οὐ μνημονεύουσιν, ἐν τοῖς Προβλήμασιν εἰρηται, quæ ad verbum repetit Themistius fol. 100 verso, t. II, p. 265, 15 Sp. Male olim conjiciebam in his, ante ἐν τοῖς Προβληματικοῖς, excidisse ἐν τοῖς ὑπνοῖς, quum ἐγρηγορικά πράξεις, de quibus loquitur philosophus, per somnum fiant.

5.

De Vita et Morte, c. 5, t. III, p. 535, 48 : Ἄλλὰ περὶ μὲν τῆς αἰτίας ταύτης, ἐστὶ τὸ ἐναντίον συμβαίνει τῷ ἐγερτομένῳ καὶ καταπνιγομένῳ πυρὶ (τὸ μὲν γὰρ μαραινεται, τὸ δὲ διαμένει πλείω χρόνον), εἰρηται ἐν τοῖς Προβλήμασιν.

Michael Ephes fol. 164 recto : Ἄλλὰ περὶ μὲν τούτων εἰρηται ἐν τοῖς Προβλήμασι, καὶ ὁ βουλόμενος ἐκείνοις ἐντυγχάνετω. Similis comparatio legitur Problem. I, s. 55, sed quæ ad nostrum locum nihil facit.

6.

De Partt. Animal. III, 15, t. III, p. 273, 41 : Διότι δὲ τῶν πολυκοιλίων ἐν τῷ ἐχίνῳ γίνεται ἡ πνεῦμα, εἰρηται ἐν τοῖς Προβλήμασιν.

7.

De Gener. Anim. II, 8, t. III, p. 368, 13 : Ἐμπεδοκλῆς δ' αἰτιάζει τὸ μίγμα τὸ τῶν σπερμάτων γίνεσθαι πυκνὸν ἐκ μαλακῆς τῆς γονῆς οὐσης ἐκτέρας· συναρμόττειν γὰρ τὰ κοῖλα τοῖς πυκνοῖς ἀλλήλων, ἐκ δὲ τῶν τοιούτων γίνεσθαι ἐκ μαλακῶν σκληρόν, ὥσπερ τῷ καττιτέρῳ μίχθοντα τὸν χαλκόν, λέγων οὐτ' ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ καὶ τοῦ καττιτέρου τὴν αἰτίαν ὀρθῶς (εἰρηται δ' ἐν τοῖς Προβλήμασιν περὶ αὐτῶν) οὐθ' ὄλιως ἐκ γνωρίμων ποιούμενος τὰς ἀρχάς.

Ab interpolationis suspicione hic locus non magis liber est quam qui sequuntur.

8.

De Gener. Anim. IV, 4, t. III, p. 405, 38 : Διὰ δὲ τοῦτο καὶ τοὺς τῆς κηρύσεως χρόνους μόνω τῶν ζῶων (τῶ ἀνθρώπῳ scil.) ἀνωμάλους εἶναι συμβέβηκεν· τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις εἰς ἔστιν ὁ χρόνος, τοῖς δ' ἀνθρώποις πλείους· καὶ γὰρ ἐπτάμηνα καὶ δεκάμηνα γεννῶνται καὶ κατὰ τοὺς μεταξὺ χρόνους· καὶ γὰρ τὰ δεκάμηνα ζῆ μὲν, ἤττον δέ. Τὸ δ' αἴτιον ἐκ τῶν λεχθέντων συνίδοι τις ἂν, εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς Προβλήμασιν.

9.

De Generat. Animal. IV, 7, t. III, p. 410, 44 : Τὰ δὲ θύραξ ἐξίοντα τῶν τοιοῦτων (τῶν μύλων scil.) γίνεται σκληρὰ οὕτως ὥστε μόλις διακόπτεσθαι καὶ σιδήρῳ. Περὶ μὲν οὖν τῆς τοῦ πάθους αἰτίας εἴρηται ἐν τοῖς Προβλήμασιν· πάσχει γὰρ ταῦτόν τὸ κῆμα ἐν τῇ μήτρᾳ ὅπερ ἐν τοῖς ἐφορμένοις τὰ μολυνόμενα, καὶ οὐ διὰ θερμότητα, ὥσπερ τινὲς φασιν, ἀλλὰ μᾶλλον δι' ἀσθένειαν θερμότητος.

10.

Ethic. Nicom. I, 5, §56 : Φαίνεται δὲ ἀτελεστέρα καὶ αὕτη (ἢ ἀρετὴ scil.) δοκεῖ γὰρ ἐνδέχεσθαι καὶ καθεύδειν ἔχοντα τὴν ἀρετὴν, ἢ ἀπρακτεῖν διὰ βίου, καὶ πρὸς τοῦτοις κακοπαθεῖν καὶ ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα· τὸν δ' οὕτω ζῶντα οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν, εἰ μὴ θέσειν διαφυλάττων. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἄλλοις· ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν.

Verba ad hunc locum in scholio Cod. Reg. Christin. teste Brandisio, *Aristoteles und seine Nachfolger*, t. I, p. 108, adscripta : Ἔστι δὲ αὐτῶν προβλήματα ἐγκυκλία ἢ βιβλία (hæc duo vocabula omissa sunt apud Rosium p. 221, qui locum e codice exscripsit) παντοδαπά· διὸ καὶ ἐγκύκλια ὠνομάζετο διὰ τὸ ἐγκυκλίως αὐτοὺς καθημέρους ἐπιχειρεῖν εἰς τὸ προτεθέν, ἢ διὰ τὸ ἐν τῷ κύκλῳ περιουστῶτας ἀραῶσθαι, vix minus absurda videntur, quam quæ ad eundem locum annotat Eustratius fol. 10 verso : Φασὶ τὸν Ἀριστοτέλην ἑπὶ τινὰ ἐκθέσθαι ἐπιτηδὲς κατὰ τινα ἀριθμὸν συμποσούμενα ἐν ἑτέρᾳ θέσει καὶ τάξει ὧν ἐκάστη ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τε ἤρχετο καὶ εἰς τὸ αὐτὸ κατέληγε· διὸ καὶ ἐγκύκλια ταῦτα ὠνόμασεν, οἷς ἡμεῖς μὲν οὐκ ἐνετύχομεν, εἰσὶ δ' οἱ περὶ τούτων ἰστορήσαν. Nec major lux affulgebit ex iis quæ apud interpretes ad Aristotelis locum de Cælo I, 9, dicta sunt (cf. dialogum de Philosophia fr. 21) ad explicandam quæestionem quid sint quæ apud Aristotelem ἐγκύκλια φιλοσοφήματα vocantur.

Sed et missis his interpretum nugis, satis luculenter ipsius Aristotelis testimonio constat Problematum librum ab eo conscriptum fuisse. Cu-

jus tamen libri fortuna non melior fuit quam aliorum nonnullorum scriptorum quæ ipse laudat philosophus, ut περὶ Τροφῆς, περὶ Νόσου καὶ Ὑγείας, περὶ Φυτῶν, quorum omnium nulla est memoria apud posteros. Etenim inter omnes locos in quibus Problemata respicit philosophus, nullus est, qui vel ad eam collectionem Problematum quæ sub Aristotelis nomine exstat, vel ad libros primum in hac editione a Bussemakero in lucem prolatos referri possit : unus vero tantum (8), qui quæestionem tangit, quam tractatam in deperdita Aristoteleorum collectione fortasse invenerat Oribasius (cf. supra fragm. 307). Jam inde igitur minime obscuro argumento perspicitur, quid de hac nostra collectione statuendum sit, de qua ne illud quidem affirmari licet, excerpta quædam e genuinis Aristotelis Problematis in ea contineri, quum contra frequens earundem quæestionum iteratio aperte compilatoris manum prodit, multæque quæstiones ad verbum sæpe cum iis quæ in scriptis Theophrasti de Igne, de Ventis, de Sudore, περὶ Κόπων, et in libello de Coloribus Aristotelis nomine falso inscripto leguntur consentientes, e variis scriptoribus consarcinatam esse farragine non ostendunt (cf. Prantl, *über die Probleme des Aristoteles*, *Abhandl. der Münchner Akad.* t. VI, p. 341-377, Rosius, *De Aristot. libr. ord.*, p. 189, ss.).

Quod si quæeritur, num hæc collectio eadem sit atque quam indices asserunt : Φυσικῶν [προβλημάτων] κατὰ στοιχείον λή (Diog. Laert. 120, Anon. 101, ubi inverso ordine λή κατὰ στοιχείων), favet quidem consensus librorum, qui tamen, ut jam a Rosio observatum est (p. 216), fortuitus vel a librariis postea restitutus esse potuit; præter alia vero illud præcipue obstat, quod quum in indice ἐγκυκλίων [προβλημάτων] α' β' (Diog. Laert. 122) nominantur, quæ Taurus apud Gellium Noct. Att. XX, 4, ex ἐγκυκλίως προβλήμασι attulit, ea in nostris Problematis, XXX, 1, ad verbum fere leguntur. Ceterum verisimile est plures tales exstitisse Problematum collectiones. Ita enim non solum auctor Vitæ Marcianæ φυσικὰ Προβλήματα ἐν ἑβδομήκοντα βιβλίω nominat, sed multo etiam accuratius de eadem re David et auctor appendicis qui Anonymi indici adjectus est. Quorum ille citat in Categor. p. 24, B, 9 : Τὰ πρὸς Εὐκαίριον αὐτῶν γεγραμμένα ἑβδομήκοντα βιβλία περὶ συμμικτῶν Ζητημάτων, χωρὶς προοιμίῶν καὶ ἐπιλόγων καὶ διαιρέσεως (quæ quid sibi velint intelligetur ex ejusdem Davidis verbis ib. p. 24, A, 42 : Καὶ ὑπομνηματικὰ λέγονται ἐν οἷς μόνα τὰ κεφάλαια

ἀπεγράφησαν διχα προοιμίων καὶ ἐπιλόγων καὶ τῆς πρεπούσης ἐκδόσεως ἀπαγγελίας), hic vero, rectius, ut conjicio, (28) : Συμμίκτων Ζητημάτων, ὅς, ὡς φησιν Εὐκαίρος ὁ ἀκουστής αὐτοῦ. Sunt autem hi iidem procul dubio libri, qui et apud illum memorati erant, quem secutus est Diogenes Laertius V, 32 : Ἐν τε τοῖς φυσικοῖς αἰτιολογικώτατος πάντων ἐγένετο μάλιστα, ὥστε καὶ περὶ τῶν ἐλαχίστων τὰς αἰτίας ἀποδιδόναι· διόπερ καὶ οὐκ ὀλίγα βιβλία συνέγραψε φυσικῶν ὑπομνημονευμάτων.

De his igitur ita statuendum esse arbitrator, non quasi unquam omne hoc genus librorum communi Ζητημάτων nomine inscriptum fuisset (Galenus enim, quum De simplic. medic. l. II, p. 474, Aristotelis et Theophrasti φυσικὰ ζητήματα nominat, aperte non librorum titulum protulit), sed procul dubio Eucærum illum, non minus ignotum ceteroquin hominem, quam Diarem, ad quem epistolas scripsisse fertur Aristoteles, ita summam omnium librorum indicasse, in quibus varias quæstiones tractaverat philosophus. Illud igitur « φυσικῶν, » quod additum reperitur in Vita Marciana, non magis urgendum est, quam quod in titulo nostræ collectionis Problematum a perlisque codicibus præbetur (1), quippe quæ non physicas tantummodo quæstiones continet. Ab isto vero LXXXII librorum numero, ut et hoc addam, non multum discrepat eorum summa, quos meras Problematum collectiones fuisse probabile est. Sunt autem hi, qui apud Diogenem Laertium inde a 109 ad 125 enumerantur, quorum summa LXVIII conficit volumina. Eorum numerum permagnum fuisse, etsi non definiat, testatur quoque Apulejus, qui, quum in oratione de Magia c. 37 primum locutus esset « de multijugis voluminibus Aristotelis περὶ Ζώων γενέσεως, περὶ Ζώων ἀνατομῆς, περὶ Ζώων ἱστοριῶν, » ita pergit : « Præterea Problemata innumera ejusdem, tum ex eadem secta ceterorum, in quibus id genus varia tractantur. » Sed hæc hæc hactenus.

Restat ut de iis locis videamus, in quibus ab aliis scriptoribus Aristotelis Problemata nominantur. Quorum hæc est conditio, ut major fere pars tales quæstiones respiciat, quæ in superstitionibus libris tractatæ non sunt, vel quibus si in iis reperiuntur, aliter responsum est, ita ut facile conjicias, collectionem vel duplo nostra amplio-rem (cf. Prantl l. l. et quæ diximus in libro *Die verlornen Schriften des Aristot.* p. 103, ss.), Aristotelis nomine olim inscriptam fuisse. Ce-

terum ex iis, quæ a nobis disputata sunt, satis erit perspicuum, auctoritatem Aristotelis, nostro quidem judicio, non minus incertam esse, quum de deperditis Problematum partibus agitur, quam quum de servatis.

Pauca hic adjicere liceat de Problematis primum in hac editione a v. cl. Bussemakero vulgatis, quæ iterum, multis in locis sive codicum quos contulit, sive et conjecturarum ope emendatiora H. Usenerus edidit, in hoc tantummodo fortasse non probandus, quod ea Alexandro Aphrodisiensi tribuit. Cf. *Alexandri Aphrodis. Problematum II, III et IV rec. H. Usener*, Berol. 1859. Ut vero ad Bussemakerum redeam, qui alia multa egregie disputavit, non perspexit vir doctissimus in Præfatione, p. XVIII, Plutarchum in *Natural. quæst.* c. 21, non e *Problem.* ined. s. II, 142 pendere, sed eodem illum fonte usum esse quo et *Problematum* auctorem, scilicet Historiis anim. VIII, 28. Contra vero quæ apud eundem Plutarchum duobus locis leguntur, *Natural. quæst.* c. 12 et *De primo frigido* c. 13, de quæstione sæpissime tractata : Διὰ τί τῆς θαλάττης ἑλαίω καταρραϊνομένης γίνεται γαλήνη, aperte eadem sunt ac quæ in *Probl.* ined. s. III, 29 tractantur. Præter hanc vero et altera est quæstio, cujus tanquam ex Aristotele desumptæ meminit Plutarchus, quam pæne eandem *Problemata* inedita exhibent. Cf. infra fr. 15.

Ceterum hic et illud addendum est, nonnullas quæstiones ex horum *Problematum* sectione altera desumptas, intermixto uno alterove Cassii Alexandrivi Aphrodisiensi problemate, in antiqua versione latina legi, quam e codice Bambergensi sec. X, cui titulus inscriptus est : *Incipit problema Aristotelis philosophi*, primus edidit Rosius, l. l. p. 666, collatis codd. Bruxelensi et Berolinensi, in quorum priori titulus legitur : *Interrogatio et responsio discipuli et magistri*. En conspectus quæstionum quæ ibi exhibentur, adscripto singularum fonte :

1 =	Aristot. Probl. ined. II, 1	1
2 =	"	2
3 =	"	3
4 =	"	4
5 =	"	5
6 =	Cassii Problemata,	5
7 =	Aristot. Probl. ined. II, 6	6
8 =	"	9
9 =	"	7
10 =	"	8
11 =	"	10

(1) Φυσικὰ Προβλήματα codd. apud Bekkerum C² K² N² γ² α² τ² ω, plerique additis κατ' εἶδος συναγωγῆς.

13 =	Cassii Problemata,	46
14 =	"	47
15 =	"	4
17 =	Aristot. Probl. ined. II,	12
18 =	"	13
19 =	Cassii Problemata,	50
20 =	"	49
21 =	Aristot. Probl. ined. II,	15
22 =	Cassii Problemata,	52
23 =	Aristot. Probl. ined. II,	19
25 =	"	20
28 =	"	14
29 =	Cassii Problemata,	56
30 =	Aristot. Probl. ined. II,	21
31 =	Alexandri Aphr. Probl. I,	99
34 =	Aristot. Probl. ined. II,	22
37 =	"	28
38 =	"	29
39 =	"	30
40 =	"	31
41 =	"	32

Quæstiones vero quæ tantummodo in latina illa versione occurrunt, integras adscripsimus, non quod magnum ex iis percipi posse fructum putavimus, sed ne quid omnino desideretur. Dedimus autem, quales, Rosio teste, in codice Bambergensi leguntur, Bruxellensis (B) et Berolinensis (C) varietate adscripta, neglectis tamen minoribus quibusdam orthographicis :

12 (deest in C). *Quare senecis (senes B) facilius jejunium ferunt. Resp. quia senecis (senibus B) dominantur (dominatur B) flegma et ipsa flegma (d. flegma quo eorum appetitus B) temperatur. Ideo (et ideo B) facilius jejunium (j. f. B) ferunt. Cf. Arist. Probl. ined III, 50, t. IV, p. 332, 16.*

16. *Quare superposita in ventrem epitima (epithima superposita ventri B supposita ventri epithima C) digestionem facit ciborum. Resp. quia calorem amplius prestat quam (quem BC) admodum et (et om. B) cataplasma calefaciendum (calefaciendo C) ventrem ciborum digestionem facit (dig. facit ciborum C. calefacto vero ventre dig. fit ciborum B).*

24 (deest in B et C). *Quare in tipicas febres dejactatur seeger. Resp. quia ex congregatur humoris foris calore rumpunt intrinsecus causa molesantur.*

26. *Quare luxurpis dicitur (quare in luxuriis debilitantur viri C. quare mulieris magis quam viri luxuriantur B). Resp. quia veris (viris B viri C) subitanea evacuatione (sub. facta evacuatio B. sub. facta evacuatione C) debilitantur fœmine autem additum (femina vero additur et C) ideo nutriuntur (debilitantur mulieribus autem additur B).*

27 (deest in C). *Quare si (si om. B) in febribus spasmo superveniet (spasmus si supervenerit B) mortale est. Resp. quia desiccatus (-tur B) corpus a febre spasmo supervenientem (f. si supervenerit spasmus B) contrahitur (et add. B) ideo mortalis (-le B) est.*

32 (deest in B et C). *Quare in dolore magno cum inflammatione facta oculi corrumpuntur. Resp. quia ex inflammatione humoris christalo id est humor expellitur et extrinsecus sub membranarum visum tenuem excertur. Cf. Cassii Probl. 16.*

33 (deest in B et C). *Quare vertebre exdiens (i supra x posito) non sudantur Resp. quia leverticis (o supra primum e posito) precinctus est aut extuat extinsor longior factus est, nervus igitur suplus non glutinatur.*

35 (deest in C). *Quare carnis (-nes B) porcina (-ne B) leviores sunt a pane. Resp. quia (que add. B) mixturata sunt uciora sunt tenues autem evanat tota vana sunt (autem vane sunt tote B).*

36 (deest in B et C). *Quare sudantes in luxoris deficient. Resp. in voluptate deficientes semina refunduntur et quod emanat violenter emittunt.*

42 (deest in C). *Quare lavantes in aquis calididis (in calida aqua B) inprimis venter eorum turbatur. R. quia ex ipsa egritudine ipsorum (acritudo eorum B) solvitur.*

43 (deest in C). *Quare in tibicas febres (quare tipicas febres habentes B) inprimis rigorem patiuntur. Resp. quia acer humor mordens (momordit B) membra acute (acute om. B) et (inde add. B) paviscent (expavescente B) natura ideo (ideo om. B) fit rigor.*

1 (314).

Simplic. in Arist. de Cælo II, 12, p. 502, B, 47 : Ἄλλὰ μὴν οὐδὲ ὡς ἐλελήθει γε αὐτοὺς (τοὺς παλαιοὺς ἀστρολόγους scil.) ἢ ἀνισότης τῶν ἀποστημάτων (τῶν σφαιρῶν τῶν πλανητῶν scil.) ἐκείνου πρὸς ἑαυτὸν, ἐνδέχεται λέγειν. Πολλὸμαρχος δὲ ὁ Κυ-

PROBLEMATA.

PROBLEMATA PHYSICA.

1.

At vero neque id dici potest latuisse antiquos astro-

logos planetarum sphaeras non æquali distantia inter semet ipsas abesse. Polemarchus enim Cyzicenus cognoscens quidem ipsam, eam parvipendere videtur, utpote non sensibilem, quod magis deligit circa ipsum medium in universo sphaerarum ipsarum positionem. Ostendit au-

ζικηνός γνωρίζων μὲν αὐτὴν φαίνεται, ὀλιγοῦρων δὲ ὡς οὐκ αἰσθητῆς οὐσης, διὰ τὸ ἀγαπᾶν μᾶλλον τὴν περὶ αὐτὸ τὸ μέσον ἐν τῷ παντὶ τῶν σφαιρῶν αὐτῶν θέσει. Δηλοῖ δὲ καὶ ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Φυσικοῖς Προβλήμασι προσαπορῶν ταῖς τῶν ἀστρολόγων ὑποθέσεσιν ἐκ τοῦ μὴ ἴσα τὰ μεγέθη τῶν πλανητῶν φαίνεσθαι· οὕτως οὐ παντάπασιν ἠρέσκετο ταῖς ἀνελιτούσαις, κἂν τὸ ἑμικέντρος οὐσας τῷ παντὶ περὶ τὸ μέσον αὐτοῦ κινεῖσθαι ἐπιγᾶγετο αὐτόν.

2 (315).

Plutarch. De facie in orbe lunæ c. 19, 11 : Ἀρίσταρχος δὲ τὴν διάμετρον τῆς σελήνης λόγον ἔχουσαν ἀποδείκνυσιν, ὃς ἐλάττω μὲν ἢ ἐξήκοντα πρὸς δεκαεννέα, μείζων δὲ πως ἑκατὸν ὀκτώ πρὸς τεσσαράκοντα τρία ἐστίν. Ὅθεν ἢ μὲν γῆ παντάπασιν τῆς ὄψεως τὸν ἥλιον ἀφαιρεῖται διὰ μέγεθος μεγάλη γὰρ ἢ ἐπιπρόσθησις καὶ χρόνον ἔχουσα τὸν τῆς νυκτός· ἢ δὲ σελήνη κἂν ὄλον ποτὲ κρύψη τὸν ἥλιον, οὐκ ἔχει χρόνον οὐδὲ πλάτος ἢ ἐκλείψις, ἀλλὰ περιφαίνεται τις αὐγὴ περὶ τὴν ἴτυν οὐκ ἕωσα βαθεῖαν γενέσθαι τὴν σκιάν καὶ ἄκρατον. Ἀριστοτέλης δὲ ὁ παλαιὸς αἰτίαν τοῦ πλεονάξις τὴν σελήνην ἐκλείπουσαν ἢ τὸν ἥλιον καθορᾶσθαι πρὸς ἄλλαις τισὶ καὶ ταύτην ἀποδίδωσιν· ἥλιον γὰρ ἐκλείπειν σελήνης ἀντιγράφει, σελήνην δὲ **. Ὁ δὲ Ποσειδώνιος ἐρισάμενος οὕτως κτέ.

3 (316).

Joan. Lydus de Mensibus c. 7, p. 92 Ræther : Τριῶν γὰρ εἶναι λεγομένων τῶν τῆς σελήνης ὁρόμων, ὀξείος, μέσου καὶ ἀνειμένου, δι' οὓς καὶ τριοδίτην τὴν Ἐκάτην (οἰοεὶ τὴν σελήνην) οἱ ποιηταὶ καλοῦσι, τριῖν ἑορταῖς τὸν μῆνα διελαβε (ὁ Νοῦμας scil.).... δευτέραν γάρ, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, ποιεῖται τὴν πορείαν τὴν πρὸς τῷ χειμερινῷ τροπικῷ, βραδυτέραν δὲ τὴν πρὸς τῷ θερινῷ, ἑκατὴν δὲ τὴν πρὸς τῷ ἰσημερινῷ.

2.

Aristoteles vero antiquus ille, cur luna sæpius, quam sol deficere cernatur, causam inter alias etiam hanc posuit, quod sol lunæ interjectu obscuretur, luna vero (lacuna in cod. ita explenda videtur : terræ, quæ quum multo major sit sæpius illam obscurari).

4 (317).

Plutarch. De primo frigido c. 11 : Καὶ μὴν, ἀπάντων γε τῶν γινομένων ὑπὸ ψυχρότητος τοῖς σώμασι σφοδρότατον καὶ βιαιώτατον ἢ πῆξις οὐσα, πάθος μὲν ἐστὶν ὕδατος, ἔργον δ' ἀέρος· αὐτὸ μὲν γὰρ καθ' ἑαυτὸ τὸ ὕδωρ εὐδιάχυτον καὶ ἀπαγῆς καὶ ἀσύστατόν ἐστιν, ἐνταίνεται δὲ καὶ συναγεται τῷ ἀέρι σφιγγόμενον ὑπὸ ψυχρότητος... Καὶ δῆλόν ἐστι μάλιστα περὶ τὰς χιόνας· ἀέρα γὰρ μεθεῖσαι καὶ προαναπνεύσασθαι λεπτόν καὶ ψυχρόν, οὕτω βέουσιν. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ τὰς ἀκόνας τοῦ μολίβδου τίμεισθαι φησὶ καὶ βρῖν ὑπὸ κρούου καὶ χειμῶνος, ὕδατος μόνου πλησιάζοντος αὐταῖς· ὁ δ' ἀήρ, ὡς ἔοικε, συναλευνὸν τὰ σώματα τῇ ψυχρότητι, καταθαυεὶ καὶ ῥήγνυσιν.

Non multum lucis obscurissimo loco affunditur e simili loco apud Plutarchum, a Xylandro jam collato, Quæst. conviv. VI, 8, 6 : Ὅτι δὲ τὸ ἐκψύχεσθαι οὐ πῆγνυσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τήκει τὰ σώματα δῆλόν ἐστιν· ἐν μὲν γὰρ τοῖς μεγάλοις χειμῶσι ἀκόνας μολίβδου διατηρόμεναι, τό τε τῆς ἀφιδρώσεως, καὶ τὸ πολλοῖς μὴ πεινώσι συμπίπτειν τὴν βουλιμῖασιν, κατηγορεῖ μᾶλλον [ἀραιώσιν] καὶ ῥύσιν ἢ πύκνωσιν τοῦ σώματος.

Cf. Pseudo-Arist. Mirab. Auscult. c. 50 : Ἐὶν κασσύτερον τὸν Κελτικὸν τίμεισθαι φασὶ πολὺ τάχιον μολίβδου. Σημεῖον δὲ τῆς εὐτηξίας ἐστὶ τίμεισθαι δοκεῖ καὶ ἐν τῷ ὕδατι· χρωαίει γαῦν, ὡς ἔοικε, ταχύ. Τήκεται δὲ καὶ ἐν τοῖς ψύχεσιν, ὅταν γένηται πάγη, ἐγκατακλειόμενον ἐντός, ὡς φασὶ, καὶ συνουμένου τοῦ θερμοῦ τοῦ ἐνυπάρχοντος αὐτῷ διὰ τὴν ἀσθένειαν.

5 (318).

Plutarch. Quæst. conviv. VI, 5, § 1 : Ἄλλὰ μὴν περὶ τῶν χαλκίων, ἔφην, ἢ τῶν ἀκμόνων, οὓς ἐμβάλλοντες εἰς τὸ ὕδωρ, ψύχειν αὐτὸ καὶ στομοῦν δεκοῦσιν, εἰρημένον Ἀριστοτέλει, μνημονεύει.

3.

Celeriore, ut ait Aristoteles, conficit cursum luna circum solstitium hibernum, tardiore circa æstivum, æquabilem circa æquinoctium.

4.

Aristoteles etiam cotes plumbi colliquari scribit ac fluere præ gelu et hieme, sola aqua accedente. Aer autem, ut apparet, cogit corpora frigore, itaque dissipat et rumpit.

5.

Enimvero, inquam, de lapillis et incudibus, quod dixit Aristoteles, iis injectis aquam refrigerari et durari.

Αὐτὸ τοῦτο, ἔφη, μόνον ἐν προβλήμασιν εἶρηκε τὸ γινώμενον· εἰς δὲ τὴν αἰτίαν ἐπιχειρήσομεν ἡμεῖς.

Pro ἀκρόνων, ἀκρονῶν H. Steph. scribendum censuit. Infra apud Plutarchum § 4, eodem modo ἀκρονας legitur, ubi ἀκόνας legi debuit, sed § 6 recte αἰ δ' ἀκόναι, quod solum convenit capitis inscriptioni : Διὰ τίνα αἰτίαν οἱ χάλικες καὶ αἱ μολιβδίδες ἐμβαλλόμεναι ψυχρότερον τὸ ὕδωρ ποιῶσιν. E Plutarcho hausit Psellus apud Fabr. Bibl. gr. t. V, c. 154, cujus verba adscripta margini codicis Stobæi Farnes. edita sunt apud Heeren. p. 464, t. II : Τοῦτο τὸ ζήτημα Ἀριστοτέλης ἐν Προβλήμασιν ἐπιχειρήσας θεωρεῖσθαι, οὐκ ἐλύσατο (ita Fabric. ἐμέμψατο Heer.). Ἔστι γὰρ ἐν δυσθεωρήτοις. Cf. Dæhner, *Quæstiones Plutarcheæ*, Lipsiæ 1840, p. 4, qui totum hunc locum emendavit. In Pseudo-Aristotelis quoque Problematis non raro quæstiones absque solutione propositæ reperiantur. Cf. Prantl. l. l. p. 351.

6 (319).

A. Gellius Noct. Att. XIX, 5 : *Erat nobiscum vir bonus ex Peripatetica disciplina bene doctus et Aristotelis unice studiosissimus. Is nos aquam multam ex diluta nive bibentes coercebat severiusque increpabat. Adhibebat nobis auctoritates nobilium medicorum et cumprimis ARISTOTELIS philosophi, rei omnis humanæ peritissimi, qui aquam nivalem frugibus sane et arboribus fecundam diceret, sed hominibus potu nimio insalubrem esse tabemque et morbos sensim atque in diem longam visceribus inseminare. Hæc quidem ille ad nos prudenter et benevole et assidue dictabat. Sed quum bibendæ nivis pausa fieret nulla, promit e bibliotheca Tiburtis, quæ tunc in Herculis templo satis commode instructa libris erat, Aristotelis librum eumque ad nos affert et huius saltem, inquit, viri sapientissimi verbis credite, ac desinite valetudinem vestram profligare. In eo libro scriptum fuit, deterrimam esse potu aquam e nive itemque solidius latiusque concretam esse eam, quam χρύσταλλον Græci appellant causaque ibi est adscripta hujuscemodi : « Quoniam quum*

« aqua frigore aeris duratur et coit necesse est fieri vaporacionem et quandam quasi auram tenuissimam exprimi ex ea et emanare. Id autem, inquit, in ea levisimum est, quod evaporatur. Manet autem quod est gravius et sordidius et insalubrius : atque id pulsu aeris verberatum in modum coloremque spumæ candidæ oritur. Sed aliquantum, quod est salubrius, difflari atque evaporari ex nive, indicium illud est, quod minor fit illa quæ ante fuerat quam concreta sceret. » Verba ipsa Aristotelis ex eo libro paucis sumsi et adscripti : Διὰ τί τὰ ἀπὸ χιόνος καὶ χρυστάλλων ὕδατα φαῦλά ἐστιν ; Ὅτι παντὸς ὕδατος πηγυμένου τὸ λεπτότατον διαπνεῖται καὶ κουφότατον ἐξερμίζει. Σημεῖον δέ, ὅτι ἑλαττον γίνεται ἢ πρότερον ὅταν ταχῆ παγῖν ἀπεληλυθότος οὖν τοῦ υγιεινοτάτου ἀνάγκη εἶναι τὸ καταλειπόμενον χειρὸν εἶναι.

Gellium expressit Macrobius Saturn. Serm. VII, 62, qui tamen pro *ex eo libro*, recte in *physicis questionibus suis*, posuit.

7 (320).

Plutarch. Quæst. natur. c. 2 : Διὰ τί μᾶλλον ὑπὸ τῶν θετίων ἢ τῶν ἐπιρρῶτων ὑδάτων τὰ δένδρα καὶ τὰ σπέρματα πέφυκε τρέφεσθαι ; Πότερον, ὡς Λάϊτος ἔλεγε, τῇ πληγῇ τὰ ὄμβρια διυστάντα τὴν γῆν πόρους ποιεῖ, καὶ διαδύεται μᾶλλον εἰς τὴν βλῆαν ; ἢ τοῦτε μὲν οὐκ ἀληθές, ἀλλ' ἔλαθε τὸν Λάϊτον, ὅτι καὶ τὰ λιμναῖα φυτὰ, τύφη καὶ φλέων καὶ θρύσον, ἀναυξῆ καὶ ἀβλαστῆ μένει, μὴ γενομένων ὄμβρων καθ' ὄραν· τὸ δὲ τοῦ Ἀριστοτέλους ἀληθές, ὅτι πρόσφατόν ἐστι καὶ νέον ὕδωρ τὸ ὑόμενον, ἔωλον δὲ καὶ παλαιὸν τὸ λιμναῖον ; Cf. ib. c. 33 (ex translatione Gyberti Longolii) t. II. p. 1125 ed. Dübner. : *Quare aqua de puteis hausta minus alit quam quæ de fonte aut cælo manat?*

8 (321).

Plutarch. Quæst. conviv. VI, 4, 1 : Διὰ τίνα αἰτίαν τὸ φρεατίδιον ὕδωρ ἀρυσθῆν, ἐὰν ἐν αὐτῷ τῷ τοῦ φρέατος ἀέρι νυκτερεύσῃ, ψυχρότερον γίνεται ; Ψυχοπότῃ ζένω τρυφῶντι παρυσεύσαν οἱ θεράποντες ἐκ τοῦ φρέατος ὕδωρ ψυχρότερον ἀρυσάμενοι

puto te memoria tenere. Hoc ipsum, inquit, in Problematis memoravit, ut rem tantum narraret quæ fit : nos autem causam indagabimus.

7.

Cur a pluviis aquis potius quam a fluentibus arbores et semina assolent nutriri? An quia, ut Laito visum est, imbres terram suo ictu divellent, meatus efficiunt, per quos aqua facilius ad radicem penetret? An hoc verum non est, sed ignoravit Laitus etiam palustres stir-

pes, ut sunt typha, phleon et ulva, neque germinare neque augecere ubi imbres suo tempore non decidunt; sed potius verum est quod Aristoteles dixit, novam et recentem esse aquam pluviam, veterem et exoletam lacuum?

8.

Quæ sit causa, cur e puteo hausta aqua, si in ipso putei aere pernoctet, frigidior reddatur? Hospiti, qui frigidam bibere solebat et in ea re luxuriabatur, fanuli

γὰρ ἀγγεῖοι καὶ κρεμάσαντες τὸ ἀγγεῖον ἐν τῷ φρέατι τῆς πηγῆς μὴ ἀπτόμενον, εἶασαν ἐπινωκτερεῦσαι καὶ πρὸς τὸ δεῖπνον ἐκομίζετο τοῦ προσφάτου ψυχρότερον. Ἦν δὲ ὁ ξένος φιλόλογος ἐπιεικῶς καὶ τοῦτο ἔφη, λαθεῖν ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους, μετὰ λόγου κείμενον, εἶναι δὲ τοιόνδε τὸν λόγον. Πᾶν ὕδωρ προθερμανθὲν ψύχεται μᾶλλον, ὡςπερ τὸ τοῖς βασιλεῦσι παρασκευαζόμενον, ὅταν ἐψηθῆ μέχρι ζέσεως, περιωρεῖουσι τῷ ἀγγεῖω χιόνα πολλήν, καὶ γίνεται ψυχρότερον ὡςπερ ἀμέλει καὶ τὰ ἡμέτερα σώματα λουσαμένων περιψύχεται μᾶλλον· ἡ γὰρ ὑπὸ τῆς θερμότητος ἀνεσις πολύπορον τὸ σῶμα καὶ μανὸν ἀπειργασμένη πολλὴν δέχεται τὸν ἔξωθεν αἶρα, καὶ βριαυτέραν ποιεῖ τὴν μεταβολήν· ὅταν οὖν ὑποπλασθῆ ὑπὸ τῆς πηγῆς τὸ ὕδωρ ἐν τῷ αἰερί προθερμανθὲν, περιψύχεται ταχέως.

Similia legas in Arist. Meteor. I, 12 § 17 : Συμβάλλεται δ' ἔτι πρὸς τὴν ταχυτητα τῆς πήξεως καὶ τὸ προθερμανθῆναι τὸ ὕδωρ. Magis etiam cum Plutarcho facit Alexander Aphrodis. in Arist. Meteor. fol. 86 verso : Καὶ οἱ ψύχοντες δὲ τὸ ὕδωρ τῆ τῆς χιόνος ἔξωθεν περιθίσει τῷ ἀγγεῖω, ἐν ᾧ τὸ ψυχόμενον ἔστι, προθερμῆσαντες ὡς ὅτι μάλιστα τὸ ἐγγεόμενον ὕδωρ εἰς αὐτὸ οὕτως ἐγγέουσι, ὡς ἄττον τοῦ προθερμασμένου ψυχομένου. Ἄλλὰ καὶ δύο ἀγγεῖων εἰς φρένα (e Plutarcho corrigendum est φρέαρ) ἐγκρεμασθέντων ὁμοίων τε καὶ ὕδωρ ἐχόντων, ἀλλὰ τοῦ μὲν θερμόν, τοῦ δὲ ψυχρόν, ψυχρότερον γίνεται τὸ ἔχον τὸ προθερμασμένον. Hinc profecto colligas hospitem illum, quamvis a Plutarcho laudetur, ὡς ἀνδρικῶς καταμνημονεύσας (l. l. s. II), aliquid eorum oblitum esse quæ ab Aristotele dicta fuerant, unde factum est ut Plutarcho de quæstionis solutione dubitaverit. Cf. etiam Olympiodorum, l. l. f. 21 recto.

aquam de puteo frigidiorē hoc modo reddebant : vas, quo hausta erat aqua, in puteo suspenderunt, ita ut superficiem aquæ non contingeret, itaque per noctem reliquerunt : postridie ad cœnam allata, recenti erat frigidior. Erat autem is hospes satis literatus, aiebatque hoc se desumiasse ex Aristotele, ubi addita ratione legeretur. Rationem autem esse talem. Omnīs aqua prius calefacta magis refrigeratur ; ut ea quæ regibus paratur, igni admota dum ferveat, vase dehinc multa nive accumulata circumdato frigidior redditur : sicut etiam nostra utique corpora, ubi laverimus, facilius frigescunt : quia laxatio a calore accidens corpus multis meatibus patens ac rarum fecit ; ut jam externum aerem confertim recipiens, vehementius mutetur. Ergo aqua quum subducta sit e puteo, in aere primum calefacta, celerius undique refrigeratur.

9.

Cur aqua potabili melius eluantur vestes, quam ma-

9 (322).

p. 127 et Brandis, *Aristoteles*, t. I, p. 120), ita ut eam Rosius quamvis editam, ineditam vocare merito potuerit. Librum ipsum jure Problematis accenseri, demonstrat quæstio de qua agitur, non minus in antiquitate quam ad nostram usque memoriam controversa, licet proxime jam ad verum accesserit, quisquis ille fuit, qui hunc libellum condidit, et solemne in talibus initium $\Delta\iota\alpha\ \tau\acute{\iota}$, *propter quid*. Utrum vero Aristoteles, an, ut voluit Rosius, Theophrastus auctor habendus sit, quæstio est, quam vix dijudicari posse speramus, præsertim quum ad codicum auctoritatem, scriptorum quoque græcorum testimonia accedant, unde manifestum fieri videtur hoc ipsum argumentum uberius ab Aristotele tractatum esse. De auctore libri more solito in *Expositione supra librum de inundatione Nili collecta anno Domini MCCCXIII in rogationibus a magistro Bartholomeo de Brugis*, cujus specimina quædam e codice Sorbon. 841 edita sunt apud Rosium p. 639 s. : *Nota primo quod iste liber videtur factus esse ab Aristotele, et hoc propter tria, primo quia similem modum procedendi habet in isto, scilicet primo ponendo opiniones aliorum ante propriam, sicut in aliis libris suis, secundo ex stilo, ejus qui brevis et obscurus secundum subjectam materiam, tercio quia quedam tradita in libro meteororum hic replicat.*

Ceterum de Nilo pluribus ab Aristotele dictum fuisse, in ampliore librorum de Meteorologia recensione, conjecerat olim Idelerus, in comm. ad Aristot. Meteorol., t. I, p. 467, nullis tamen satis aptis argumentis ad suam de duplici recensione opinionem confirmandam additis. Locus erat libri primi caput tertiumdecimum, quod aperte respexit Proclus in Platonis Timæum, p. 37, adjectis tamen nonnullis quæ ad deperditum quandam de hac quæstione librum pertinere videntur. Cf. infra fr. 2.

I (358).

Joannes Philop. in Arist. de Gener. et Corrupt. (I, 5, 8) fol. 22 recto : Πέφυκε δὲ πυκνοῦσθαι (δ ἀήρ scil.) καὶ εἰς ἐαυτὸν συρίζανειν οὐ μόνον ψυχόμενος (cf. Arist. Meteorol. I, 9, 3 et c. 12, 19) ἀλλὰ καὶ ὠθούμενος καὶ πιλούμενος. Οὕτω γοῦν ἀποδέδειχεν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν θέρει ἐν τῇ Αἰθιοπία τοὺς ὑπερὸς γινόμενους ὠθουμένους γὰρ τῆς ἐκ τῶν βο-

DE NILO.

1.

Aer densatur et in se ipsum considit non solum frigore

sed etiam pulsus et compressus. Ita igitur ostendit Aristoteles æstate imbres gigni in Æthiopia : aer enim ex regionibus versum septentrionem positus, ventis etesias

ρειών ἀτμίδος ὑπὸ τῶν ἐτησίων πνευμάτων καὶ τοῖς Ἀραβικοῖς προσπιπτούσης ὄρεσι μεγίστοις οὖσι καὶ συνὸλιβομένης αἰεὶ ὑπὸ τῆς ἐπιγινομένης, τῇ πλῆθει πυκνοῦσθαι καὶ εἰς ὕδωρ μεταβάλλειν. Ἔστι γοῦν τὸν τῶν ἐτησίων χρόνον ἐν τῇ Αἰθιοπία κατὰ συνέχειαν ὄρεων κρουνηδὸν τοὺς ὑετοὺς καταφερομένους φύξεως ἀπάσης χωρὶς· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐν τοῖς βαλανεῖοις γίνεται· ἡ γὰρ ἀνιούσα ἀτμίς καὶ τῇ ὀροφῇ πλησιάζουσα διέξοδον οὐκ ἔχουσα συμπιλεῖται εἰς ἑαυτὴν καὶ πυκνουμένη γίνεται ὕδωρ καὶ τῇ συμφύτῳ βαρύτερῃ καταρρεῖ.

Olympiod. in Arist. Meteor. (I, 9, 3) fol. 18 verso (t. I, p. 222 Idel.) : Ἰστοῖον ὅτι ὁ μὲν Ἀριστοτέλης αἴτιον λέγει τῆς εἰς ὕδωρ μεταβολῆς τὴν ψύξιν μόνον, Θεόφραστος δὲ οὐ μόνον τὴν ψύξιν λέγει αἰτίαν τῆς τοῦ ὕδατος γενέσεως ἀλλὰ καὶ τὴν πλῆθιν. Ἰδοὺ γὰρ ἐν Αἰθιοπία μὴ οὖσης φύξεως ὁμοῦς ὑετὸς κατατάγεται διὰ τὴν πλῆθιν. Φησὶ γὰρ ὄρη εἶναι ἐκεῖσε ὑψηλότερα, εἰς δὲ τὰ νήφη προσπταίεσσι καὶ εἰθ' οὕτως ὑετὸς καταρρήγνυται διὰ τὴν γινομένην πλῆθιν. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐπὶ τῶν λεβήτων ὑγρότης, φησὶν, ἀντικαταρρεῖ, ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν θαλῶν τῶν λευτρῶν μὴ παρούσης φύξεως, διὰ τὴν πλῆθιν δηλοῖστί τούτου γινομένου. . . Ἄλλ' ἔστιν, ὥς μοι δοκεῖ, συνηγορῆσαι τῷ Ἀριστοτέλει, ὅτι ψύξις μόνῃ αἰτία. Cf. Olympiod. f. 21 recto, 34 verso.

2 (359).

Photius Biblioth. cod. 249, p. 441, B, 1 : Φέρονται γοῦν (οἱ ἐτησῖαι ἀνεμοὶ) ἐπὶ τοὺς ἐναντίους τόπους· ἐκεῖ δὴ ταῦτα ἐκφερόμενα προσπίπτει τοῖς ὑψηλοτάτοις ὄρεσι τῆς Αἰθιοπίας καὶ πολλὰ καὶ ἀθρόα γινόμενα ἀπεργάζεσθαι ὑετούς· καὶ ἐκ τῶν ὑετῶν τούτων ὁ Νεῖλος πλημμυρεῖ τοῦ θέρου, ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν καὶ ξηρῶν τόπων ῥέων. Καὶ τοῦτο Ἀριστοτέλης ἐπραγματεύσατο· αὐτὸς γὰρ ἀπὸ τῆς φύσεως ἔργῳ κατανόησεν, ἀξιώσας πέμψαι τὸν Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα εἰς ἐκαίνους τοὺς τόπους καὶ ὄψει τὴν αἰτίαν τῆς τοῦ Νεῖλου αὐξήσεως παραλαβεῖν. Διό φησιν ὡς τοῦτο οὐκέτι πρόβλημα ἔστιν· ὠφθη γὰρ φανερώς ὅτι εἰς ὑετῶν αὖξει.

Proclus in Plat. Timæum p. 37, D : Καὶ γὰρ

impulsus, in arabicos montes qui altissimi sunt incidit, et novo semper aere accedente coarctatus, compressione densatur et in aquam mutatur.

2.

Etesiae venti ad oppositas plagas meridionales feruntur; eoque delati in altissimos Aethiopiae montes decidunt. Quum autem condensati et frequentes fuerint, pluvias creant, e quibus aestivo tempore Nilus auctus exundat, ex australibus locis et aridis profluens, idemque Aristoteles investigando comperit. Ipse enim ingenii praestantia hoc deprehendit, quum aequum putasset Alexandrum

τοῦτο ἐν εἶναι αἰτίον ὁμβρῶν φησὶν ὁ Θεόφραστος τὴν τῶν νεφῶν πλῆθιν πρὸς τινα τῶν ὄρεων . . . (καὶ γὰρ φέρεται πρῶτον ὁ Νεῖλος) ἐκ τῶν Σεληναίων ὄρεων, ἀ διὰ τὸ ὕψος οὕτω ἐκάλεσαν καὶ τῶν πρὸς ἐκαίνους ἀθροισζομένων νεφῶν . . . Ἐρατοσθένης δὲ οὐκέτι φησὶν οὐδὲ ζητεῖν χρῆναι αἰτίαν τῆς αὐξήσεως τοῦ Νεῖλου, σαφῶς καὶ ἀφικομένων τινῶν εἰς τὰς τοῦ Νεῖλου πηγὰς καὶ τοὺς ὁμβροὺς τοὺς γινομένους ἑωρακῶτων, ὥστε κρατύνεσθαι τὴν Ἀριστοτέλους ἀπόδοσιν. Cf. Scholia in Platon. Timæum p. 425 Bekk.

Cum his conjungenda sunt quae leguntur apud Strabon. XVIII, p. 790 : Φησὶ γὰρ (sc. Ποσειδώνιος) Καλλισθένη (Eratosthenem vet. interpr.) λέγειν τὴν ἐκ τῶν ὁμβρῶν αἰτίαν τῶν θερινῶν κατὰ Ἀριστοτέλους λαβόντα, ἐκείνον δὲ παρὰ Θρασύαλχου τοῦ Θασιῶ (τῶν ἀρχαίων δὲ φυσικῶν εἰς οὗτος), ἐκείνον δὲ παρὰ Θαλοῦ (ita C. Müller. in ed. Didot., pro παρ' ἄλλου), τὸν δὲ παρ' Ὀμήρου διυπετία φάσκοντος τὸν Νεῖλον

ἐφ' ὃ εἰς Αἰγύπτῳ διυπετίος ποταμοῖο (Od. δ, 581).

Poterat etiam v. 477 laudare Strabo, ad quem haec scholia : Πολλὸν λεγομένων περὶ τῆς τοῦ Νεῖλου ἀναβάσεως πρῶτος Ὀμηρος τὴν ἀληθεστάτην αἰτίαν εἶπε διυπετὴν προσαγορεύσας αὐτόν, διότι πληροῦται ἀπὸ τῶν ἐν Αἰθιοπία γινομένων ἀδιαλείπτων τοῦ θέρου καὶ σφοδρῶν ὑετῶν, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Εὐδόξος, πεπύσθαι ταῦτα φάσκοντες ἀπὸ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν, quae eadem et Eustathius p. 1505, 61 exhibet. Apud hos nomen Eudoxi male pro Eudori illatum esse, e Strabonis I. 1. videri posset, ubi Eudorum et Aristonem Peripateticum de Nilo scripsisse testatur. Non ab Aristotele, sed a Callisthene res explorata esse dicitur apud Joannem Lydum de Mensibus IV, 68, p. 264 ed. Ræth. et Anonymum Περὶ τῆς τοῦ Νεῖλου ἀναβάσεως ap. Schweighæuserum ad Athenæum II, c. 87, editum jam in H. Stephani collectione scriptit. quorundam Aristot. et Theophrasti, Par. 1557, p. 145. Cf. Callisthenes fr. 6 ad calcem Arriani ed. Didot, Demosth. Orat. ed.

Macedonem ad ea loca mittere, ut oculis causam incrementi Nili fluminis cognosceret. Propterea aperit hoc non amplius dubium esse. Clare enim patet e pluvitis augeri.

Posidonius ait Callisthenem tradere aestivos imbres causam esse; idque hunc ab Aristotele sumpsisse, Aristotelem vero a Thrasyalce Thasio, qui unus fuit ex antiquis physicis; Thrasyalcen vero a Thalete, atque illum ab Homero, qui διυπετία, i. e. caelitus delabentem, Nilum dicit.

Paris. 1570, p. 35, Suidas s. v. Ἐρησία, Schol. Apollonii Rh. IV, 269.

3 (360).

Incipit liber Aristotelis de inundacione Nili.

Propter quid aliis fluminibus in hyeme quidem augmentatis, in estate autem multo factis minoribus, solus eorum qui in mare fluunt, multum estate excedit fitque tantus ut civitates solæ supersint velut insulæ? Crescit autem a versationibus estivalibus qualibet die et rursus abscedit. Exundat autem per labia fluminis aqua et non sicut quidam aiunt super terram, verumtamen iuxta ipsum fluvium putei apparent. Circa quidem ipsum igitur sunt accidentia talia, causam autem sumit quis sic quærens. Necessè enim aut estate ipsi advenire aliunde aquam, aut hyeme auferri, videlicet desursum a sole attractam: hic enim manifeste hoc facit, aut in terra dessicatam. Per eam quidem igitur quæ in hyeme ablationem sic utique in estate fiet maior, per appositionem autem hoc modo. Aut enim propria supernatante propter obstructionem, velut etiam accidit canalibus: si enim aliquis intercipiat, fluens congregatum excrescet ad alta: aut aliena superveniente: hoc autem utique fiet, si fortes plenissimi fiant aliunde ad supernatante aqua, apponantur autem utique aut liquescent aliquo aut pluyente.

Modi quidem igitur tales et tanti, per quas utique crescet fluvius solus. Horum autem qui quidem existunt dicti prius a dubitantibus de ipso, hoc nos dicemus. Tales qui de Aneo (δ' Ἐξαιίου scil.) Milesius a ventis annualibus repulsum inquit fluvium inundare. Crescit enim si illi flant et e regione fluit ipsorum. Accidit autem contrarium. Supernatat enim ad modicum desubtus, principium autem repletionis videtur deorsum. Adhuc idem alios oportebat pati magis fluvios, qui ex opposito fluunt ipsis magis, et minores existentes faciles sunt cogi a ventis. Frequenter autem et annuales nunc flant, fluvius autem non videtur idem faciens.

Diogenes autem Nakhitemius (scil. δ' Ἀπολλοθίμιδος) Apolloniates fontibus ait addi aquam attrahente terra propter areferi a solè in estate. Natum esse enim indigens trahere ex propinquo. Accidit autem et huic unum quidem, quia frigidissimi estate quod secundum terram est, trahit autem omne calidum existens et quando utique maxime fuerit calidum. Adhuc autem, quia alios oportebat fluvios eos qui in Libia idem facere. Non enim singulariter solum (sol conj. Rosius) illius desiccant fontes.

Anaxagoras autem Egisiboli (scil. Ἡγησιβούλου)

Clasomenius propter liqueferi nivem estate repleti fluvium ait. Contingit quidem enim sic augeri, quemadmodum diximus, sed multitudo inproporcionata facta in excrescentia fluvii. Multum enim superexcedit quam ut verisimile a nive liquefacta: et multa enim modica fit aqua, Nilus autem multam superinfundit regionem et profundum iam aliquando etiam super triginta cubitos fuit. Adhuc autem neque locus videtur (v. l. audetur, unde Rosius conj. auditur), talis putat, unde possibile sit ipsum fluere a nive: Ethyopia enim et Libia inhabitabiles propter estum, ex Asia autem non contingit ipsum fluere. Sythonis (Συθωνίς s. Σιρθωνίς) enim lacus apud mare est illud quod est iuxta Syriam, hujus autem et rubri quod intermedium mille stadia sunt. Rubrum quidem mare aiunt quidam coniungi ad id quod extra: ab hoc quidem non videtur fluens, ab hoc autem immanifestum si possibile. Nullum enim audivimus dignum fide nondum de rubro mari, utrum ipsum per se ipsum est aut coniungitur ad id quod extra Eracleas columnas. Deceptus est autem et rex Artaxerxes Okhos cognominatus, quando super Egyptum debebat militare. Conatus est enim avertere Indorum fluvium tanquam existentem eundem, audiens quia cocodrillos habet quemadmodum Nilus. Mittens autem ad vocatos Onifalos (ouifalos, omfalos alii) audivit, quia fluit fluvius in rubrum mare, et cessavit a conatu. Iterum persuasum est dicentibus Indis, quia fluvius alter esset ad illas partes Indie fluens ex monte vocato Aleto (aieto, axeto, alete alii), ex quo quidem Indus. Hunc autem dicebant habere cocodrillos et circumfluere exterius rubrum mare, sive veraces sint hoc dicentes sive mentientes. Verumptamen rex dicebat conari hunc avertere, sed ipsum prohibuerunt, quoniam (quos iam?) ad curam hanc miserant, dicentes quia maiorem destruit regionem quam accipit dominans Egyptiis. De principio quidem unde existat fluens Nilus et de rubro mari hoc modo, aut secundum quem Athinagoras dicebat Arimnisti. Ille enim inquit unum esse mare quod rubrum et quod extra Eracleas columnas, nichil dignum ad confirmandum ad regem dicentem (ita codd. Rosius dicens). Totum autem manifestum quod siquidem ex hoc monte fluit liquefactu nive, subcontraria multa fierent hiis quam nunc accidunt circa ipsum. Mons enim iste intermedius Ethyopum et Indorum distat itinere quinque mensium, ut aiunt. Differt etiam quantum differt fluxus longus aut brevis: fluentium enim de prope primum pervenit fluxus plurimus, in fine autem minor atque deficiens. Eorum autem qui a longe, primo quidem minus, in fine autem copiosissimum,

quemadmodum et in ventis. Propter quod proverbialiter loquentes dicimus : inchoante autem austro et desinente borea. Qui quidem enim austro quia a longe pervenit ad nos, primo debilis fiat, magnus autem fit consumens (consummans v. l.), boreas autem contrarium propter habitatum locum supponi ad boream. Nilus autem venit primo maximus, postremo autem minoratus et deficiens. Adhuc autem conventibus mensium magis fluit et deficiente luna magis quam stante et panselinis. Oportebat autem contrarium : plenilunio enim congelata tabescunt. Et ventorum quando boree obtinent, sed non quando nothi : quamvis liquefaciat quidem borea nunc magis nothus. Eadem autem dicere congruit et ad dicentes ab Eracleis columpnis fluere. Promathus enim Samius ex Argenti monte ; unde et Cremetis (cf. Arist. Meteorol. I, 15, 21), liquefacta nive. Adhuc enim per amplius spacium fieri fluxum : per totam enim Libiam ipsum fluere inquit.

De causa quidem igitur, propter quam Anaxagoras ait effluere Nilum, tanta dicta sunt. Reliquum autem modorum eos qui non habent rationes verisimiles posterius dicemus. Sunt autem quidam qui aiunt augeri fluvium propter annuales, fontibus incidente eo quod extra mari. Hii autem, calidiores existentes fontes per estatem superfluere accedente sole ad ursam : magis enim fervore fluere aquam quam frigore. Quorum utrumque mediocri dignum est consideratione. Qui quidem enim propter annuales, videntur solvi eisdem rationibus, quas quidem et prius diximus, et quod per totam Libiam fluens idem facere consuevit fluvius. Quod autem tantam sumat additionem aqua propter fervorem, irrationabile totaliter, quia non plus facit propter fervere secundum tumorem maiorem eiusdem multitudinis.

Nicagoras (nomen rectum se habere docent Schol. Apoll. Rhod. IV, 269 et Callimachus apud Antig. Mirab. c. 157) autem Ciprius ait ipsum fluere amplius estate eo, quod fontes habeat ex terra ad illam partem, in qua hyems est, quando fuerit apud nos estas. Non plane autem hoc determinat. Videtur autem nichil negociatus (negociatur, negociatus v. l.) esse circa hoc quod dicitur : simul enim nobis estas fit et hyems in altera zona habitantibus, intermedium autem inhabitabile est quod tropici incidunt de terra. Est enim una quidem pars hæc, altera autem quam semper manifestus circulus et quam semper immanifestus determinant. Media autem horum et tropicorum habitari contingit in circuito terre : sola autem que intermedia est, solis transitus existens, duarum zonarum magnitudo. Due enim decisiones

sunt, que autem habitatur una. Accidit igitur pertransire fluentem duplo tantam regionem latitudinis habitate et per inhabitabilem propter excessum ardoris. Itaque si neque stet in circuito maris Libie, sed continuus progressus tam interminatam pertransit latitudinem, propter quod quidem et a nive dicentibus fluere accidit, et sic dicentibus impossibile.

Restant autem tres adhuc modi dictorum, secundum quos contigimus annuis augeri. In hyeme enim ablata que inerat aqua : hoc autem utique erit sole desiccante, quemadmodum dicit Erodotos fabularum scriptor. Non enim ait in hyeme solem per Libiam facere habundanciam, nisi si contingat latum hinc ducere humorem, circa versiones autem estivales ad arctum venire. Nequaquam autem dicitur exquisite : neque enim Nilum oportebat facere solum hoc. Similiter enim ex Libia tota idem dicit solem trahere humorem, putareque supervenire habitabili solem secundum quamcunque partem, stultum. Ubique gnomones umbram ad meridiem faciunt et non hoc differunt, sed per maiorem aut minorem facere umbram. Libiam totam amphithalassiam aiunt esse, tamquam cum iste modus quidem causæ impossibilis.

Reliquum autem duarum utrumque dicere est. Est enim una quidem causa, quia terra superferrens existens hyeme eo, quod in tali fundo fontes sint, Nili desiccatur aqua. Quod quidem et aliis accidit : puta in Frigia sunt putei, qui in hieme quidem sunt sicci, in estate autem replentur. Et in Olinthia Calcidonie quidam putei plenissimi sunt estate. Hanc quidem igitur causam ut rationabiliorem existentem illa, quam predicti assignant, dirimamus prius.

Nunc autem relinquetur sola causa dictorum. Hanc causam dicendum, propter quod iam non problema videtur esse : in sensum enim venit, quemadmodum per se videntes facti a visis. Videntur enim aque facte per tempora hec a cane usque ad arcturum multe et habundanter, hyeme autem nulle. Et fluctus nutriuntur, cum crescunt in ipsis. Et propter hoc simul annualibus adventit fluvius : isti enim nebulas maxime ferunt in regionem et quicumque alii venti fiunt estivales ante hos. Quibus offendentibus ad montes defluunt aque ad stagna, per que Nilus fluit. Adhuc autem et quæ a nive dicentibus fluere subcontrarietates testificantur huic rationi, quodque et toti conventibus mensium magis crescere fluvium : etenim aque consueverunt fieri tunc magis, et quod non similiter copiosum inchoans cum postremo, adhuc autem quando nothi flant

minus quam quando utique bore : boreas enim
nubes fert ad locum, ex quibus aqua facta im-
pletur Nilus. De Nilo quidem igitur hæc dicta
sunt.

Explicit liber de inundatione Nili Aristotilis.

III. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΙΘΟΥ.

Non minus quam de Nilo sæpissime ab anti-
quia philosophis tractata est quæstio, quam ut
exemplum physici problematis proponunt
Alexander Aphrodis. in Arist. Topic. p. 34
(p. 258, A, 11) et Themistius paraphr. Ana-
lytic. f. 13 verso (p. 249, A, 4) : Διὰ τί ἡ λίθος
ἢ Μαγνήτις λεγομένη ἔλκει τὸν σίδηρον. De hac
conscriptus liber περὶ τῆς Λίθου α', in utroque
indice inter Problemata recensetur (Diog. L.
125, An. 114). Idem quoque argumentum tracta-
tur inter Alexandri Aphrod. Quæstiones naturales
II, 23 : περὶ τῆς Ἡρακλείου λίθου, διὰ τί ἔλκει τὸν
σίδηρον, et quidem ita, ut primum, Aristoteleo
more, antiquiorum philosophorum de proposita
quæstione sententiæ exponantur. Non male inde
conject Rosius, l. I. p. 243, nos si non ipsam
Aristotelis disputationem, tamen ejus quasi ima-
ginem quamdam habere. Quibus illud adjicere
liceat Aristotelem sine dubio, ut et in disputa-
tione de Nilo factum est, a Thalete orsum esse,
nec ab Empedoclesolum, quod Alexander fecit, ita
ut quod infra apposuimus fragmentum ad hunc
fortasse librum referendum sit.

(361.)

Diog. Laert. I, 24 : Ἀριστοτέλης δὲ καὶ
Ἰππίας φασὶν αὐτὸν (τὸν Θάλητα) καὶ τοῖς ἀψύχοις με-
ταδιδόναι ψυχάς, τεκμαιρόμενον ἐκ τῆς λίθου τῆς μα-
γνήτιδος καὶ τοῦ ἤλεκτρου.

Minime me fugit locus philosophi de Anima
., 2, 14 : Ἔοικε δὲ καὶ Θαλῆς ἐξ ὧν ἀπονημο-
νεύουσι, κινητικὸν τι τὴν ψυχὴν ὑπολαβεῖν, εἴπερ
τὸν λίθον ἔφη ψυχὴν ἔχειν, ὅτι τὸν σίδηρον κινεῖ,
quem tamen vix respexisse puto Diogenem
Laertium vel eum quem secutus est auctorem,
qui uberiore de hac re disputationem ante
oculos habuisse videtur, unde et illud quod de
electro narrat, desumsit. De Hippia quem no-
minat Diogenes Laertius cf. Mæhlyum, Rhein.
Museum, 1861, p. 45.

IV. ΟΠΤΙΚΑ.

Problematis adnumeranda sunt etiam Ὀπτικά,

(DE LAPIDE MAGNETE.)

Inanimatis etiam animam inesse putasse Thaletem,

quorum titulum apud Diogenem L. (114) Ὀπτι-
κὸν α', potius fuisse Ὀπτικῶν α', ita ut Προβλημά-
των suppleatur, confirmant auctor Vitæ Mar-
cianæ, p. 2 Robbe, qui τὰ ὀπτικά προβλήματα
simul cum Mechanicis nominat, David in Categ.,
p. 25, A, 35 : Τὰ δὲ μαθηματικά αὐτοῦ, ὡς τὰ ὀ-
πτικά καὶ μηχανικά αὐτῷ βιβλία γεγραμμένα, Ano-
nymus Proleg. in Metaphys. cod. Coisl. 161 fol.
226 recto (apud Rosium p. 377) : Περὶ μὲν οὖν
τούτων (τῶν μαθηματικῶν scil.) διώρισεν ἐν ἑτέροις, ὡς
ἐν τε τοῖς μηχανικοῖς καὶ ὀπτικοῖς ἐπ' αὐτοῦ γενομένοις
συντάγμασι, Alfarabi in Proleg. philos. Aristot.
c. 2 (apud Schmœlders, Documenta philos.
Arab. p. 20) : Scripta in quibus disciplinæ ma-
thematicæ docentur, sunt ejus liber de Speculis,
ejus liber de Lineis atque liber de Mechanica. A
quibus solus dissentit Simplicius qui pro opticis
geometrica nominat, Comm. in Categor. f. 1
verso : Καὶ τῶν θεωρητικῶν τὰ μὲν θεολογικά... τὰ
δὲ μαθηματικά, οἷα γεωμετρικὰ τε αὐτῷ γεγραπταὶ
καὶ μηχανικά βιβλία. Ad hæc Optica jure retuleris,
quæ in Problem. XVI, 1, leguntur : Διὰ τί αἱ
μὲν βάσεις τῶν πομφόλυγων λευκαὶ ἐν τοῖς ὕδασι, καὶ
ἐάν ἐν ἡλίῳ τεθῶσι, σκιὰν οὐ ποιοῦσιν, ἀλλ' ἡ μὲν
ἄλλη πομφόλυξ σκιὰν ποιεῖ, ἡ δὲ βάσις οὐ ποιεῖ, ἀλλ'
ἡλιώται κύκλω. Τὸ δ' ἔτι θαυμασιώτερον, ὅτι οὐδ'
ἐάν τι τεθῆ ξύλον εἰς τὸ ὕδωρ ἐν τῷ ἡλίῳ, τέμνεται
ὑπὸ τοῦ ὕδατος ταῦτα. Ἦ οὐ γίνεται σκιά, ἀλλ'
ἡλίῳ διήρηται ἡ σκιά; Εἰ οὖν σκιά ἐστὶ τὸ μὴ ὀρω-
μενον, καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου κύκλω ἂν ὄρωτο ὁ ὄγκος.
Τοῦτο δὲ ὅτι ἀδύνατον δείκνυται ἐν τοῖς Ὀπτικοῖς·
οὐδὲ γὰρ τὸ ἐλάχιστον ὑπὸ τοῦ μεγίστου ἐνδέχεται εἶλον
περιφθῆναι. Num vero ex eodem libro fluxe-
rint, quæ his verbis apposuit auctor Vitæ Mar-
cianæ, p. 8 : Τῇ δὲ μαθηματικῇ (προσέθηκε) τὸ
ἔξυγώνιον (ita Rosius e cod. ἔξυγανον Robbe) εἶναι
τὸν κῆνον τῶν ὀψων, διὰ τὸ ἐπὶ πλέον προΐναι τὴν
ὄψιν οὗ ὄρα μεγέθους καὶ κατὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲν τῶν
ὀρωμένων εἶλον ἅμα ὄραται καὶ ταῦτα μεῖζονα γί-
νεσθαι (γενέσθαι male Robbe) τὸν ἄξονα τῆς ἐκ
τούτου[τῆς] βάσεως καὶ ἔξυγώνιον τὸν κῆνον ἀποτε-
λαῖσθαι, incertum est, quippe quæ talia sunt ut
Euclidi magis convenientiam quam Aristoteli (cf.
Rosius p. 377 s.). De Opticorum quoque Pro-
blematum libro cogitasse Pseudo-Alexandrum
Aphrodisiensem in Aristotelis Meteorol. fol. 115
recto (t. II. p. 104 Idel.), facilis esset con-
jectura, inspectis ejus verbis : Οὐκ ἀρέσκειται μὲν
τῇ δόξῃ τῇ δι' ἀκτίων ἐκχύσεως ὄραν ἡμᾶς λεγούσῃ,
καθὰ φασὶν οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων, ἣ δόξῃ ἀκό-
λουθός ἐστι καὶ ἡ δι' ἀνακλάσεως τῶν αὐτῶν τούτων

Aristoteles et Hippias auctores sunt, conjicientem id ex
lapide magnete et succino.

ἀκτίνων ὄραν ἡμᾶς πάντα τὰ δι' ἐμφάσεως δρώμενα λέγουσα. Οὕτε γὰρ ἀπὸ τῆς ὀφθαλμικῆς ἀκτίνος τινὰς ἐκχεομένας καὶ προσπιπτούσας τῷ ὀρατῷ αἰτίας ἡμῖν τοῦ ὄραν ὄν τε γίνεσθαι, οὕτε τὰς αὐτὰς ταύτας ἀνακλωμένας ἀπὸ τῶν κατόπτρων καὶ πάντων τῶν διὰ τοιούτων δρωμένων ἐπὶ τὸ δρώμενόν τὴν αἰτίαν ἡμῖν πάλιν παρέχειν τοῦ ταῦτα ὄραν, τῆς τῶν ἀκτίνων ἀνακλάσεως πρὸς ἴσας γινομένης γωνίας. Ὅτι γὰρ ἀδύνατα ταῦτα εἰδείχθη ἐν τοῖς περὶ τοῦ πῶς δρώμεν, ὧν καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ Ψυχῆς ἐμνημόνευσε, nisi, ut ostendit collatio cum iis quæ a genuino Alexandri Aphrod. de Anima fol. 131 recto, bis dicta sunt : ὡς δίδεικται καὶ ἐν τοῖς περὶ τοῦ πῶς δρώμεν ζήτημένοις, et paulo infra : ἐν τοῖς περὶ τοῦ πῶς δρώμεν καὶ αὐτὸ εἶρηται, hæc potius librum quendam Alexandri Aphrodisiensis spectant, quem male fortasse, qui illum excrispsit Meteorologiorum interpres, Aristotelis esse crediderit (cf. Rosius p. 374). Quod vero ad ipsius Aristotelis verba de Anima II, 7, attinet : Δι' ἧν μὲν οὖν αἰτίαν ταῦτα ὄραται ἄλλος λόγος quibus ad aliam disputationem remittitur, intelligenda sunt de capite secundo libri de Sensu, ut recte jam vidit Themistius fol. 79 recto.

De loco qui restat Olympiodori in Meteorol. fol. 9 verso (t. I, 171 Idel.), τὸ περὶ ὀφθαλμικῆς (qui titulus in sola appendice Anonymi occurrit) laudantis, Rosius, apud quem de tota hac quaestione uberius exstat disputatio, p. 375 (cf. de Arist. libr. ord. p. 194), ita statuit, Euclidis Optica respici, eodem plane errore quo sæpius Aristoteles pro Euclide nominetur ab Arnaldo Saxone in libro ms. de Virtute universali, a Vincentio Bellovacensi, in cuius Specul. Hist. III, 84, ubi Aristotelis libri recensentur, legitur : *Exstat etiam liber qui dicitur perspectiva Aristotelis* (cf. Jourdain, *Sur les traductions d'Aristote*, p. 34) et ab Alberto Magno, in Speculo Astronomiæ, t. V, p. 657 ed. Lugd. : *Perspectiva autem Aristotelis ad supra dicta non descendit specialiter*, quum contra ad arabicum potius textum *Aristotelis de speculo* (Hadschi Khalfa 23), spectaverint quæ retulit Nunnesius in notis ad Vitam Aristotelis, Lugd. Bat., 1621, p. 129, de Optico Aristotelis apud Laertium, *quem librum Bellunensis a se lectum indicat*. (De qua re cf. G. Schneider in notis ad Eclogas physicas, p. 234, s.) Ab eodem Rosio affertur denique locus ex Heronis mechanici Catoptricis, tertio decimo seculo in latinam linguam versis editisque in libro : *Sphæra cum commentis in hoc volumine contentis Cichi Esculani*, etc. Venetiis 1518, fol., ubi inter auctores qui de

optica scripserunt ita nominatur Aristoteles : *Negotium autem quod circa visus dividitur in opticum id est visivam et dioptricum id est perspectivam et catoptricum id est inspectivum negotium. Et opticum quidem opportune ab his qui ante nos descriptum est et maxime ab Aristotele.*

V. (ΙΑΤΡΙΚΑ.)

Aristotelem simul et philosophum et medicum fuisse satis constans est apud recentioris antiquitatis scriptores fama, quam tamen potius e narratione de ejus genere, quod et paternum et maternum Asclepiadarum fuisse tradunt, et ex ipso ejus naturalium rerum studio ortam esse puto, quam ex iis, quæ cum a Timæo, tum ab Epicuro, non sine calumnia in eum congesta fuerant, cf. Aristocles ap. Euseb. Præpar. evang. XV, 2, p. 791, A. Athen. VIII, 354, B. Diogen. L. X, 8. Ælian. Var. Hist. V, 9. Suidas s. Ἀριστοτέλης, et, qui de hac quaestione nuper disputavit Bernays, *Grundzüge der verlor. Abhandl. des Arist. über Tragödie*, p. 192 sq. Quod si ipsum Aristotelem in propria causa audiamus, vix ulla superesse poterit dubitatio quin aperte se medicæ artis imperitorem esse professus sit. Postquam enim in libro de Divinatione per somnum, c. 1 (t. III, p. 513, 30), rem de qua agit ex sententia elegantiorum medicorum dijudicandam esse censuit, ita statim pergit : *Εὐλογον δ' οὕτως ὑπελαβεῖν καὶ τοῖς μὴ τεχνίταις σκοπούμενοις δὲ τι καὶ φιλοσοφοῦσιν* (cf. Zeller, *die Philosophie der Griechen*, t. II, 2, p. 7, *Anm.*). Neque aliter locutus est quotiescunque, libri de Morbo et Sanitate mentione injecta, declarat physici quoque esse quadantenus in morborum causas inquirere. Quæ quidem satis superque sunt ad demonstrandum, Aristotelem de re medica, quatenus scilicet ad sanationem corporum pertinet, neque conscribere potuisse libros neque si putasset voluisse. Igitur manifesto spurii habendi sunt quicunque tales illi tribuantur libri, qualis est e. c. qui ultimus in Dschemaluddini indice recensetur : *De universo medicinæ sensu I*, vel secundum Casirium : *De universa medicina liber I, iatrice inscriptus*. Cujus vero rei aliud nec minus grave argumentum afferri poterit. Qui enim plus quam sexcentis locis nominavit Aristotelem, ejus scripta ubivis laudans et admirans meritaque ejus in naturalem doctrinam extollens, Galenus, nusquam librum de re medica ab Aristotele conscriptum commemorat,

immo apertis verbis declarat collectionem quendam de veterum medicorum placitis Aristoteli adscriptam non illius esse, sed Menonis cuiusdam, ejus discipuli. Cf. Galen. in Comment. ad l. I. Hippocratis de Nat. hom, t. XV, 25 ed. Lips. : Καὶ Θεόφραστος δ' ἂν ἐν ταῖς τῶν φυσικῶν δοξῶν Ἐπιτομαῖς τὴν Ξενοφάνους δόξαν εἰπερ οὕτως εἶχεν ἐγγράφει, καὶ σοὶ πάρεστιν εἰ χαίροις τῇ περὶ τούτων ἱστορίᾳ, τὰς τοῦ Θεοφράστου βίβλους ἀναγνῶναι, καθ' ἃς τὴν ἐπιτομὴν ἐποίησατο τῶν φυσικῶν δοξῶν. Ὅσπερ γὰρ πάλιν εἰ τὰς τῶν παλαιῶν ἱατρῶν δόξας θηλοῖς ἱστορῆσαι, πάρεστί σοι τὰς τῆς ἱατρικῆς συναγωγῆς ἀναγνῶναι βίβλους ἐπιγεγραμμένας μὲν Ἀριστοτέλει, δημολογουμένας δὲ ὑπὸ τοῦ Μένωνος, ὅς ἦν μαθητὴς αὐτοῦ, γράφονται, διὰ καὶ Μενώνεια προσαγορεύουσιν ἐνιοὶ ταυτὶ τὰ βιβλία. Quibus statim addit unde satis accuratam horum librorum notitiam haurire licet : Δῆλον δὲ ὅτι καὶ ὁ Μένων ἐκείνος ἀναζητήσας ἐπιμελῶς τὰ διασχιζόμενα κατ' αὐτὸν ἐστὶ τῶν παλαιῶν ἱατρῶν βιβλία, τὰς δόξας αὐτῶν ἐκείθεν ἀνελέξατο. Τῶν δ' ἤδη διεσπασμένων... οὐκ ἠδύνατο γράψαι. Κατὰ ταῦτ' οὖν τὰ βιβλία χολὴν ξανθὴν ἢ μέλαιναν ἢ φλέγμα στοιχεῖον ἀνθρώπου φύσεως οὐκ ἂν εὖροις οὐδ' ὑπ' ἐνὸς εἰρημένον, αἷμα δὲ καὶ τῶν μεθ' Ἴπποκράτην φαίνονται πολλοὶ μόνον εἶναι νομίζοντες ἐν ἡμῖν, ὅσα καὶ τὴν πρώτην γένεσιν ἡμῶν ἐξ αὐτοῦ γίνεσθαι καὶ τὴν μετὰ ταῦτα κατὰ τὴν μήτραν αὔξησιν καὶ ἀποκυθέντων τελείωσιν. Præter Galenum, hanc Menonis collectionem laudat Plutarchus, qui tamen nihil de Aristotele addit. In indicibus vero nullum ejus vestigium deprehenditur; nam ne illam, sicut a Rosio factum est, titulo Ἱατρικὰ β' apud Diogen. L. (110) et Anonymi. (89) designari arbitrer, ideo impediatur, quod hos libros ab illis non diversos fuisse puto, qui in Vita Marciana, p. 11 Robbe, nominantur : Ἱατρικὰ προβλήματα, atque igitur simillimos primo superstitem Problematum capiti quod et ipsum ὅσα περὶ Ἱατρικὰ inscriptum est. Ad hos autem libros nullum est fragmentum quod satis certo referri liceat. Quæ sequentur partim ad illa Μενώνεια pertinebunt, partim a nobis ob argumenti similitudinem apposita sunt, licet de nullo non jure dubitari possit, præcipue vero de illis quæ a Cælio Aureliano, e libro cetero-

quin ignoto de Adjutoriis, prolata sunt, quem rectius fortasse medico cuidam quam philosopho tribuas.

1, 2 (362, 363).

Plutarch. Quæst. conviv. VIII, 9, 3 : Τὴν δὲ Τίμωνος ἐν Κιλικίᾳ τηθῆν Ἀριστοτέλης ἱστορήκα φηλεύειν τοῦ ἔτους ἐκάστου δύο μῆνας, μηδενὶ πλὴν μόνῳ τῷ ἀναπνεῖν οὐτι ζῆ διαδόηλον οὔσαν. Καὶ μὴν ἐν γὰρ τοῖς Μενωνείοις (vulg. Μελωνείοις corr. Reines. Var. Lect. I, 10) σημεῖον ἡπατικοῦ πάθους ἀναγγραπταὶ τὸ τοὺς κατοικιδίους μῦς ἐπιμελῶς παραφυλάττειν καὶ διώκειν· ὃ νῦν οὐδαμοῦ γινόμενον ὀρεῖται.

De libro ad quem priora referenda sint, aperte a Μενωνείοις diverso, incertus hæreo : facile enim fieri potuit, ut ob eandem causam rem quam commemorat attulerit Aristoteles, ob quam narraverat de homine solis radiis vescente cf. dial. de Philosophia, fr. 10.

3 (364).

Diogenes Laert. V, 61 : Γεγόναισι δὲ Στράτωνες ὀκτώ.... ἔβδομος ἱατρὸς ἀρχαῖος ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν.

Sedes fragmenti incerta : ad collectionem tamen historicam qualem Menonis fuisse testatur Galenus satis commode referri potest. Ceterum in Ambrosii versione scriptum est *Aristocles*.

4 (365).

Plin. Nat. Hist. II, 101 : *Omnia plenilunio maria purgantur... his addit... Aristoteles nullum animal nisi æstu recedente exspirare. Observatum id multum in Gallico Oceano et duntaxat in homine compertum.*

5 (366).

Plinius Natur. Hist. XXVIII, s. 21 : *Peculiariter (lac) valet potum contra venena quæ data sunt e marino lepore, buprestis, ut Aristoteles tradit, dorycnio (dorycnion, dorycnium), et contra insaniam quæ facta sit hyoscyami potu.*

(SCRIPTA MEDICA.)

1, 2.

Timonis in Cilicia aviam Aristoteles refert quovis anno per duos menses in fovea quadam se continuisse, sola respiratione ostendentem se vivere. Et in Menoneis scriptum est, morbi jecinoris hoc esse indicium, quod eo

laborans mures domesticos accurate observet et consecetur.

3.

Stratones octo fuerunt... quorum septimum medicum antiquum nominat Aristoteles.

6 (367).

Michael Psellus, de Cimice p. 92 (apud Boissonad. in ed. M. Pselli, de Operatione Daemonum, Norimb. 1838) : 'Αλλ' οὐδὲ δεῖ πρὸς ἡμᾶς συγκρίνειν τὰ αἰσθητά, οὐδὲ ἔπερ ἡμῖν τοιοῦτον ἐστίν, οὕτω καὶ τῆ φύσει κατεσκευάσθη. Πολλὰ γοῦν τῶν ἡμῖν οὕτως ἐχόντων ἄλλως τοῖς ἄλλοις ζώοις καθέστηκεν. Αὐτίκα τοῖς ἡμετέροις σώμασιν ἢ τοῦ κωνείου φύσει ἀλείριόν τι προσφερομένη, ἀλλ' οὐ δὴ καὶ τοῖς ὄρνυξιν. Ὁ δὲ γε φιλόσοφος Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ Ἀττικὴν τινα γυναῖκα πρεσβῦτιν ἀβλαβῶς ἐσθίουσαν ὕσκαμον· τὸ δὲ οὕτω ψυχρότατον πέφυκεν ὡς αὐτίκα πηγῦναι τὸν βεδρωκότα.

In his non pauca sunt quæ difficultatem moveant. Ac primum de libro unde fragmentum duci potuerit dicendum. Possis enim de libris de Plantis cogitare in quorum primo c. 15 (p. 27, 11), hæc habet interpres græcus : Καί τινες καρποὶ εἰσι βρώσιμοι καὶ κατὰ συμβεβηκὸς ἄβρωτοι, καὶ τινες καρποὶ ἡμῖν μὲν ἄβρωτοι, ἄλλοις δὲ βρώσιμοι, ὡς ὁ ὕσκαμος καὶ ὁ ἐλλέβορος ἀνθρώποις μὲν δηλητήριον, τροφή δὲ τοῖς ὄρνυξιν. Quorum quum minimam partem det versio latina : *Sed fructus comestibiles et incomedibiles sunt per accidens et quosdam fructus quidam comedere possunt, quidam vero non et quosdam quædam animalia comedunt, quædam vero non*, factum est fortasse, ut integriore, sive, ut verius dicam, magis etiam interpolato exemplari græco in hoc loco usus sit Psellus. Ad Problemata tamen referre malui, quum talem collectionem, nostra ampliorem, aut saltem ab ea diversam, Psello ad manus fuisse aliunde quoque constet. At ne illud quidem satis certo affirmare ausim, Aristotelem revera hîc a Psello allatum esse. Mirum enim est eum de hyoscyamo narrare videri quod de cicuta omnes uno ore tradunt, et quidem ipse sive verus sive falsus Aristoteles Problem. III, 23, quum contra hyoscyamum insaniam parere affirmant. Cf. H. Stephan. Thesaurus s. v. Nec minor e genere oritur difficultas, quum ὁ ὕσκαμος dicatur. Ita jam in suspicionem adducimur totam hanc Aristotelis mentionem nescio unde desumptam, alia quadam manu huic loco insertam esse. Quod etiam verius apparebit, si attente perlegeris quæ apud Psellum dicta sunt : nisi enim credas hunc, vetulam illam Atticam mulierem, cujus mentio fit, inter τὰ ἄλλα ζῶα numerare voluisse, aliter profecto loqui debebat.

(DE ADJUTORIIS.)

7 (368).

Cælius Aurelianus Celer. Passion. I. II, c. 13, p. 110 ed. Amman, Lugd. Bat. 1709 : *Hanc (sc. pleuritidem) definiens primo de Adjutoris libro Aristoteles sic tradendam credidit : Pleuritis, inquit, est liquidæ materiæ coactio (ita Almeloveen in notis, p. 616, pro coctio) sine densatio.* » *Nec tamen disseruit utrumne totius, quod falsissimum, siquidem phlebotomati ægrotautes liquidum sanguinem reddunt, an vero particulæ. Sed quum hoc tacuit, necessarium prætermisit (ita conj. Amman pro non promisit).*

8 (369).

Cælius Aurel. Tard. Passion. I. V, c. 5, p. 336 : *Alii frigidis usi sunt rebus, passionis causam ex fervore venire suspicantes, ut Aristoteles et Diocles, nescii quoniam fervor innatus sine dubio tumoris est signum et non ut existimant passionis causa. Quare pejorare necesse est et majorem furorem fieri quum frigida curatione corpora densentur.*

VIII. SCRIPTA HISTORICA.

Collectiones varias Problematum excipit in utroque indice nova quædam series scriptorum, ad unum idemque genus pertinentium. De titulo Παραβολαὶ α' (apud Diogenem Laertium 126, apud Anonymum 112) incertus hæreo. Insequentes vero omnes (usque ad 143 apud Diog. L., 128 apud Anonym.), si excipias titulos Κατηγορίαι α' et περὶ Ἑρμηνείας α' (Diog. L. 141 et 142), quibus tertius accedit apud Anonymum (126-122) προτέρων Ἀναλυτικῶν β', nescio quo casu male huc delatos, tales sunt ut ad libros quos hypomnematicos vocare solent antiqui Aristotelis interpretes (1) referri debeant. Neque vero formæ tantummodo, sed et argumenti similitudine conjunctos fuisse hos libros patet. Etenim quum in antiquarum rerum exploratione, in enarrandis moribus et institutis cum Græciæ tum etiam barbarorum, in recensendis nominibus et temporibus eorum qui in ludis gymniciis,

(1) Cf. Ammon. in Categ. fol. 6 verso, Simplic. Proleg. in Categ. fol. 1 verso Basil., Joann. Philop. in Categ. p. 36, B. 27, David. Proleg. in Categ. p. 25, A, 45, Brandis.

musicis, scenicis vicerant, in enodandis proverbii aliisque hujusmodi quæstionibus versarentur, communi quodam nomine, historici vocari poterunt.

In hoc vero genere scriptiois, in quod præter Theophrastum insequentibus Peripateticæ disciplinæ sectatores miro quodam ardore, etsi non satis sincero semper judicio incubuerunt, Heraclides Ponticus, Dicæarchus, Aristoxenus, Hieronymus, Clearchus, Satyrus, Hermippus, facile principem fuisse Aristotelem agnoscas. Quippe tot et tanta ejus sunt in hac re merita, ut omnis Alexandrinorum philologia ad illum quasi auctorem quodammodo referenda sit, siquidem nullus alius fuit apud quem locupletiore gravissimarum observationum messem invenerunt, quicumque inde ab Eratosthene et Callimacho ad Didymum usque in exploranda antiquitate versati sunt. Quod et multo manifestius appareret, si vel ipsius Aristotelis talem librum possideremus, quæ enim sola hîc nominari poterit collectio Mirabilium Auscultationum aperte non ita multum post Aristotelem ex ipsius aliorumque libris compilata est, vel si integro quodam Didymi commentario uteremur. Nunc vero quæ ex hisce libris Aristotelis innotuerunt, licet multa sint maximique faciendâ, longe maximam partem excerptis debentur quæ a posterioribus ex Alexandrinorum et præcipue Didymi copiis facta sunt. Quam iniqua igitur in his sit nostra conditio facile perspicio. Non enim aliter se res habet, ac si deperdit præclarissimo opere de Animalium historiis, de eo ex solis excerptis quæ passim apud Athenæum aliosque servata sunt, judicandum esset.

De titulis nonnullis, ad scripta historici argumenti referendis, in solis vero indicibus memoratis infra videbimus, de Peplo qui dicitur Aristotelis disputari. Nunc autem pauca addenda erunt de singulari libro Παροιμίαι inscripto (Diog. L. 138). Talem librum ab Aristotele revera conscriptum fuisse, ut post Schneidewinum et alios C. Müllerus quoque statuit (cf. Hist. gr. Fragm. t. II, p. 188), e solius Diogenis Laertii auctoritate vix confici posse spero. Fieri enim potuit ut librarii errore apud eum illatus sit hic titulus, quippe quum apud Anonymum hæc legantur: Διονυσιακῶν ἀστικῶν καὶ ληναίων προομιῶν α'. Aperte hæc corrupta sunt. Nescio tamen an ita refingenda sint, ut Παροιμιῶν α' ex ultimis efficiatur. Neque magis puto de tali libro accipiendâ esse verba Cephisodori apud Athenæum Epit. II, p. 60, D: Ὅτι Κηρισόδωρος ὁ Ἰσοκράτους μαθη-

της ἐν τοῖς κατὰ Ἀριστοτέλους, τέσσαρα ὄ ἐστί ταῦτα, ἐπιτιμᾶ τῷ φιλοσόφῳ, ὡς οὐ ποιήσαντι λόγου ἔξιν τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι, Ἀντιφάνους δὲ ἄλλο ποιήσαντος δράμα τὸ ἐπιγραφόμενον Παροιμίαι. Hæc enim pertinere, potius ad morem in dialogis ab Aristotele observatum, crebro proverbialia afferendi, supra jam diximus et in libro *Die verlorenen Schriften des Aristoteles*, p. 163 sq.

Quod tamen et si de his aliter statuendum foret, nullus est locus quem satis certo ad librum Proverbiorum referamus. Quæcumque enim sive apud Parœmiographos sive apud alios ex Aristotele laudantur proverbiorum explicationes, eas e Politis petitas fuisse sive certis testimoniis constat, sive probabiliter conjicitur.

I. ΠΟΛΙΤΕΙΑΙ.

Nullum est profecto inter omnia Aristotelis scripta, sive deperdita sive etiam servata, ne Historiis quidem Animalium exceptis, ex quo plura hausisse et in suos usus transtulisse videantur cum Peripateticorum plerique, tum Alexandrinæ ætatis grammatici et philologi, quam Politiarum opus. Quod ita fuisse egregie demonstrat ingens plane fragmentorum inde petitorum numerus. Qui vero multo etiam amplior fieret, si illa quoque addere liceret, quæ, reconditioris græcæ antiquitatis notitiam continentia, ab Aristotele primum in suas collectiones relata, deinde omissa ejus nomine ad recentioris ætatis scriptores migraverunt.

Etsi vero singulæ Politicæ assim a multis laudantur, de universi tamen operis ratione, scopo, ambitu, exornatione non ita multa sunt quæ accepimus, immo paucissima, si quæcumque apud plerosque qui de Politis locuti sunt, fabularum in modum adornata et aperte ficta et ementita narrantur missa fecerimus. Ad hoc autem genus multa, ne dicam pæne omnia, eorum pertinent quæ sive in Vitis philosophi, sive ab antiquis ejus interpretibus tradita sunt, quippe apud quos, cum veris quibusdam mera somnia et nugæ plerumque reperiuntur. Hoc quin verum sit nemo dubitabit qui legerit verba Porphyrii qui dicitur, in Prolegom. ad philosophiam, in Schol. ed. Brandis. p. 9, B, 26: Γεγραμμένοι δὲ αὐτῷ εἰσὶ καὶ Πολιτεῖαι διακόσαι πενήκοντα τὸν ἀριθμὸν, ἃς συνεγράφατο ἐκ τοῦ πολλῆν γῆν περιελθεῖν σὺν Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ, quæ ad verbum habet Anonymus Proleg. Phil. in Crameri Anecd. Paris. t. IV, p. 225, 6, nisi quod συμπεριελθεῖν Ἀλεξάνδρῳ scripsit. Nec mi-

nus incredibilia et inaudita ceteri narrant. Ita David. Proleg. in Categor. p. 24, A, 24 Brand. : Αἱ Πολιτεῖαι ἄς ἱστορήσων ἐκ τοῦ πολλῆν γῆν περιβαλεῖν ἅμα τῷ Ἀλεξάνδρῳ βασιλεῖ ἄς ἐκδέσσωκα κατὰ στοιχεῖον διακοσίας πενήτημοντα οὐσας τὸν ἀριθμὸν, Anonym. ad Porphy. in cod. Paris. 1939 fol. 5i verso, apud Rosium : Ὁ μὲν γὰρ Ἀριστοτέλης συνῶν καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ κτίστῃ πολιτείας λέγεται μετ' αὐτοῦ περιελθεῖν, ὧν ἀνεγράφετο τὸν βίον κατὰ στοιχεῖον ὅτι τυχὸν μὲν Ἀλεξανδρεῖς τοῖωσδε πολιτεύονται καὶ Ἀθηναῖοι τοῖωσδε καὶ Βιθυνοὶ καθεξῆς κατὰ τὴν τάξιν τῶν στοιχείων οὕτως οὖν καὶ τὰς πολιτείας τέθεικεν, Vita Marciana, p. 5 Robbe : Ἀκμάσασαν δὲ Ἀλεξάνδρῳ καὶ ἐπιστρατεύσαντι κατὰ Περσῶν συνεξῆλθεν, οὐδὲ τότε τοῦ φιλοσοφεῖν ἀποσχόμενος τὴν γὰρ ἱστορίαν τῶν πολιτειῶν τότε συνέλεξε, cum quibus conferenda est vetus versio latina : *Juvene autem existente Alexandro et militante contra Persas, eundo cum eo, nec tunc abstinuit philosophari. Tunc enim composuit historiam ducentarum et quinquaginta Politiarum, et associavit ipsam usque ad Persas.* Hos tamen omnes longe etiam superat Pseudo-Ammonius in Vita Aristotelis ad calcem Diogenis Laertii ed. Didot. p. 11, 47 : Ἀμέλει καὶ συνώδευσεν αὐτῷ (τῷ Ἀλεξάνδρῳ) καὶ ἔσω τῶν Βραχμάνων, ἐνθ' ἱστορήσε (ita Bernays. recte pro ἔστῃσε) τὰς σὺς Πολιτείας.

Paulo jam minus absurda sunt etsi non vetera, quae tradit Joannes Philoponus in Arist. Categor. p. 35, B, 19. Ita enim ille in divisione scriptorum Aristoteleorum loquitur : Τῶν δὲ μεταξύ (i. e. scriptorum quae neque μερικὰ neque καθόλου sunt) εἰσι καὶ γεγραμμένα αὐτῷ Πολιτεῖαι ἀμφὶ τὰς ἅς καὶ διακοσίας οὐσαι, ἄς οὐτε πρὸς τινὰς ἰδίᾳ γέγραπεν οὐτε καθόλου, ἣ γὰρ Ἀθηναίων Πολιτεία ἢ τῶν δεινῶν, εἰ τυχόν, καθόλου οὐκ ἂν εἶη, ἔγραψε δὲ ἵνα ἐντυγχάνοντες μετ' αὐτὸν ἄνθρωποι καὶ κρίνοντες κατὰ τί μὲν ὀρθῶς ἐπολιτεύοντο κατὰ τί δὲ οὐχ οὕτως, τὰ μὲν εἰδονται τὰ δὲ φύγωσι, καὶ ταύτη ὠφελῶνται. Quibus si addideris quae similiter disputata sunt duobus locis apud Davidem, ubi comparatione inter Politica et Politias instituta haec leguntur, Proleg. in Porphy. p. 16, B, 20 : Ὁ μὲν Πλάτων ἐνικῶς ἐπέγραψε Πολιτεῖαν, ὁ δὲ Ἀριστοτέλης πληθυντικῶς Πολιτείας ὁ δὲ σκοπὸς ἐστὶ διάφορος, ὅτι ὁ μὲν Ἀριστοτέλης λέγει πῶς ἐπολιτεύοντο οἱ ἀρχαῖοι, ὅσον οἱ Ἀργεῖοι, οἱ Βοιωτοί, ὁ δὲ Πλάτων λέγει πῶσα εἶδη πολιτειῶν καὶ πῶς δεῖ πολιτεύεσθαι, et iterum in Comm. in Categor. p. 25, B, 5 : Ἐν γὰρ ταῖς Πολιτεῖαις οὐ διδάσκει πῶς δεῖ πολιτεύεσθαι, ἀλλὰ πῶς οἱ πρὸ αὐτοῦ ἐπολιτεύσαντο ἄνθρωποι, jam praeter Simplicii locum, de quo postmodo videndum erit, omnia

habebis quae apud recentiores Aristotelis interpretes, obscura quadam fama multisque additis, quae sive e temeraria conjectura sive e falsa opinione orta erant, de celebratissimo Politiarum opere percreebuerant.

Quod si in hac causa locupletioribus testibus uti voluerimus, nulli sunt quos praeter Plutarchum et Ciceronem atque utroque antiquiorem, scriptorum Aristoteleorum tabulam adire liceat. Ex his pauca tantummodo suppeditat Cicero, sed ad rem proxime accedentia, de Finibus V, 4 : *Omnium fere civitatum non Graeciae solum sed etiam barbariae ab Aristotele mores, instituta, disciplinas, a Theophrasto leges etiam cognovimus*; in quibus simul cum Politias et cognatum illis opus Νομίμων βαρβαρικῶν innuit. Pauciora etiam praebet Plutarchus, Non posse suaviter vivi sec. Epicurum c. 10, 4 (1), ubi Κτίσεις et Πολιτείας Aristotelis simul cum Ἑλληνικῶς Herodoti, Περσικῶς Xenophontis, Homeri carminibus, Περιόδοις Eudoxi et Aristoxeni Βίαις ἀνδρῶν nominavit, horum librorum omnium lectionem commendans, utpote copiosam et ingentem exhilarandi materiam praebentem, puramque praetera et poenitentiae securam. Solus igitur jam restat index ad quem confugiendum erit. A quo vero major quaedam lux ideo sperari posse videtur, quod non, ut in reliquis titulis factum est, nude tantummodo nominantur Politiae, sed adduntur nonnulla ad indicandam videlicet totius operis divisionem. Ita enim apud Diogenem Laertium (142) scriptum est : Πολιτεῖαι πόλεων οὐσῶν δευσαῖν ἐξήκοντα καὶ ἑκατόν, καὶ ἰδίᾳ δημοκρατικά, ὀλιγαρχικά, ἀριστοκρατικά καὶ τυραννικά. Multo negligentius, ex eodem tamen fonte, haec expressit Anonymus (124) : Πολιτείας πόλεων ἰδιωτικῶν καὶ δημοκρατικῶν καὶ ὀλιγαρχικῶν ρη'. In quibus quid sibi velint ἰδιωτικαὶ πολιτεῖαι, nullo pacto dici poterit, quum contra ex ipso Aristotele perspicuum sit, ἰδιωτῶν πολιτείας, eas appellari quae philosophorum et politicorum opponantur. Cf. Polit. II, 4, 1. Etsi vero multo minus offensionis habeat, quod in titulo qualem Diogenes Laertius exhibet le-

(1) Ὅταν δὲ μὴδὲν ἔχουσα λυπηρὸν ἢ βλαβερὸν ἱστορία καὶ διήγησις ἐπὶ πράξεσι καλαῖς καὶ μεγάλας προσλάβῃ λόγον ἔχοντα δύνανται καὶ χάριν, ὡς τὸν Ἡροδότου τὰ Ἑλληνικά, καὶ Περσικά τὸν Ξενοφώντος,

Ὅσα δ' Ὀμηρος ἐθέσπισε θέσικελα εἰδῶς,

ἢ γῆς Περιόδου Εὐδοξοῦ, ἢ Κτίσεις καὶ Πολιτείας Ἀριστοτέλους, ἢ Βίαις ἀνδρῶν Ἀριστοτέλους ἔγραψεν, οὐ μόνον μέγα καὶ πολὺ τὸ εὐφραίνον, ἀλλὰ καὶ καθαρὸν καὶ ἀμεταμελεπτόν ἐστι.

gitur, ἰδίᾳ, vitii tamen aliquid et hinc subesse suspicatus est Bernaysius, qui, ut solet, acutissime de Politis disputavit in *Rheinisch. Museum N. Folge*, t. VII, p. 286 sqq. Egregia igitur conjectura locum sanavit pro ἰδίᾳ, ἰδίᾳ scribendo et vocabulo κοινᾶν ante καὶ inserendo, ita ut jam habeamus ἰδίᾳς πολιτείας quas κοινᾶς opponamus, his apud Harpocratonem laudatis, Ἀρχαίων scilicet et Θεσσαλῶν s. v. Μύριοι ἐν Μεγάλη πόλει et Τετραρχία. Verum hac difficultate feliciter sublata altera jam restat eaque gravissima. Quam tamen quum in solo vocabulo τυραννικᾶν positam arbitraretur Bernaysius, vereor ut omnem dubitationem de his verbis penitus discussisset. Quid enim, hoc loco, præter priorem illam divisionem in ἰδίᾳς et κοινᾶς, altera in respublicas democráticas, oligarchicas, aristocraticas, sibi velit minime equidem perspicio. Itaque plane cum C. Müllero sentio, illam male huc propter Politica illatam esse existimanti. Cf. *Fragm. Hist. gr.* t. II, p. 104. Etenim si quales fuerint Aristotelis Politicæ ex ipsis superstitibus fragmentis eruere conabimur, apparebit jam minime in eo versatum fuisse philosophum ut singulas civitates secundum reipublicæ genera quo definito quodam tempore, id est ipsius philosophi ætate, uterentur, ad certas quasdam classes revocaret. Nec magis probandæ esse videntur eorum opiniones qui sive, ut a Joanne Philopono, loco supra laudato, factum est, eo usque progressi sunt, ut affirmarent philosophum ostendere voluisse, quid in quoque reipublicæ genere fugiendum, quidve imitandum esset, sive qui arctissimo vinculo Politias cum Politicis conjunctas esse contenderent, simili plane modo quo inter se cohæreant Historiæ Animalium cum libris de Generatione et de Partibus animalium. Quod plane aliter se habuisse atque isti sentiunt, optimum testem ipsum Aristotelem proferre licet, quippe qui nusquam in octo Politicorum libris ne verbo quidem Politiarum mentionem injecerit, quum contra sæpissime in libris quos nominavimus Historias Animalium laudavit. De quæstione igitur qualenam argumentum Politiarum fuerit minime audiendos esse puto veteres philosophi interpretes, præter unum tamen apud quem fortasse sanioris notitiæ vestigia deprehendere licebit. Etenim quum apud Anonymum supra jam laudatum, qui, teste Rosio, Olympiodori in Porphyrii Isagogen commentarium recoquit, hæc legantur verba in cod. Paris. 1939 f. 51 recto : Πολιτείας... ὧν ἀνεγράφετο τὸν βίον, nonne jam probabile fit hæc : ἀνεγράφετο τὸν βίον ex

antiquiori et graviore quodam auctore fluxisse, similitudinemque quandam inter Aristoteles Politias et Βίον Ἑλλάδος Dicæarchi, cujus singulæ partes fortasse Politiarum nomine citantur, atque Clearchi Solensis Βίος intercessisse? Cui sententiæ fidem conciliabit cum fragmentorum similitudo, tum Varroniani scripti titulus ad Græcorum imitationem compositi : *De vita populi Romani ll. IV.* Cf. *Catalog. operum Varronis in Spicilegio Solesmensi*, t. III, p. 312 et fragmenta ad calcem editionis Bipontinæ.

Hæc si nostra comparatio probabitur jam multo dilucidius apparebit, quomodo de Aristoteleo opere judicandum sit. Patet enim in singulis Politis diligenter collecta et enotata fuisse quæcunque ad ejusque civitatis situm, originem, incrementa, instituta, leges, mores, magistratus, religiones illustranda pertinerent. Itaque factum est, ut fragmenta pæne omnia ad certas quasi classes revocari possint. Quippe in his præcipue versantur : In enarrandis urbium initiis fabulisque cujuscunque generis de earum conditoribus afferendis; in explicandis earum nominibus et situ; in interpretandis obsoletioribus et minus cognitivis vocabulis; in enarratione proverbiorum; in definitione singulorum magistratum, judiciorum, munerum publicorum; in dissertationibus de nummis et mensuris cuique urbi peculiaribus. Quibus si addideris observationes quasdam de re naturali, publicorum monumentorum notitiam, memoriam præclarorum inventorum, jam omnia erunt puto de quibus in Politis relatum erat. Neque in ea realiter facere possum quin a C. Müllero dissentiam, qui quum l.l. rectissime laudasset « simplicitatem atque antiqui ævi cruditatem quam præ se ferunt narrationes e Politis excerptæ, » hæc addidit : « Non excludunt hæc acere atque perspicax de iis rebus iudicium. » Quod enim, si, ut vir doctissimus arbitratus est, ita revera se habuisset, profecto ejus rei documenta inter fragmenta exstarent. Quæ autem quum nulla sint, ut ipse fatetur Müllerus, jam probabilior sequenda erit opinio, consulto hæc ab Aristotele omissa esse nihilque aliud igitur fuisse Politias, ut et cetera historica Aristotelis scripta, nisi mera collectanea, et quidem ita congesta, ut ne continuum quidem opus effecerint, sed tantummodo excerptis et notitiis cujuscunque generis, nullo arctiore vinculo inter se cohærentibus constarent. In talem vero opinionem de Aristotelis Politis ut perveniamus, plura sunt quæ nos permovent. Fac enim Aristotelem, ut plerumque creditum est, histo-

rias singularum civitatum conscripsisse, atque ita opus quoddam absolutum omnibusque numeris perfectum condidisse, cui quæso non mirum videbitur, nusquam apud antiquos philosophi interpretes in operum Aristoteleorum divisione (cf. David in *Categ.* p. 24, A, 20 et præterea Ammonius, Simplicius, Joannes Philoponus), Politias cum Epistolis et Dialogis inter eos libros nominari, qui dilucidiori et elegantiori stylo quam ceteri conscripti erant? Quin et illud suspicari licet, ne suis quidem verbis semper usum fuisse Aristotelem, sed quæ sive in publicis monumentis sive in aliorum libris invenerat, quomodo ab illis conscripta erant, in sua excerpta retulisse. Cui rei documento esse poterunt fragmenta 16 et 17, in quibus haud pauca inveniuntur iisdem pæne verbis descripta, quibus et apud Herodotum leguntur. Adde et illud, quod inter ὑπομνηματικά scripta recensentur Politia, unde qualis earum indoles fuerit satis perspicue declaratur. Non sine quodam jure igitur, Politias, quod ad formam et dispositionem spectat, cum Problematum libris conferri licet. Quare si nobis nominandus esset liber, quem proxime ad illarum similitudinem accedere putaremus, de nullo prius cogitaremus quam de Plutarchi *Questionibus græcis*, quarum, ut et hoc addam, satis magna pars ex Aristoteleo opere desumpta est.

Si quales diximus, fuisse censendæ sunt Politia, haud difficulter perspicietur quomodo intelligenda sint, quæ de earum ordine a nonnullis tradita sunt. Quod enim cum a Davide in *Categ.* p. 24, A, 35, tum ab Anonymo sæpius jam laudato affirmatur, κατὰ τάξιν τῶν στοιχείων sive κατὰ στοιχείων dispositas fuisse Politias, id longissime absim, ut cum Rosio ita accipiendum esse censeam, quasi e falsa interpretatione tituli πολιτεία κατὰ στοιχείων ρητῆ ortum esset. Neque me fugiunt quæ ad satietatem usque recoquunt antiqui philosophi interpretes, de more scilicet Peripateticorum singulos libros litterarum alphabeti serie, non signis numerorum designandi. Fuerit ita Andronicus, concedo, indicis verus auctor, talem morem nusquam agnoscit, ita ut et hîc et alias sæpius de dispositione secundum litterarum alphabeti ordinem cogitandum sit. In una tantum re incertus hæreo. Utrum scilicet hic alphabeticus ordo ad seriem tantummodo Politiarum pertinerit, an, quæ Bernaysii est conjectura, intra singulas quasque Politias observatus fuerit. Quod si, præter ea quæ supra jam Zoicorum occasione a nobis dicta sunt, illud quoque explo-

ratur habemus, talem ordinem vix ipsi Aristoteli tribuendum esse, sed postea illatum, vix ulla remanebit dubitatio, quin utrumque commodissime factum esse potuerit. Et quidem, quod ad ipsam seriem Politiarum spectat, observandum est Atheniensium Politiam semel ita apud Harpocrationem afferri s. v. Θεσμοθέται, Ἄρ. ἐν τῇ α' Ἀθηναίων πολιτεία, quum apud Photium s. v. Σκυτάλη, Ἄρ. ἐν τῇ Ἰθακησίων πολιτεία μδ' laudetur. Uterque numerus, quem Didymus posuerat, e quo sua habent Harpocration et Photius, satis bene cum alphabeticis ordine congruit, siquidem civitatum præcipuarum seriem conjectando expleas. Minus favet alphabeticis ordini intra singulas Politias observato, quod alio loco apud Harpocrationem s. v. Μύριοι ἐν Μεγάλη πόλι legitur, ubi Aristoteles rem tetigisse dicitur ἀρχόμενος τοῦ βιβλίου. Singulas ceterum Politias e variis capitibus compositas fuisse egregie demonstrare videtur quæ semel apud Photium legitur mentio s. v. Ναυκραρία: Ἐκ τῆς Ἀριστοτέλους ἐν τρόπον διέταξε τὴν πόλιν ὁ Σόλων, quæ quid aliud esse poterit quam longioris cujusdam capitibus inscriptio, ego non perspicio. Inde vero frotasse factum est ut tota hæc disputatio in tabulas quasi peculiaris liber referretur, quod in altero indice Anonymi factum est, et quidem hoc titulo: περὶ τῶν Σόλωνος ἀξόνων. De his vero jam sufficiunt quæ dicta sunt.

De alia jam videndum erit quæstione, de numero scilicet Politiarum quem alium alii indicant. Earum unamquamque singulo libro sive volumine constitisse cum quæ modo attulimus Harpocrationis verba, tum Ciceronis indicant, de Dicæarcho ita scribentis *Epistol. ad Attic.* II, 2: Πελληγαίων (sc. πολιτεία) in manibus tenebam, et hercle magnum acervum Dicæarchi mihi ante pedes exstruxeram ... Κορινθίων et Ἀθηναίων πuto me Romæ habere, tum demum tabula in Ægypto nuper reperta, quæ inter alios complures librorum titulos, Aristotelis quoque Atheniensium politiam recenset aliamque præterea, cujus tamen nomen satis certo indicari nequit. (1) De Politiarum numero inter se consentiunt Diogenes Laertius et Anonymus, quo-

(1) Cf. Zündel. *Ein Griechischer Bücherkatalog aus Ägypten*, in *Rhein. Museum n. Folge* t. XXI, p. 423 sqq. In priore columna ita legitur:

v. 12: Ἀριστο...τέλους Ἀθηναίων πολιτεία;

v. 22: Ἀριστοτέλους πολιτεία νεπο...

Tabulam anno 329-336 post Christum natum conscriptam esse existimat editor. Inter Politiarum quos novimus titulos, optime convenit cum ultimis Ἀριστοτέλους πολιτεία Ὀρουντίων.

rum uterque centum et quadraginta octo fuisse affirmat. Ceteri omnes plus minusve variant. Ita enim in Vita Pseudo-Ammonii *ov'* indicantur, a quo numero non multum dissentit vetus interpres latinus *historiarum ducentarum et quinquaginta politiarum* asserens, sicuti ab Anonymo quoque Proleg. in Philos. apud Brand. p. 9, B, 26 factum est. Paulo cautius apud Joannem Philoponum in Categ. p. 39, B, 19 : ἀμφὶ τὰς ἑκατὸς διακοσίας dictum est. Magis etiam discrepant Arabum numeri, quorum alter Dschermaluddinus *de centum et septuaginta una* loquitur, alteri vero Hadschi Khalfæ, duplici errore apud Herbelotium, *Bibliothèque orientale*, p. 971, *centum et monaginta una*, apud Flügelium vero *septuaginta una* tribuuntur.

Talis est in his numerorum dissensus, ut in eo per librariorum negligentiam explicando facile acquiescere possimus, si concedas, antiquo jam errore, ducentas male pro centum positas fuisse. Itaque non opus est, ut cum Nunnesio, in notis ad *Vitam Aristotelis*, Lugd. Batav. 1621, p. 97, Menagio ad Diogenem Laertium V, 17, Grashofio, *Philologus* t. IV, p. 268, de Politiis, nescio quibus, Aristoteli falso adscriptis cogitemus. Quod quidem ut facerent iis causa fuit Simplicius, apud quem in Aristot. Categor. fol. 2 γ ed. Basil., p. 27, A, 43 Brand. hæc leguntur : Δῆλον δὲ (sc. Aristotelem perspicua oratione usum esse) καὶ ἐξ ὧν ἐν οἷς ἐβουλήθη σαφέστατα ἐδίδασκεν, ὡς ἐν τοῖς Μετεώροις καὶ τοῖς Τοπικοῖς καὶ ταῖς γνησίαις αὐτοῦ Πολιτείαις, ἅπερ διὰ τὸ κοινότερον τῶν θεωρημάτων σαφέστερον ἀπαγγεῖλαι σύνοιδε. Τὸ δὲ δύνασθαι σαφῶς εἰπεῖν δηλοῖ μάλιστα ὁ τῶν Ἐπιστολῶν αὐτοῦ χαρακτήρ. In his vitium aliquod inesse optimo sane jure suspicati sunt cum Idelerus, qui in præfat. ad Aristot. Meteorol. t. I, p. XII, n. 40 parum feliciter Ἐπιστολαῖς conjecit, tum Nauckius, *Philologus*, t. V, p. 680 sq., lenissimam vero esse medicinam non perspexerunt. Molestum enim istud γνησίαις quid aliud esse poterit quam ρη' Diogenis et Anonymi male pro compendio habitum, de quo genere errorum cf. Cobet, *Variæ Lectt.* Lugd. Batav. 1854, p. 122. (1) Nullum igitur jam extat Simplicii testimonium de supposititiis Aristotelis Politiis. Quæ si unquam adulteratæ sunt, multo magis id singularum interpolatione, quam novarum additione factum esse putarem. Talis vero interpolationis in tanto fragmento-

rum numero ne levissimum quidem licet deprehendere vestigium. Summopere igitur vereor, ut frustra fuerit Rosii demonstratio, illud evincere conantis, Politias non ad ipsum Aristotelem pertinere, sed non ita multum post ejus mortem, Heraclidis Pontici ætate conscriptas fuisse. Cui opinioni viri ὑπερκριτικωτάτου totius antiquitatis consensum opponere sufficiat, qui quidem talis est ut vix major optari possit.

Attamen ab ipso Aristotele Politiarum nusquam mentio facta est. Quod quominus affirmemus vix impediunt Davidis verba, qui in Aristot. Categ. p. 24, A, 35 de Politiis loquitur ἀξ ἐκδίδωκε philosophus. Nec majoris profecto sunt momenti συνηγμένοι πολιτείας de quibus in extremis Ethicis Nicomachiis locutus est philosophus, quas ad Politiarum opus spectare arbitrati sunt nonnulli, non satis bene perspectis interpretis græci verbis. Quas enim ille Πολιτείας vocat fol. 189 recto : Ὡς γὰρ δεῖξει ἐν ταῖς Πολιτείαις, πλείω εἶδη δημοκρατιῶν εἰσίν, Politia sunt non jam Politia, quem usum apud Eustathium quoque deprehendere licet, quippe qui in Iliad. p. 126 12 : Ἦλω γὰρ ἦλος, κατὰ παροιμίαν τὴν ἐν Πολιτείαις παρὰ τῷ Ἀριστοτέλει κειμένην, aperte Politica l. V, 9 § 6 respexerit. Tale vero silentium Aristotelis nihil habet quod mireris. Etenim si quæ supra a nobis disputata sunt recte se habent, jam illud consequetur ipsius philosophi testimonium de Politiis ne quæri quidem deberi.

De Politiis satis jam dictum esset, nisi et quædam addi oporteret de excerptis quæ sub Heraclidis Pontici nomine circumferuntur, maximam vero partem, ut videtur, ex Aristotelis opere desumptis. Ea integra cum Aristoteleis fragmentis conjuncta apponere nolui, eorum scilicet memor, quæ rectissime contra Schneidewinum a C. Müllero in *Fragm. Hist. gr. t. II*, p. 204 disputata sunt, cujus hæc sunt verba : » Igitur quod in fragmentis (scil. Heraclidis) nonnulla leguntur, quæ verbo tenus fere ex Aristotele descripta sunt, ex eo per se minime consequitur reliqua omnia, quæ in summa re non dissentiant ab Aristotele, totumque adeo libellum, ex Aristotele esse excerpta, » licet argumentis quibus in hac re usus est vir doctissimus quem ita pergat : « Adversantur autem huic sententiæ et Heraclidis nomen, quod codices profitentur, et ordinis defectus in serie Politiarum conspicuus, » vix tantum tribuerim.

(1) Scriptum erat fortasse ρη' οὔσαις, sicut et David. in Categ. p. 24, A, 24 B : διακοσίας πενήκοντα οὔσαις, et Joann Philop. ib. p. 36, B, 19.

ΑΘΗΝΑΙΩΝ.

1 (370).

Harpocration s. v. Ἀπόλλων πατρῶος ὁ Πύθιος προσηγορία τίς ἐστι τοῦ θεοῦ πολλῶν καὶ ἄλλων οὐσῶν. Τὸν δὲ Ἀπόλλωνα κοινῶς πατρῶον τιμῶσιν Ἀθηναῖοι ἀπὸ Ἴωνος· τούτου γὰρ οἰκήσαντος τὴν Ἀττικὴν, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, τοὺς Ἀθηναίους Ἴωνας κληθῆναι καὶ Ἀπόλλω πατρῶον αὐτοῖς ὀνομασθῆναι. Cf. Lex. Rhet. Seguer. in Bekk. Anecd. p. 291, 33. Schol. Plat. Euthyd. p. 369, ed. Bekk. Schol. Aristoph. Av. 1527. Heraclidis Excerpta ita incipiunt : Ἀθηναῖα τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐχρῶντο βασιλείᾳ· συνοικήσαντος δὲ Ἴωνος αὐτοῖς τότε πρῶτον Ἴωνας ἐκλήθησαν. Cf. infra fragmentum 33.

2 (371).

Plin. Hist. Nat. VII, 57 : *Gyges Lydus picturam Ægypti (condere instituit) et in Græcia Euechir Dædalii cognatus, ut Aristoteli placet, ut Theophrasto, Polygnotus Atheniensis.* Cf. Apollodor. III, 15, 8, Pausan. VII, 4, V, 25, VIII, 14. Diodor. IV, 76.

3 (372).

Schol. Soph. Œd. Col. 701 : Γλαυκᾶς παιδοτρόφου (φύλλον ἐλαίας) ... ὁ δὲ Ἀριστοτέλης καὶ τοῖς νικήσασιν τὰ Παναθηναῖα ἐλαίου τοῦ ἐκ τῶν μορίων γινομένου εἶδοσθαι φησιν. Photius Lex. s. Μορία ἐλαία· ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ἐξ ὧν τὸ ἐλαῖον ἐπαθλον εἰδίδοτο τοῖς νικῶσι τὰ Παναθηναῖα· ἦσαν δὲ πρῶται δώδεκα τὸν ἀριθμὸν, αἱ μεταφουτεῦσαι ἐκ τῆς ἀκροπόλεως εἰς Ἀκαδημίαν ἦτοι ἀπὸ τοῦ μόρου καὶ τοῦ φόνου τοῦ Ἀλιπποῦ ὀνομασθεῖσαι οὕτως· ἢ ὅτι ἐνέμεντο καὶ ἐμερίζοντο τὸ ἐξ αὐτῶν Ἀθηναῖοι ἅπαντες. Eadem brevius, e communi fonte, Didymo, ut opinor, Hesych. et Lex. Rhet. Bekk. p. 280, 16. Itidem Etym. M. p. 590, 42. Hoc fragmentum quod Müllerus ad libros de ludis publicis

restitut (fr. 266), initio Politicæ Atheniensium positum fuisse opinor, non tam, ut Rosius arbitratus est, propter Theseum, a quo, teste Plutarcho V. Thesei c. 24 (cf. Pausan. VIII, 2, Schol. Plat. Parmen. p. 329 Bekk., Photius s. v. Παναθηναῖα), Panathenæa instituta sunt, quam propter ea quæ tradit Schol. ad Aristophanis Nubes v. 999, ad antiquissimas fabulas spectantia, quæ et ipsa fortasse e Politicis excerpta sunt : Αἱ ἱεραὶ ἐλαίαι τῆς Ἀθηνᾶς ἐν τῇ ἀκροπόλει μορία ἐκαλοῦντο. Αἰγούσι γὰρ ὅτι Ἀλιπρόθιος, ὁ καὶ Ποσειδῶνος, ἠθέλησεν ἐκκόψαι αὐτάς, διὰ τὸ τῆς ἐλαίας εὐφραδίστης κρηθῆναι τῆς Ἀθηνᾶς τὴν πόλιν. Ὁ δὲ ἀναταίνας τὸν πέλακον, καὶ ταύτης ἀποτυχὼν, ἐκλήξεν ἑαυτὸν καὶ ἀπέθανε. Καὶ διὰ τοῦτο μορία ἐλαίαι ἐκλήθησαν, ἢ διὰ τὸ πάντα ἀνθρώπων κακτημένον ἐλαίας ἀναγκάζεσθαι μέρος τι παρέχειν εἰς τὰ Παναθηναῖα. Κέραμον γὰρ ἐλαίου ἐλάμβανον οἱ νικῶντες. Cf. Serv. in Virg. Georg. I, 18, et de præmio, Simonides in Antholog. Pal. XIII, 19, Schol. Pind. Nem. X, 67.

4 (373).

Plutarch. Vit. Thesei, c. 25, 1 : Ἔτι δὲ μᾶλλον ἀεζήσασιν τὴν πόλιν βουλόμενος ἐκάλει πάντας ἐπὶ τοῖς ἴσοις, καὶ τό, Δεῦρ' ἴτε πάντες λεῶ, κήρυγμα Θεσίως γενέσθαι φασὶ πανδημίαν τινὰ καθιστάντος. Οὐ μὴν ἀτακτον οὐδὲ μμιγμένην περιεῖδεν ὑπὸ πλήθους ἐπιχυθέντος ἀκρίτου γενομένην τὴν δημοκρατίαν, ἀλλὰ πρῶτος ἀποκρίνας χωρὶς εὐπατρίδας καὶ γεωμόρους καὶ δημιουργούς, εὐπατρίδαίς δὲ γινώσκειν τὰ θεία καὶ παρέχειν ἀρχοντας ἀποδοῦς καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητὰς τοῖς ἄλλοις πολιταῖς, ὥσπερ εἰς ἴσον κατέστησε, δόξῃ μὲν εὐπατρίδων, χρεῖα δὲ γεωμόρων, πλήθει δὲ τῶν δημιουργῶν ὑπερέχειν δοκούντων. Ὅτι δὲ πρῶτος ἀπέκλινε πρὸς τὸν ὄχλον, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, καὶ ἀφῆκε τὸ μοναρχεῖν, εἶκοι μαρτυρεῖν καὶ Ὀμηρος ἐν νεῶν καταλόγῳ (v. 547) μόνους Ἀθηναίους δῆμον προσαγορεύσας. Ἐκοψε δὲ καὶ νόμισμα βοῶν ἐγχαρῆξας ἢ διὰ τὸν Μαραθῶνιον ταῦρον ἢ διὰ τὸν Μίνω στρατη-

RESPUBLICA ATHENIENSIIUM.

1.

Apollinem patrium omnes Athenienses colunt inde ab Ionis temporibus. Hoc enim Atticam frequentante, uti Aristoteles tradit, Athenienses Iones dicti sunt atque Apollo patrius ipsis nuncupatus est.

3.

Aristoteles etiam iis qui Panathenæis vicissent, oleum ex oleis sacris proveniens dari tradit.

4.

Ut magis adhuc civitatem amplificaret, invitavit omnes pari proposito jure : et edictum, « Huc pergite omnes populi », Thesei autem fuisse, concilium quoddam populorum constituentis commune. Non permisit tamen, ut respublica popularis, ab affluente et indiscreta colluvie incondita evaderet et confusa, sed primus discrevit seorsum patricios, agricolas et opifices. Et quum patriciis jus concessisset res divinas cognoscendi, magistratus ex suo ordine creandi, et ut leges docerent, sacra et cærimonias reliquis civibus interpretarentur, quasi ad

γὸν ἢ πρὸς γεωργίαν τοὺς πολίτας παρακαλῶν· ἀπ' ἐκείνου δὲ φασὶ τὸ ἑκατομβοιον καὶ τὸ δεκάβοιον ὀνομασθῆναι,

Hæc si non omnia, attamen pleraque ex Aristotele petita esse, ostendunt Heraclides Pont. fr. 1, 1; Pollux On. VIII, 111; IX, 60.

5 (374).

Schol. in Plat. Axioch. p. 465 Bekk.: Γεννήτην Ἀριστοτέλης φησὶ τοῦ θλιου πλῆθους διηρημένου Ἀθήνησιν εἰς τε τοὺς γεωργοὺς καὶ τοὺς δημιουργοὺς φυλάς αὐτῶν εἶναι τέσσαρας, τῶν δὲ φυλῶν ἐκάστης μοίρας εἶναι τρεῖς, ἅς τριττύας τε καλοῦσι καὶ φρατρίας, ἐκάστης δὲ τούτων τριάκοντα εἶναι γένη, τὸ δὲ γένος ἐκ τριάκοντα ἑκαστον ἀνδρῶν συνεστάναι. Τούτους δὲ τοὺς εἰς τὰ γένη τεταγμένους γεννήτας καλοῦσι.

Cf. Mæris Att. p. 193, 16 ed. Bekk.: Γεννηταὶ καὶ τὸ πρῆγμα καὶ τὸ ὄνομα. Εἰσὶ δὲ οἱ γεννηταὶ τοιοῦδε τι ἢ πόλις ἢ τῶν Ἀθηναίων τὸ παλαιὸν διακεκόσμητο δῖχα, εἰς τε τοὺς γεωργοὺς καὶ δημιουργοὺς· οὗτοι δὲ πάλιν διήρητο εἰς φυλάς δ', αἱ δὲ φυλαὶ ἐκάστη εἰς τριττύς, εἰς δὲ ἐκάστην τριττῶν εἰσῆχθη γένη λ', οὐθὲν ἀφ' αἵματος ἀλλήλοις προσήκοντες, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ γένους οὕτως κατονομασμένοι. In his deesse primum eὐπατριδῶν, deinde ἰθῶν mentionem jamdudum a multis observatum est. Pleniora partim apud Harpocratonem et Pollucem. Harpocr. s. Τριττύς. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος (§ 8). Τριττύς ἐστὶ τὸ τρίτον μέρος τῆς φυλῆς αὐτῆ γὰρ διήρηται εἰς τρία μέρη, τριττύς καὶ ἰθῶν καὶ φρατρίας, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων Πολιτείᾳ, quæ habent eadem Photius et Suidas ubi frustra lectionem φατρίας defendere conatus est Bernhardus; Harpocr. s. Γεννήται· οἱ τοῦ αὐτοῦ γένους κοινωοῦντες. Διηρημένων γὰρ ἀπάντων τῶν πολιτῶν κατὰ μέρη, τὰ μὲν πρῶτα καὶ μέγιστα μέρη ἐκαλοῦντο φυλαί, ἐκάστη δὲ φυλὴ τριττῆ διήρητο καὶ ἐκαλεῖτο ἑκαστον μέρος τούτων τριττύς καὶ φρατρία. Πάλιν δὲ τῶν φρατριῶν ἐκάστη διήρητο εἰς γένη λ', ἐξ ὧν αἱ ἱερῶσυναὶ αἱ ἐκάστοις προσήκου-

σαι ἐκληροῦντο.... Οὗχ οἱ συγγενεῖς μέντοι ἀπλῶς καὶ οἱ ἐξ αἵματος γεννηταὶ τε καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἐκαλοῦντο, ἀλλ' οἱ ἐξ ἀρχῆς εἰς τὰ καλούμενα γένη κατανεμηθέντες. Φιλόχορος δ' ἐν τῇ δ' (fr. 91 Müll.) φησὶ πρότερον δημογάλακτας ὀνομάζεσθαι οὐδ νῦν γεννήτας καλοῦσιν. Pollux On. VIII, 111: Ὅτε μέντοι τέτταρες ἦσαν αἱ φυλαί, εἰς τρία μέρη ἐκάστη διήρητο, καὶ τὸ μέρος τοῦτο ἐκαλεῖτο τριττύς καὶ ἔθνος καὶ φρατρία. Ἐκάστου δὲ ἔθνους γένη τριάκοντα ἐξ ἀνδρῶν τοσούτων, ἃ ἐκαλεῖτο τριακάδες καὶ οἱ μετέχοντες τοῦ γένους γεννηταὶ καὶ δημογάλακτες, γένοι μὲν οὐ προσήκοντες, ἐκ δὲ τῆς συνόδου οὕτως προσγορευόμενοι. Τρία δ' ἦν τὰ ἔθνη πάλαι, εὐπατρίδαι, γεωμόροι, δημιουργοί. Cf. præterea Lex. rhet. Seguer. p. 227, 9, 231, 23 Bekk., Schol. in Platon. Menon. p. 382, Suidas s. Γεννήται, Etymol. M. p. 226, 13. Hesych. s. Γεννήται.

6 (375).

Servius ad Virgil. Georg. I, 19: *Uncique puer monstrator atrari: Alii Triptoleum alii Osirim volant quod magis verum est, nam Triptolemus frumenta divisit Varro de scenicis originibus vel Scauro: Triptoleum dicit Nigidius .. Ergo Osiris significatur, ut Φιλοστράτος παρὶ Εὐρημάτων (fr. 28 Müll.), vel Epimenides qui postea Buzyges dicitur secundum Aristotelem. Cf. Probus ib. p. 29, 22 ed. Keil.: Quidam putant Triptoleum Atticum dici ... quidam Buzygen, qui primus junctis existimatur ad arandum usus. Plinius Nat. Hist. VII, 57: *Bovem et aratrum (invenit) Buzyges Atheniensis, ut alii Triptolemus*, Schol. Iliad. σ, 483: Καὶ ἀροτρον δὲ πρῶτος Ἐπιμενίδης ὁ καὶ Βουζύγης ἐξευξε, Hesychius s. Βουζύγης· ἥρως Ἀττικὸς ὁ πρῶτος βοῦς ὑπὸ ἀροτρον ζεύξας ἐκαλεῖτο δὲ Ἐπιμενίδης. Καθίστατο δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ὁ τοὺς ἱερούς ἀρότους ἐπιτελῶν Βουζύγης. De ultimo cf. Append. Prov. I, 61 in Paræmiogr. ed. Gott. t. I, p. 388 et Schol. Aristid. p. 473 Dind., Lex. Rhetor. Seguer. p. 221, 8 Bekk.: Βουζύγια· γένος τι Ἀθηνησιν, ἱερῶσυνην τινὰ*

æquabilitatem constituit rempublicam, quod dignitate patricii, utilitate agricolæ, artifices numero viderentur præcellere. Nam eum primum fuisse in plebem, ut auctor est Aristoteles, propensum et dominatum deposuisse, testari Homerum quoque in Navium catalogo apparet, qui solos Atheniensis populum vocat. Signavit etiam nummum incuso bove, vel ob taurum Marathonium, vel ob Minois ducem, vel ad agriculturam cives incitans. Hinc ferunt Hecatombæon et Decabæon dictum.

5.

Aristoteles dicit universam populi multitudinem in ARISTOTELES. VOL. IV.

Attica in rusticos et operarios divisam esse; tribus eorum esse quattuor; tribuum singularum ternas esse partes, quas Trittyes sive Phratrias appellent, phratrias uniuscujusque gentes esse tricenas; singulas gentes virorum esse tricenorum; eos autem qui ad unam eandemque gentem pertineant, appellari γεννήτας.

Trittyes tribus tertia pars est: nam tribus in tres dividitur partes, quas trittyes sive gentes sive phratrias dicunt, uti tradidit Aristoteles in Atheniensium Republica.

ἔχον· Βουζύγης γάρ τις τῶν ἥρώων πρῶτος βοῦς ζεύξας τὴν γῆν ἤροσε καὶ εἰς γεωργίαν ἐπιτήθειον ἐποίησεν, ἀφ' οὗ γένος καλεῖται Βουζύγια. Müllerus hæc ad librum περὶ Εὐρημάτων retulit fr. 258, ob Plutarchum V. Solon. c. 12, cum Grashofio et Rosio ad Atheniensium Politiam potius referenda sunt.

7 (376).

Photius Lex. s. Ναυκραρία : τὸ πρότερον οὖτως ἐκάλου, ναυκραρία καὶ ναύκραρος· ναυκραρία μὲν ὅποιόν τι ἢ συμμορία καὶ ὁ δῆμος, ναύκραρος δὲ ὅποιόν τι ὁ δῆμαρχος, Σόλωνος οὕτως ὀνομάσαντος, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησί. Καὶ ἐν τοῖς νόμοις δέ· « ἂν τις ναυκραρίας ἀμφισβητῇ, » καὶ· « τοὺς ναυκράρους τοὺς κατὰ τὴν ναυκραρίαν. » Ὑστερον δὲ ἀπὸ Κλεισθένους δῆμοι εἰσι καὶ δῆμαρχοι ἐκλήθησαν. Ἐκ τῆς Ἀριστοτέλους πολιτείας ὃν τρόπον διέταξε τὴν πόλιν ὁ Σόλων· « φυλαὶ δὲ ἦσαν τέσσαρες καθάπερ πρότερον καὶ φυλοδρασιλεῖς τέσσαρες· ἐκ δὲ τῆς φυλῆς ἐκάστης ἦσαν νενημημένοι τριττύες μὲν τρεῖς, ναυκραρίαὶ δὲ δώδεκα καθ' ἐκάστην ». Ὁ Κλεισθένης ἐν τῇ τρίτῃ φησίν, ὅτι Κλεισθένους δέκα φυλὰς ποιήσαντος ἀντὶ τῶν τεσσάρων, συνέθη καὶ εἰς πενήκοντα μέρη διαταγῆναι· αὐτοὺς δ' ἐκάλου ναυκραρίας, ὥσπερ νῦν εἰς τὰ ἑκατὸν μέρη διαιρειθῆντα καλοῦσι συμμορίας.

In codicis lectione : Καὶ ἐν τοῖς νόμοις δέ, nihil mutandum est, nisi quod fortasse ἴστίν excidit. Müllerus λέλεκται addendum esse conjiciebat. Minus felix idem est, quum in sequentibus, omisso Aristotelis nomine, legi vult : Ἐκ τῆς πολιτείας ὃν τρόπον διέταξε τὴν πόλιν ὁ Σόλων. Ceterum hanc mentionem ad præcedentia potius quam ad sequentia pertinere arbitror. Ad priorem locum qui verba ex ipsis legibus Solonis continet, apte comparat Rosius quæ apud eundem

Photium p. 59, 13 s. v. Ἠγεμονία δεκαστῶν leguntur ἂν τις ἱερωσύνης ἀμφισβητῇ, cf. Pollux VIII, 90 : ἱερωσύνης ἀμφισβητήσης.

Cf. Pollux VIII, 108 : Δῆμαρχοι οἱ κατὰ δῆμους ἄρχοντες ἐκαλοῦντο δὲ τῶς ναύκραροι, οἱ καὶ οἱ δῆμοι ναυκραρία. Ναυκραρία δ' ἦν τῶς φυλῆς δωδέκατον μέρος, καὶ ναύκραροι ἦσαν δώδεκα, τῆταρες κατὰ τριττὸν ἐκάστην. Τὰς δ' εἰσφοράς τὰς κατὰ δῆμους διεχειροτόνουον οὗτοι καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀναλώματα. Ναυκραρία δ' ἐκάστη δύο ἰππέας παρεῖχε καὶ ναῦν μίαν, ἀφ' ἧς ἴσως ὀνόμαστο. Hesy chius s. Ναύκλαροι· Δῆμαρχοι ... ἀφ' ἐκάστης φυλῆς δώδεκα, οἵτινες ἀφ' ἐκάστης χώρας τὰς εἰσφοράς ἐξέλεγον· ὕστερον δὲ δῆμαρχοι ἐκλήθησαν.

8 (377).

Harpocraton s. v. Ἰππᾶς : Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ Ἀπολλοδώρου κλήρου (§ 39)· « Ἀπεγράφω μὲν τμήμα μικρὸν ὡς ἰππᾶδα τελῶν. » Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων Πολιτεία φησὶν ὅτι Σόλων εἰς τέτταρα διέμελλε τὴν πᾶν πληθὸς Ἀθηναίων, πεντακοσιομίξιμους καὶ ἰππέας καὶ ζευγίτας καὶ θήτας.

Eadem apud Photium apud quem hæc adduntur verba : Τῶν οὖν ἰππέων αἱ ἰππᾶδες, quæ etiam in cod. D Harpocratonis leguntur. Cf. Plutarch. Sol. c. 18.

9 (378).

Harpocraton s. v. Θῆτες καὶ θητικὸν : .. Εἰς τέσσαρα διηρημένης παρ' Ἀθηναίους τῆς πολιτείας οἱ ἀπορώτατοι ἐλέγοντο θήτες καὶ θητικὸν τελεῖν. Οὗτοι δὲ οὐδεμίᾳς μετεῖχον ἀρχῆς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης δηλοῖ ἐν Ἀθηναίων Πολιτεία. Ὅτι δὲ οὐκ ἐστρατεύοντο εἶρχε καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν. Cf. Photius et Suidas s. v.

7.

Naucraria. (Prius nomina *naucraria* et *naucrarus* in usu erant. *Naucraria* idem fere valet quod *symmoría* et *demus* : *naucrarus* idem fere quod *demarchus*, Solone sic nominante, ut *Aristoteles* quoque tradit. Et in legibus Solonis hæc sunt : « Si quis de *naucraria* in controversiam vocatur » et « *Naucraros* secundum *naucrarias*. » Postea vero a temporibus *Clisthenis demí* et *demarchi* nominabantur. Ex *Aristotelis Politia* de ratione qua *Solon* civitatem constituerit : « Tribus erant quattuor, ut antea, tribuum reges item quattuor ; singule tribus in ternas *trittyas* et *duodenas naucrarias* divisæ erant. » *Clidemus* libro tertio dicit : « Quum *Clisthenes* decem tribus substituisset quattuor illis, quæ antea fuerant, factum est, ut in *quinquaginta* quoque partes *Athenienses* dividerentur, eosque ita divisos vocabant

naucrarias, ut nunc in centum partes divisos vocant *symmorías*. »

8.

Aristoteles in *Atheniensium Politia* dicit *Solonem* omnem *Atheniensium* populum in quattuor classes e censu descriptas divisisse, in *pentacosiohedianos*, *equites*, *zeugitas* et *thetes*.

9.

Republica apud *Athenienses*, in quattuor classes *divisa*, tenuissimi *thetes* (*mercenarii* et *opifices*) et *θητικὸν τελεῖν* (*mercenariorum* vel *opificum* classi *accenseri*) dicebantur. *His* magistratu *fungi* non licebat, ut *Aristoteles* declarat in *Republica Atheniensium*, nec *μιλιταβαν*, ut *Aristophanes* quoque in *Deotalensibus* ait.

10 (379).

Harpocration v. Πεντακοσιομέδιμνον
 "Οτι δ' ἔτι ἐποίησεν Ἀθηναίων ἀπάντων Σόλων,
 ὧν ἦσαν καὶ οἱ πεντακοσιομέδιμνοι; δεδήλωκεν
 Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων Πολιτείᾳ. Ex Harpo-
 cratione eadem Photius.

Totam hanc divisionem ex Aristotele expres-
 sit Pollux VIII, 129 sq. : Τιμήματα δ' ἦν τέτταρα
 πεντακοσιομέδιμων, ἰππέων, ζευγιῶν, θητικῶν. Οἱ
 μὲν ἐκ τοῦ πεντακῶσια μέτρα ξηρὰ καὶ ὑγρά ποιεῖν
 κληθέντες ἀνήλισκον δ' εἰς τὸ δημόσιον τάλαντον·
 οἱ δὲ τὴν ἰππάδα ταλοῦντες ἐκ μὲν τοῦ δύνασθαι
 τρέφειν ἵππους κακῆσθαι δοκοῦσιν· ἐποίησαν δὲ μέτρα
 τριακῶσια, ἀνήλισκον δὲ ἡμιτάλαντον· οἱ δὲ τὸ
 ζευγησίον ταλοῦντες ἀπὸ διακοσίων μέτρων κατε-
 λέγοντο, ἀνήλισκον δὲ μῶα δέκα· οἱ δὲ τὸ θητικὸν
 οὐδεμίαν ἀρχὴν ἤρχον, οὐδὲ ἀνήλισκον οὐδέν. Cf.
 Schol. in Platon. Rempubl. p. 415 Bekk. et
 Plutarch. V. Solon c. 18.

11 (380).

Photius Lex. s. v. Πελάται : Οἱ παρὰ τοῖς
 πλησίον ἐργαζόμενοι καὶ θῆτες· οἱ αὐτοὶ καὶ ἐκτημό-
 ροι, ἐπειδὴ ἕκτω μέρει τῶν καρπῶν ἐργάζοντο τὴν
 γῆν. Id. in altera glossa : Πελάται : Οἱ μισθῶ
 δουλεύοντες, ἐπεὶ τὸ πῖλας ἐγγύς, ὅσον ἐγγιστα διὰ
 πένταν προσιώντες. Ἀριστοτέλης. Cf. Schol. in
 Platon. Euthyphr. p. 327 Bekk. : Πελάτης δ' ἀντὶ
 τροφῶν ὑπηρετῶν καὶ προσπλάζων, ἀπὸ τοῦ πῖλας
 ἦτοι ἐγγύς, ἐκαλεῖτο δ' δι' ἔνδειαν προσιών, μίσθιος
 δὲ ὑπηρετῶν. Pollux IV, 165 : Ἐκτημόριοι δὲ οἱ
 πελάται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Idem III, 82 : Πελάται
 δὲ καὶ θῆτες ἀλυθέρων ἐστὶν ὀνόματα διὰ πένταν ἐπ'
 ἀργύρω δουλευόντων. Apud Etym. Gudian. p. 165,
 52 : Ἐλωτες ... Οἱ αὐτοὶ δὲ παρὰ Ἀθηναίους θῆτες
 λέγονται, παρὰ Ἀργαίους γυμνήτες, παρὰ Θεσσαλοῖς
 πενίσται, παρὰ Κρησὶ πελάται, ultimum male pro
 κληρωταὶ positum est. Ceterum cf. Ruhnken. ad
 Timæum s. Πελάτης.

10.

Solonem omnes Athenienses in quattuor classes divi-
 sisse, e quibus erant pentacosiomedimni, declaravit
 Aristoteles in Atheniensium Republica.

11.

Pelatae, qui mercede serviunt; nomen derivandum a
 voce πῖλας i. e. prope, ut πελάται sint proxime propter
 paupertatem accedentes. Aristoteles.

12.

Legibus suis omnibus Solon auctoritatem in centum
 annos esse voluit, suntque inscriptae ligneis tabulis,
 quae ἀξονες dictae, quadrangulis ligneis inserti conver-

12 (381).

Plutarch. Vita Solonis c. 25 : Ἴσχον δὲ τοῖς
 νόμοις πᾶσιν εἰς ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς ἔδωκε· καὶ καταγρά-
 φησαν εἰς ξυλίνοὺς ἀξονας ἐν πλαίσιοις περιέχουσι
 στρεφόμενους, ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἐν κρυτανεῖῳ λειψανα
 μικρὰ διεσώζετο· καὶ προσηγορεύθησαν, ὡς Ἀριστο-
 τέλης φησί, κύρβεις Ἐνιοὶ δὲ φασιν ἰδίως ἐν
 οἷς ἱερὰ καὶ θυσίαι περιέχονται κύρβεις, ἀξονας δὲ
 τοὺς ἄλλους ὀνομάσθαι. Cf. Schol. Aristophan.
 Aves. 1354 : Κύρβεις, χαλκαὶ σανίδες ἐνθα τοὺς
 νόμους γράφουσιν. Κατὰ δὲ ἐνίου, ἀξονας τρίγωνοι,
 ἐν οἷς ἦσαν οἱ τῶν πόλεων νόμοι γεγραμμένοι καὶ αἱ
 δημόσιαι ἱεροποῖαι (καθὰπερ καὶ Ἀριστοτέλης
 ἐν τῇ τῶν Ἀθηναίων Πολιτείᾳ φησὶ καὶ Ἀπολλόδο-
 ρος)· κύρβεις δὲ ἦτοι παρὰ τὸ κεκορυμῶσθαι εἰς ὑψος
 ἀνατεταμένον ἢ ἀπὸ τῶν Κορυβάντων· ἐκείνων γὰρ
 εὐρημα, ὡς φησὶ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Εὐσεβείας.
 (Cf. Porphy. de Abstin. p. 94, 19 Nauck.
 Photius s. v. Κύρβεις, Bernays, Theophrastos
 Schriftüber Frömmigkeit, Berl. 1866, p. 37 et 165
 sq.) Harpocrat. s. Κύρβεις. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ
 τῆς ἱερείας. Κύρβεις φησὶν Ἀπολλόδορος ἐν τοῖς
 περὶ Θεῶν (fr. 24, 25 apud Müll. Fragm. Hist.
 gr.) ... Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Ἀθηναίων Πολι-
 τείᾳ φησὶν· « Ἀναγράφαντες δὲ τοὺς νόμους εἰς τὰς
 κύρβεις ἕστησαν ἐν τῇ στοᾷ τῇ βασιλείᾳ » (βασιλίδι
 eod. D). Cf. Schol. Apollon. Rhodii IV, 280.

Qui primus legitur in altero indice apud
 Anonymum titulus : Περὶ τῶν Σόλωνος ἀξόνων, ε',
 librum fortasse, sive potius partem libri desi-
 gnat in quo omnia quae ab Aristotele de Solonis
 legibus dicta erant in unum collecta contine-
 bantur. Cf. infra fr. 38.

13 (382).

Gellius N. Att. II, 12 : In legibus Solonis illis
 antiquissimis, quae Athenis axibus ligneis incisae
 sunt, quasque latas ab eo Athenienses, ut sem-
 piternae manerent, pœnis et religionibus sanxe-

tuntur, earumque etiam reliquiae quaedam in Prytaneo
 asservantur. Aristoteles κύρβεις cognominatas esse auc-
 tor est ... Nonnulli seorsum cyrbes vocatos dicunt, qui-
 bus continebantur leges sacrarum et sacrificiorum, ce-
 teras axones fuisse appellatas.

Cyrbes erant tabulae aeneae, quibus leges inscripserunt.
 Secundum nonnullos erant axes trianguli, in quibus
 scriptae erant leges civiles et quae ad procuracionem sa-
 crorum publicorum pertinent, sicuti etiam Aristoteles
 in Atheniensium Republica et Apollodorus tradunt.

Aristoteles in Atheniensium Republica dixit : « Leges
 in cyrbes inscriptas in stoa regia erexerunt. »

runt, legem esse ARISTOTELES refert scriptam ad hanc sententiam : Si ob discordiam dissensionemque seditio atque discessio populi in duas partes fiet et ob eam causam irritatis animis utrimque arma capientur pugnabiturque, tum qui in eo tempore in eoque casu civilis discordiæ non alterutra parte sese adjunxerit, sed solitarius separatique a communi malo civitatis secesserit, is domo patria fortunisque omnibus careto, exsul extorrisque esto.

Cf. Plutarch. Vita Solon. c. 20 : Τῶν δ' ἄλλων αὐτοῦ νόμων ἴδιος μὲν μάλιστα καὶ παράδοξος ὁ καλεῖται ἄτιμον εἶναι τὸν ἐν στάσει μηδετέρας μερίδος γενόμενον. Idem De sera numinis vind. c. 4 : Παραλογώτατον δὲ τὸ τοῦ Σολωνος ἄτιμον εἶναι τὸν ἐν στάσει πόλεως μηδετέρας μερίδι προσθήμενον μηδὲ συστασιάσαντα. Hujus legis Aristotelem in libris perit. Νόμων δ', apud Anonymum tantum occurrentibus, mentionem fecisse temere suspicabatur Stahrius, cf. Jahn. Jahrb. für Philol. u. Pæd. Supplem. t. IV, p. 249.

14 (383).

Plutarch. V. Solon. c. 32 : Ἡ δὲ δὴ διασπορὰ κατακαυθέντος αὐτοῦ (τοῦ Σολωνος) τῆς τέφρας περὶ τὴν Σαλαμινίω νῆσον ἔστι μὲν διὰ τὴν ἀτοκίαν ἀπίθανος παντάπασι καὶ μυθώδης, ἀναγέγραπται δὲ ὑπὸ τε ἄλλων ἀνδρῶν ἐξιολόγων καὶ Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου.

Idem de Lycurgo in Creta mortuo narratum esse ab Aristocrate apud Plutarchum in Vita Lyc. c. 31 monet Müllerus.

15 (384).

Schol. Aristoph. Acharn. 234 : Παλλήναδε : Οἱ Παλλήνηεις δῆμός ἐστι τῆς Ἀττικῆς, ἐνθα Πεισιστράτῳ βουλομένῳ τυραννεῖν καὶ Ἀθηναίους ἀμυνομένοις αὐτὸν συνέστη πόλεμος .. Μέμνηται δὲ τούτου καὶ Ἀνδρότιων καὶ Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων Πολιτείᾳ.

Cf. Photius v. Τὸ ἀπὸ τῆς Παλληνίδος : Τὸ φοβε-

ρὸν ἀπὸ τῆς ἐπὶ Παλληνίδι μάχης ἐν ᾗ ἤττηθησαν Ἀθηναῖοι, et de re Herodot. I, 62.

16 (385).

Schol. Aristoph. Lysistr. 665 : Λυκόποδες : λυκόποδας ἐκάλουον, ὡς μὲν Ἀριστοτέλης, τοὺς τῶν τυράννων δορυφόρους· τοὺς γὰρ ἀκμαζόντας τῶν οἰκετῶν ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος φυλακῇ ἔλαθον. Λυκόποδες δὲ ἐκαλοῦντο ὅτι διὰ παντὸς εἶχον τοὺς πόδας λύκων δέρμασι περιεκαλυμμένους ὥστε μὴ ἐπικαίεσθαι ἐκ τοῦ περιέχοντος. Τινὲς δὲ λυκόποδας διὰ τὸ ἔχειν ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ἐπίσημον λύκον. Ὁ δὲ Ἀριστοφάνης ἔφη τοὺς νῦν λεγομένους Ἀλκμαωνίδας οὗτοι γὰρ πόλεμον ἀράμνοι πρὸς Ἴπκίαν τὸν τύραννον καὶ τοὺς Πεισιστρατίδας ἐπέχισαν τὸ Λειψύδριον.

Λειψύδριον χωρίον τῆς Ἀττικῆς, ὑπὸ τὴν Πάρνηθον, εἰς δὲ συνῆλθον τινες τῶν ἐκ τοῦ ἄστεος, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων Πολιτείᾳ.

Eadem Suidas v. Λυκόποδες, qui tamen in initio fragmenti nomen Aristotelis omittit. Cf. Apostol. Prov. X, 91, Photius s. v. Λυκόποδας : Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ· τοὺς πρὸς Ἴπκίαν ἀγωνισαμένους ἐπὶ Λειψυδρίῳ ὡς γενναίους· ἔλαθον γὰρ τοὺς δορυφόρους τῶν τυράννων διὰ τὸ κατελειθεῖν δέρμασι τοὺς πόδας καὶ λυκόποδας εἶναι· ἢ διὰ τὸ λύκον ἔχειν ἐπίσημον ἐπὶ ταῖς ἀσπίσιν ἀπὸ Διονύσου (ita recte Rosius pro Διονυσίου) πρώτου. Ad Aristotelem sine dubio referenda sunt quæ habent Etymol. M. p. 361, 32, Suidas s. v. Ἐπὶ Λειψυδρίῳ μάχη, Apostol. VII, 70, Eustath. in II. δ p. 461, 20 ed. Roman. Cujus hæc sunt verba : Ἦν δὲ Λειψύδριον χωρίον, φασίν, ὑπὲρ τῆς Σπάρτης (ita male pro ὑπὸ τὴν Πάρνηθον Hesych. Suidas, Apost. vitiose ὑπὲρ τῆς Πάρνηθος), δὲ ἐπέχισαν οἱ φυγάδες τῶν τυράννων, ὧν οἱ Ἀλκμαωνίδαι προειστήχισαν. Ἐκπολιορχηθέντων δ' αὐτῶν ὑπὸ τῶν περὶ Πεισιστρατον, σχολιὸν εἰς αὐτοὺς ἤδετο, ἤγουν μέλος τι ἐψάλλετο παροίνιον τοιοῦτον· Αἰαὶ Λειψύδριον προδωσάταιρον, οἶους ἀνδρας ἀπώλεσας μάχεσθαι τ' ἀγαθούς (μάχεσθαι ἀγαθούς γε correx. Leutschius) καὶ εὐπατρίδας, ὅπότ' (οἱ τότε) apud Athenæum

14.

Cremati Solonis cineres sparsos esse apud Salaminem insulam tantum habet absurdi, ut omnino fidem non mereri, sed commentum judicari possit : tamen id factum scripsere cum alii fide digni auctores, tum Aristoteles etiam philosophus.

15.

Pallenensium demus Atticus est, in quo Pisistratus, quum tyrannide potiri vellet et Athenienses repulsurum manum conseruerunt ... Meminit hujus rei Androtion et Aristoteles in Atheniensium Republica.

16.

Lycopodes appellabantur, ut Aristoteles tradit, satellites tyrannorum. Servos enim robustos ad corporis custodiam adhibere solebant, qui Lycopodes appellabantur, quod pedes pellibus lupinis perpetuo tectos haberent, ne ab aere adurerentur, vel quod in clypeis lupum pro insigni gererent. Aristophanes vero sic Alkmaeonidas vocat, qui quum bellum Hippiae tyranno et reliquis Pisis-tratidis intulissent, Lipsydrium munierunt.

Lipsydrium vero est Atticæ locus ad Parnethum montem, quo ex urbe quidam convenerunt, ut scribit Aristoteles in Atheniensium Republica.

XIV p. 695, F; omittit hæc cum sqq. Eustathius) ἰδεῖν οὖν πατέρων ἔσαν. Cf. Hesych. s. Λεψύδιον, et de scolio Bergk, Poetæ lyrici p. 1291 ed. tert.

17 (386).

Schol. Aristoph. Lysistr. 1153 : Ἀριστοτέλης φησὶ μετὰ τὸν Ἰππάρχου θάνατον χρησάμενον γενέσθαι τοῖς Λάκωσι καταλύειν τὴν τυραννίδα, τῆς Πυθίας, ὡς οἱ Ἀλκμαιωνίδαι ἐμισθώσαντο τὸν ἐν Δελφοῖσι νεῶν οἰκοδομῆν, συνεχῶς τοῦτο χρώσας αὐτοῖς μαντευομένοις, ἕως πρότερον μὲν Ἀγχιμόλιον ἐπεμψαν κατὰ θάλασσαν, ἀποκρουσθέντος δὲ αὐτοῦ ὀργισθέντες οἱ Λάκωνες Κλεισμένη τὸν βασιλεῖα σὺν μεϊζονὶ ἐξέπεμψαν στόλῳ, καὶ νικήσας τοὺς Θεσσαλοὺς εἰσῆλθεν εἰς τὴν Ἀττικὴν καὶ τὸν Ἰππίαν συνέκλεισεν εἰς τὸ Πελασγικὸν τεῖχος, ἕως οἱ παῖδες τῶν τυράννων ἐξιώντες ἐάλωσαν.

Rem pluribus narrat Herodotus V, 62-65, qui, quum ipse addat c. 63 in. : Ὡς οἱ Ἀθηναῖοι λέγουσιν, ex eodem se fonte hausisse indicare videtur quo et Atthidum scriptores et ipse Aristoteles postea usi sunt.

18 (387).

Schol. Aristoph. Vesp. 503. Εἰ τὴν Ἰππίου καθίσταμαι τυραννίδα : χαλεπὴ γὰρ ἡ τοῦ Ἰππίου τυραννὶς ἐδόκει γεγενῆσθαι, πολλὴ τῆς τοῦ πατρὸς Πεισιστράτου χείρου. Μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ ἐν Λυσιστράτῃ (v. 619). Εἰκότως δὲ τισσάρων ὄντων κατ' ἐπίου τῶν Πεισιστρατιδῶν τὸν Ἰππίαν παρέλαβεν πρεσβύτατος γὰρ ἦν αὐτὸς καὶ τὴν τυραννίδα εἶχε, καθὰ καὶ Θουκυδίδης (I, 20. VI, 54-59) φησὶ. Δοκεῖ δὲ ἡ τυραννὶς καταστῆναι, ὡς φησιν

17.

Aristoteles dicit post mortem Hipparchi oraculum datum esse Lacedæmonis, quo tyrannidem Pisistratidarum evterere juberentur. Pythiam enim, quum Alcæonidæ templum Delphicum reedificandum conduxisent, hoc semper responsum dedisse, quoties Lacedæmonii oraculum consulerent. Tandem eos misisse primum quidem mari Anchimollum; deinde Anchimollo repulso, iratos emisisse cum majori exercitu regem Cleomenem. Hunc Thessalis prælio victis, in Atticam invasisse, atque Hippiam muro Pelasgico inclusum obsessisse usquedum filios Pisistratidarum exeuntes cepissent.

18.

Hippiæ tyrannis gravis videtur fuisse et multo pejor quam patris ejus Pisistrati. Meminit Hippie Aristophanes in Lysistrata quoque; jure autem, quum, ut nonnulli auctores sunt, quattuor fuerunt Pisistratidæ Hippiam ac-

Ἐρατοσθένης, ἐπὶ ἔτη ν', τοῦ ἀκριβοῦς διαμαρτάνων, Ἀριστοτέλους μὲν τεσσαράκοντα καὶ ἐν φήσαντος, Ἡρόδοτου δὲ (V, 65) ἐξ καὶ τριάκοντα.

Ἀριστοτέλους e conjectura Bentleius pro Ἀριστοφάνους quod in codd. est, probante G. Dindorfio : Apollodori nomen scribendum esse suspicatus est Schneidewin. ad Heracl. Pont. Polit. p. 38, apud quem legitur : Πεισιστράτους τριάκοντα τρία ἔτη τυραννίσας, γηράσας ἀπέθανεν. Pro τεσσαράκοντα καὶ ἐν, Meursius et Bournot. *Philologus*, t. IV, p. 272, να' emendare voluerunt, ut legitur in Aristotelis Polit. V, 9, 23.

19 (388).

Harpocraton v. Ναυκραρικά : ... Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων Πολιτεία φησὶ : « Κατέστησε δὲ (ὁ Κλεισθένης) δημάρχους τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐπιμέλειαν τοῖς πρότερον ναυκράροις δήμους (codd. male δημίους sive δημαίους) ἀντὶ τῶν ναυκράρων (leg. ναυκραριῶν) ἐποίησαν. Eadem melius Schol. Aristoph. Nub. 37 : Ἀριστοτέλης δὲ περὶ Κλεισθένου; φησὶ : « Κατέστησε καὶ δημάρχους τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐπιμέλειαν τοῖς πρότερον ναυκράροις : καὶ γὰρ τοὺς δήμους ἀντὶ τῶν ναυκραριῶν ἐποίησεν ».

Ad eundem locum Aristotelis referenda sunt quæ apud Harpocratonem leguntur s. v. Δημάρχος : ... ἄρχων τις ἦν ὁ δημάρχος οὗτοι δὲ τὰς ἀπογραφὰς ἐποιούντο τῶν (ita cod. N et Boeckh, *Staashaush. der Athen.* t. I, p. 471; προσόντων ἑκάστῳ codd. DE) ἐν ἑκάστῳ δήμῳ χωρίων. Ἔτι δὲ καὶ τὰ ληξιαρχικὰ γραμματεῖα παρὰ τοῦτοις ἦν καὶ συνῆγον τοὺς δήμους ὁπότε δεήσαστε καὶ ψῆφρον αὐτοῖς ἐδίδοσαν. Τούτους δὲ φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων Πολιτεία ὑπὸ Κλεισθένου κατασταθῆναι,

cepit. Natu enim maximus erat et tyrannidem exercuit, sicut et Thucydides narrat. Tyrannis vero videtur ad quinquaginta annos stetisse, ut dicit Eratothenes, non satis accurate, quum Aristoteles unum et quadraginta, Herodotus vero sex et triginta dicat.

19.

Aristoteles in Atheniensium Republica de Clisthene dicit : Constituit demarchos eadem munia quæ olim naucrari obeuntes : etenim demos naucrarium loco fecerat.

Demarchus magistratus quidam erat. Hi agros et loca ad singulos pagos pertinentia inscribebant, tabulas lexicarchicas asservabant, pagosque, quum res postularet, convocabant. Hos ait Aristoteles in Atheniensium Republica Clisthenem instituisse, eadem habentes munia quæ antea habuerant naucrari.

τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐπιμαίειαν τοῖς πρότερον ναυκρά-
ροις. Ὅτι δὲ ἠγκυρίαζον οἱ δῆμαρχοι δηλοῖ Ἀριστο-
φάνης ἐν Σαφῆς καταλαμβάνουσας.

Eadem apud Suidam, Eudociam p. 108, Hesych., Etym. M., Lex. rhet. Seguer. p. 237, 8. 242, 16 Bekk., Polluc. VIII, 108

20 (389).

Plutarch. V. Themistocli. c. 10 : Κρατήσεως δὲ τῆ γνώμῃ (ὁ Θεμιστοκλῆς) ψήφισμα γράφει, τὴν μὲν πόλιν παρακαταθέσθαι τῇ Ἀθηνῇ « τῇ Ἀθηναίων μεδεούσῃ », τοὺς δ' ἐν ἡλικίᾳ πάντας ἐμβαίνειν εἰς τὰς τριήρεις, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας καὶ ἀνδράποδα σώζειν ἕκαστον ὡς δυνατόν ... Οὐκ ὄντων δὲ δημοσίων χρημάτων τοῖς Ἀθηναίοις Ἀριστοτέλης μὲν φησι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλήν κορίσσειν ἄκτῶ δραχμῆς ἕκαστῶ τῶν στρατευομένων αἰτωπάτην γενέσθαι τοῦ κληρωθῆναι τὰς τριήρεις· Κλειδῆμος δὲ καὶ τοῦτο τοῦ Θεμιστοκλέους ποιεῖται στρατήγημα ... Ἐκκλησούσης δὲ τῆς πόλεως τοῖς μὲν ἄκτον τὸ θέμα, τοῖς δὲ θαῦμα τῆς τολμῆς κρεῖττε γενεῆς (codd. γονεῆς quod Sintenis. emend.) μὲν ἄλλη προεμπόντων, αὐτῶν δ' ἀκίμπτων πρὸς αἰμαγῆς καὶ δάκρυα γόνων καὶ περιβολῆς διαπερύντων εἰς τὴν νῆσον. Καίτοι πολλοὶ μὲν οὐδ' ἔγρας ἀπολιμπανόμενοι τῶν πολιτῶν ἔλθον εἶχον ἦν δὲ τις καὶ ἐπὶ τῶν ἡμέρων καὶ συντόρῳν ζῶσαν ἐκυλίσσει γλυκυπομία μετ' ὀρυγῆς καὶ πόθου συμπεραθεύοντων ἐμβαίνουσι εἰς ἑκαστῶν τριήρευσιν. Ἐν οἷς ἱστανεῖται κύνων Ξανθίππου τοῦ Περικλέους κατὰς οἰα ἀνεσπόμενος τὴν ἐκ' αὐτοῦ μόνον ἐνὶ ναυόσθαι τῇ θαλάττῃ καὶ τῇ τριήρει παρανηγόμενος ἐκπεσεῖν εἰς τὴν Σαλαμίνα καὶ λειποθυμήσας ἀποθανεῖν εὐδὴς· οὐ καὶ τὸ δευκόμενον ἔχρη νῆλ καὶ κλειόμενον Κύνος σῆμα τέρων εἶναι λίγυσι.

20.

Quam sententiam Themistoclis (sc. oraculi avarum hincum de navibus intelligendam esse) comprehensa esse, decretum fuit. quo urbem Minerva tutelari Athenarum deo commendandam et omnes qui essent valida etate, triremes conscendere jubebat, liberorum vero et servorum quantum quantum posset saluti consulere. Quam publica pecunia non esset Aristonolibus, Aristoteles ait per Areopagitas maxime effectum ut triremes imperentur, qui singulis militibus octo drachmas deberint. Clidemus vero et hoc assignat Themistocli: consilio. Euvigante vero civitate, aliis hoc spectatum minime, aliis miraculum audacie novum, hincque alio demeritum, ipsorum autem imperitiam ad exultum fortissimamque et complexas parentum, qui in illam incertam temeritate mittent. Jam multi cives, qui ad gravem etiam relinquerentur, miserabilem rem. Persevera erat et mansuetis et demeritis amantibus, cum libere et demeritis amantibus consentientes aliter non, perseverant

Hanc rem, cujus mentionem Plutarchus iterum in Vita Catonis c. 5 injecit : Κύνος δὲ συντόρῳ γενόμενος καὶ συντόρῳ ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ Ξανθίππος ὁ κλειόμενος τὸν εἰς Σαλαμίνα τῇ τριήρει παρανηγόμενος, ὅτε τὴν πόλιν ὁ δῆμος ἐβίβλετο, ἐπὶ τῆς ἔκρας ἐκπέσειν ἦν Κύνος σῆμα μέχρι νῦν κλειόμενος, ab Aristotele et a Philochoro narratum fuisse testatur Elianus de Natura animal. XII, 35 : Πέπυσμα δὲ πρὸς τοῖς ἦδη μοι προσηγορευμένοι, κύνος γενέσθαι φιλοδοκῶντος, ὡς Ξανθίππου τοῦ Ἀρίφρονος μεταλιζόμενος γὰρ τῶν Ἀθηναίων εἰς τὴν ναῦς ἦνικα τοῦ χρόνου ὁ Πέρσης τὸν μέγαν πόλεμον ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἔφη, καὶ λέγοντες οἱ χρηματῶν εἶναι τοῖς Ἀθηναίοις τὴν μὲν κατὰ ἀπολιμπανῶν, ἐκπέσειν δὲ τῶν τριήρων, οὐδὲ οἱ κύνος τῷ προσηγορευμένῳ ἀκλειόμενος, ἀλλὰ συμπερατίζοντες τῷ Ξανθίππῳ, καὶ διανεγόμενοι ἐς τὴν Σαλαμίνα ἀπέβησαν (Jacobs. e conj. ἀπέβησαν, Siebelis ad Philochor. p. 48 ἀπέβησαν). Λέγεται δὲ ἐκ τούτου Ἀριστοτέλης καὶ Φιλόχορος. Ex Eliano, Plutarcho, Asclepiade eadem leguntur in Tzetis Chiliad. IV, 182.

21 (390).

Harpocration. s. v. Ἐλληνοτεταίρι ... Ὅτι ἐγγὺς τις ἦν οἱ Ἐλληνοτεταίρι οἱ διαχόμενοι τὰ χρέματα, καὶ Ἀριστοτέλης δηλοῖ ἐν τῇ Ἀθηναίων Πολιτείᾳ. Μνημονεύει δὲ καὶ Θεοπεδέας αἰσῶν ἐν ε' (I, 96).

Pro τὰ χρέματα, ut in codd. est, Rosius tradit. Excidit κοινῆ, quod legitur in Lex. Seguer. p. 248, 29 Bekk. Cf. ibid. p. 188, 16. Polluc. VIII, 114. Hesych. s. v.

oblectatio. Inter que Ξανθίππῳ canis referatur patris Periclis, non forent disjungi ab eo, in mare immittitur, ac juxta trivium ejus antea tenuisse Salamina; ubi deficientis, statim expirasse: canis esse monumentum dicitur id. quod monstratur ad hunc usque diem, et appellatur Canis sepulcrum.

Audiri prout ibi de quibus jam supra locutus sum fuisse canes dominorum valde amatos, quales habebat Ξανθίππῳς Ἀρίφρονος filius. Quam enim ingenti bello Perseorum in Grecia exarante, Ἀθηναίους, oraculi jussu, relicta patria, in civitatem emigraverunt, tam hinc inde, quem modo nominavi, canes una cum domino benevolentia ipsi ex Africa in Salamina mittendo trajecerunt. Hinc referunt Aristoteles et Philochorus.

21.

Μνημονεύει, κοινῆ γενεῆς καὶ πατρῶν, μεγάλους οὐδὲ, qui periculis administrabant, ut Aristoteles ait in Republica Ἀθηναίων.

22 (391).

Plutarch. V. Cimonis c. 10. : 'Ἦδη δ' εὐπορῶν ὁ Κίμων ἐφόδια τῆς στρατιᾶς, ἃ καλῶς ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐδοξεν ὠφεληθῆσαι, κἀλλιον ἀνηλισκεν εἰς τοὺς πολίτας. Τῶν τε γὰρ ἀγρῶν τοὺς φραγμοὺς ἀφείλεν, ἕνα καὶ τοῖς ἕνοις καὶ τῶν πολιτῶν τοῖς δεομένοις ἀδειῶς ὑπάρχη λαμβάνειν τῆς ὀπώρας, καὶ δαίπνον οἴκοι παρ' αὐτῶν λιτὸν μὲν ἀρκοῦν δὲ πολλοῖς ἵπποιετο καθ' ἡμέραν, ἐφ' ὃ τῶν πενήτων ὁ βουλόμενος εἰσῆι καὶ διατροφήν εἶχεν ἀπράγμονα μόνις τοῖς δημοσίοις σχολάζων. Ὡς δ' Ἀριστοτέλης φησὶν, οὐχ ἀπάντων Ἀθηναίων, ἀλλὰ τῶν δημοσίων αὐτοῦ Λακριαδῶν παρεσκευάζετο τῷ βουλομένῳ τὸ δαίπνον.

Cf. Theophrastus apud Cicer. de Offic. II, 18 : *Theophrastus quidem scribit Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitale m fuisse : ita enim instituisse et villicis imperavisse, ut omnia præberentur, quicumque Laciades in villam suam devertisset.* Aliter rem narraverat Theopompus apud Athenæum XII, p. 533, A, quem secutus est Cornel. Nepos in Vita Cimonis c. 4 et fortasse Heraclid. Pont. p. 5, 5 Schneidew., ubi male Ἐφιάλης pro Κίμων positum esse vidit Sintenis ad Plutarch. Pericl. p. 105. Ita vero ille : (Κίμων) τοὺς ἰδίους ἀγροὺς ὀπωρίζειν παρείχε τοῖς βουλομένοις, ἐξ ὧν πολλοὺς ἐδαίπνιζεν. Cf. infra fr. 24.

23 (392).

Plutarchus Vita Periclis c. 4 : Διδάσκαλον δ' αὐτοῦ (τοῦ Περικλέους) τῶν μουσικῶν οἱ κλειστοὶ Δάμωνα γινέσθαι λέγουσιν, ὃ φασι δεῖν τούνομα βραχύνοντας τὴν προτέραν συλλαβὴν ἐκφέρειν. Ἀριστοτέλης δὲ παρὰ Πυθοκλείδῃ μουσικὴν διαπονηθῆναι τὸν ἀνδρα φησὶν.

Hæc fortasse potius ad dialogum quam ad Rempublicam Atheniensium referenda sunt. Ceterum de Pythoclide cf. Platonis Protagor.

22.

Aristoteles Cimonem non omnibus Atheniensibus, sed curialibus suis Laciadis, quicumque ex iis vellent, cenam parasse scribit.

23.

In musicis plerique præceptorem fuisse Pericli Damonem tradunt. Aristoteles autem virum hunc apud Pythoclidem musicam tractasse memorat.

24.

His in populum gratis Cimonis institutis superatus Pericles ad publicorum bonorum divisionem animum adiecit, usus, ut Aristoteles auctor est, consilio Damonidis Cænsis. Itaque celeriter theatralibus ac præmiis judicio-

p. 316, D. Alcib. pr. p. 118, C, ubi Schol. p. 387 Bekk.: Πυθοκλείδης μουσικὰς τῆν τῆς σεμνῆς μουσικῆς διδάσκαλος καὶ Πυθαγόρειος, ὃς μαθητῆς Ἀγαθοκλῆς, ὃς Λαμπροκλῆς, οὗ Δάμων. Cf. Aristoxenum apud Plutarchum de Musica c. 6.

24 (393).

Plutarch. V. Pericl. c. 9 : Ἄλλοι δὲ πολλοὶ πρῶτον ὑπ' ἐκείνου (τοῦ Περικλέους) φασι τὸν δῆμον ἐπὶ κληρουχίας καὶ θεωρικῶν καὶ μισθῶν διανομῆς προαχθῆναι κακῶς ἐπισθέντα καὶ γενόμενον πολυτελῆ καὶ ἀκόλαστον ὑπὸ τῶν τότε πολιτευμάτων ἐντὶ σώφρονος καὶ αὐτοურγῶ, θεωρεῖσθαι διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἢ αἰτία τῆς μεταβολῆς. Ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ, ὥσπερ εἴρηται, πρὸς τὴν Κίμωνος δόξαν ἐντιταττόμενος ὑπεποιετο τὸν δῆμον, διαττοόμενος δὲ πλούτου καὶ χρήμασι, ἀφ' ὧν ἐκείνος ἀνελάμβανε τοὺς πένητας δαίπνον τε καθ' ἡμέραν τῷ δεομένῳ παρέχων Ἀθηναίων καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἀμφιενύων τῶν τε χωρίων τοὺς φραγμοὺς ἀφαιρῶν, ὅπως ὀπωρίζωσιν οἱ βουλόμενοι, τοῦτοις δὲ Περικλῆς καταδημαγωγούμενος τρέπεται πρὸς τὴν τῶν δημοσίων διανομήν, συμβουλεύσαντος αὐτῷ Δημωνίδου τοῦ Ὀληθεν, ὡς Ἀριστοτέλης ἰστορήκε. Καὶ ταχὺ θεωρικοῖς καὶ δικαστικοῖς λήμμασιν ἄλλαις τε μισθοφοραῖς καὶ χορηγίαις συνδεκάσας τὸ πλῆθος ἐχρήτητο κατὰ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, ἧς αὐτὸς οὐ μετείχε διὰ τὸ μήτ' ἀρχῶν μήτε θεσμοθέτης μήτε βασιλεὺς μήτε πολέμαρχος λαχεῖν. Αὗται γὰρ αἱ ἀρχαὶ κληρωταὶ τε ἦσαν ἐκ παλαιοῦ καὶ δι' αὐτῶν οἱ δοκιμασθέντες ἀνέβαινον εἰς Ἀρειον πάγον. Διὸ καὶ μᾶλλον ἰσχύσας ὁ Περικλῆς, ἐν τῷ δήμῳ κατεστασίασε τὴν βουλὴν, ὥστε τὴν μὲν ἀφαιρεθῆναι τὰς πλείστας κρίσεις δι' Ἐφιάλου, Κίμωνα δ' ὡς φιλοδάμωνα καὶ μισοδημον ἐξοστρακισθῆναι, πλούτῳ μὲν καὶ γένει μηδενὸς ἀπολειπόμενον, νίκας δὲ καλλίστας νενικηκότα τοὺς βαρβάρους καὶ χρημάτων πολλῶν καὶ λαφύρων ἐμπεπληκότα τὴν πόλιν.

rum aliisque mercedibus et emolumentis multitudinem corrupta, usus est ejus opera contra senatum Areopagiticam, in quo ipse non erat, quod neque archon, neque thesmotheta, neque rex sacrorum, neque polemarchus sorte erat lectus, nam hi magistratus sorte antiquitus obveniebant, ac qui se in iis obeundis probassent, ii in senatum Areopagiticum cooptabantur. Ceterum populi auxilio Pericles senatum istum factione sua vicit effectique opera Ephialtis, ut ei major pars judiciorum adimeretur, Cimonque tanquam Lacedæmoniorum fantor, et infensus populo, ostracismo urbe exigeretur : qui et divitiis et genere nemini secundus, victorias de barbaris pulcherrimas reportaverat, urbemque magna pecuniarum et spoliarum copia repleverat.

Demonidem qui hic nominatur cum Damonide, Damonis musici patre (cf. supra fr. 23), quem *Ὁαθεν* esse dicit Stephan. Byz. s. v. *Ὁα*, eundem esse, suspicatus est C. Müllerus, qui et Aristot. Polit. II, 9, 3 conferri jubet. Cf. Sauppe, *Die Quellen Plut. für das Leben des Perikl.*, Gotting. 1867, p. 17 sq.

25 (394).

Argum. Isocrat. Areopagit. apud Schol. in *Æschin.* et Isocrat. ed. G. Dindorf. Oxon. 1852 p. 111, Orator. Att. ed. Didot. t. II, p. 484: *Ἐφιάτης* τις καὶ *Θεμιστοκλῆς*, χρεωστοῦντες τῇ πόλει χρήματα καὶ εἰδότες ὅτι, ἂν δικασθῶσιν, οἱ *Ἀρεοπαγῖται* πάντως ἀποδώσουσι, καταλύσαι αὐτοὺς ἐπεισαν τὴν πόλιν, οὕτως οὐπως τινὸς μάλλοντος κριθῆναι. Ὁ γὰρ *Ἀριστοτέλης* λέγει ἐν τῇ *Πολιτεία τῶν Ἀθηναίων* ὅτι καὶ ὁ *Θεμιστοκλῆς* αἴτιος ἦν μὴ πάντα δικάζειν τοὺς *Ἀρεοπαγῖτας*: δῆθεν μὲν ὡς δι' αὐτοὺς τοῦτο ποιοῦντες, τὸ δ' ἀληθὲς διὰ τοῦτο πάντα κατασκευάζοντες: εἴτα οἱ Ἀθηναῖοι, ἀσμένως ἀκούσαντες τῆς τοιαύτης συμβουλῆς, κατέλυσαν αὐτούς.

Pro *Θεμιστοκλῆς*, bis ex errore scriptum *Περικλῆς*, quod jam correxit Andr. Mustoxydes, in libro *Συλλογῆ Ἑλληνικῶν ἀνεκδότων*, Venet. 1816. fasc. I, p. 7.

26 (395).

Plutarch. Vita Pericl. c. 10: *Ἐφιάτην* μὲν οὖν φοβερὸν ὄντα τοῖς ὀλιγαρχικοῖς καὶ περὶ τὰς εὐθύνας καὶ διώξεις τῶν τὸν δῆμον ἀδικούντων ἀπαρτήτητον ἐπιβουλεύσαντες οἱ ἔχθροί δι' *Ἀριστοδίκου* τοῦ *Ταναγραίου* κρυφαῖως ἀνείλον, ὡς *Ἀριστοτέλης* εἶρηκεν. Cf. Antiphon de cæde Herod. § 68 et Diodor. Sic. XI, 77.

25.

Aristoteles in Atheniensium Republica dicit Periclem in causa fuisse ut non omnia dijudicarent Areopagitæ.

26.

Aristoteles auctor est Ephialti, quod esset iis qui paucorum in republica principatui studebant formidabilis, inque eorum qui plebem læsissent criminibus deferendis nimis rigidus, inimicos insidias struxisse atque opera Aristodici Tanagræi clam occidisse.

27.

Obstitit Cleon ne pax cum Lacedæmonii fieret, ut Philochorus ait. Aristophanes et Philochorus id factum esse memorant sub archonte Enthyno. Aristoteles etiam præcinctum in concione dixisse ait temeritatem ejus notans.

27 (396).

Schol. in Lucian. Timon. c. 30 p. 47 ed Jacobitz: *Ἐπίστη* δὲ (*Κλέων*) καὶ τῇ πρὸς *Λακεδαιμονίους* εἰρήνῃ, ὡς *Φιλόχορος* καὶ *Ἀριστοφάνης* προσθεὶς ἀρχοντα *Εὐθύων*. (Ol. 88. 3) *Ἀριστοτέλης* δὲ καὶ περιωσάμενον αὐτὸν λέγει δημηγορῆσαι, εἰς τὴν θρασύτητα αὐτοῦ ἀποσκώπτων.

Hæc sine dubio cum Hemsterhusio ita corrigenda sunt: Ὡς *Φιλόχορος* προσθεὶς ἀρχοντα *Εὐθύων* καὶ *Ἀριστοτέλης*. *Ἀριστοφάνης* δὲ καὶ περιωσάμενον κτῆ. De re cf. Schol. in *Æschin.* c. Timarch. § 25: *Λέγεται* δὲ *Κλέων* ὁ *δημαγωγὸς* παραδῶς τὸ *ἔξ ἔθους σχῆμα* (scilicet τὸ ἐντὸς ἔχειν τὴν χεῖρα λέγοντα) περιωσάμενος δημηγορῆσαι.

28 (397).

Plutarch. V. Nicias c. 2: Ἐνεστὶν οὖν περὶ *Νικίου* πρῶτον εἰπεῖν ὃ γέγραπεν *Ἀριστοτέλης*, ὅτι τρεῖς ἐγένοντο βελτιστοὶ τῶν πολιτῶν καὶ πατρικῆν ἔχοντες εὐνοίαν καὶ φιλίαν πρὸς τὸν δῆμον, *Νικίας* ὁ *Νικηράτου* καὶ *Θουκυδίδης* ὁ *Μελησίου* καὶ *Θηραμένης* ὁ Ἄγνωνος.

29 (398).

Schol. Aristoph. Ran. 1532: *Κλεισῶν* δὲ μάχεσθω: παρόσον, ὡς *Ἀριστοτέλης* φησί, μετὰ τὴν ἐν Ἀργινοῦσαις ναυμαχίαν *Λακεδαιμονίων* βουλομένων ἐκ *Δεκαλείας* ἀπίεναί ἐφ' οἷς ἔχουσιν ἑκάτεροι καὶ εἰρήνην ἀγειν ἐπὶ τοῦ *Καλλίου* (Ol. 93, 3), *Κλεισῶν* ἐπεισε τὸν δῆμον μὴ προσδέξασθαι ἔλθων εἰς τὴν ἐκκλησίαν μεθῶον καὶ θώρακα ἐνδεδικώς, οὐ φάσκων ἐπιτρέψειν ἂν μὴ πάσας ἀφῶσι τὰς πόλεις οἱ *Λακεδαιμόνιοι*.

Verba ἐπὶ τοῦ *Καλλίου* statim post μετὰ τὴν ἐν Ἀργινοῦσαις ναυμαχίαν poni jubet Cobetius ad *Platonis comici reliquias* p. 168.

30 (399).

Harpocraton s. v. *Δεκάζων* ... Ἀριστο-

28.

De Nicia primum commemorare licet, quod scripsit Aristoteles; nimirum tres ait optimos fuisse cives patriæ amore et in populum benevolentia insignes, Niciam Nicæratæ, Thucydidem Melesii et Theramenem Agnonis filium.

29.

Codices male πολίμων. Inde Hugo Grotius in libro celeberrimo de Jure Belli et Pacis, Aristoteli librum *Justificationes Bellorum* tribuit. Locum Ammonii, quem Erennium Philonem vocat, ter exscripsit Eustathius in *Odyss.* p. 1727, 11 : Ἐρένιος οὖν Φίλων διαφέρειν φησὶ νῆας πλοίων κατὰ Δίδυμον· τὰ μὲν γὰρ στρογγύλα, αἱ δὲ στρατιώτιδες. Εἰς δ' φέρει καὶ χρῆσιν Ἀριστοτέλους ταύτην· Ἀλέξ. ὁ Μ. κτί., in *Odyss.* p. 1408, 8, omisso Aristotelis nomine, et in *Iliad.* p. 684, 30 ubi bene Ἀριστοτέλης δὲ, φησιν (ὁ Δίδυμος scil.) ἐν Δικαιώμασι πόλεων.

V. ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙ.

In recensendis libris ludos publicos sive gymnicos sive scenicos spectantibus mirum est quantum discrepent indices. Quum enim apud Diogenem Laertium (130-137) nominantur Ὀλυμπιονίκαί α', Πυθιονίκαί α', (περὶ) Μουσικῆς α', Πυθικός α', Πυθιονικῶν ἑλεγχοὶ α', Νικαὶ Διονυσιακαὶ α', περὶ Τραγωδιῶν α', Διδασκαλαὶ α', ita hos titulos profert Anonymus : Ὀλυμπιονίκας βίβλους ἐν ᾧ Μέναιχιμον ἐνίκησεν (113), περὶ Μουσικῆς α' (114), Διονυσιακῶν ἀστικῶν καὶ ληναίων προομιῶν α' (116), περὶ Τραγωδιῶν α' (117), περὶ Διδασκα-

λῶν α' (118). Ex toto hoc numero duo tantummodo tituli sunt quos aliunde quoque novimus Πυθιονίκαί et Διδασκαλαί. De his mox videbimus in Pythioniarum vero libro, quantum quidem ex superstitionibus fragmentis judicare licet, praesertim vero e vocabulis ἀναγραφή sive ἀναγράφειν, in tali re solemnibus, apparet secundum seriem Pythiadum, nomina eorum qui in ludis sive musicis sive gymnais vicerant descripta fuisse. Huic vero recensionis nominum, quam ab Aristotele e publicis cujuscunque generis monumentis concinnatam fuisse, satis probabilis est conjectura (cf. Leop. Schmidt, *Pindar*, Bonn. 1862, p. 48), num et alia quaedam accesserint, de ipsorum ludorum ortu et adoratione, de singulorum victorum patria atque genere, qualia ab aliis, qui de eadem materia scripserant, ut ab Eratosthene, adjecta esse constat, nullo satis certo testimonio comprobari potest. Quae enim a nonnullis, ut a C. Müllero, ad hosce libros de ludis gymnais relata sunt fragmenta, talia sunt pleraque, ut majore fortasse jure e Politis desumpta putemus.

Singulari plane casu factum est, ut nullum quod ad Olympionicas referatur, servatum sit fragmentum. De fonte enim unde Eratosthenes sua hauserit apud Diogenem Laertium VIII, 51 : λέγει δὲ καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς Ὀλυμπιονικαῖς τὴν πρώτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα νενικημέναι τὸν τοῦ Μένωνος πατέρα, μάρτυρι χρώμενος Ἀριστοτέλει, ideo dubitari licet, quod plura de Empedocle, cujus ille pater fuerat, narraverat Aristoteles, in dialogis, ut videtur, de Poetis. Cf. fr. 11. Nec magis certa est conjectura Nauckii, *Aristoph. Byzant. fragm.* p. 233, in glossa Hesychii Γρίσων : ἴς. Ἀριστοφάνης δὲ ὄνομα δρομῆως νενικημένος ἐν Ὀλυμπία στάδιον et in *Etymol. M.* p. 241, 49 : Γρίσων : ὁ χοῖρος. Ἀριστοφάνης δὲ φησὶ δρομῆως ὄνομα, pro Ἀριστοφάνης, Ἀριστοτέλης scribere jubentis. Quod si constaret, de quo supra diximus, Aristotelem, de ipso more et de praemiis ludorum quaedam praemisisse, non inepte ad hanc disputationem cum C. Müllero referremus, quae in Pseudo-Aristotelis *Mirab. Auscult.*

JURA URBIIUM.

1.

Drymus, urbs in confinibus Boeotiae et Atticae. Demosthenes in *Oratione de Legatione*. Aristoteles vero in *Justificationibus* ait ita : « Deinde Drymum unum Atticum et alterum Boeotium ».

2.

Didymus in libro decimo *Rhetoricorum Commentario-*

rum scribit ναῦς (naves) ἀπλοῖς (navigiis) differre. Haec enim rotundae sunt, illae vero remis moventur et militares. Aristoteles in *Justificationibus urbium* ait : Alexander Molossus sub idem tempus, Tarentinis eum ad bellum contra barbaros gerendum advocantibus, enavigavit navibus quindecim, multisque navigiis equos et milites ferentibus.

c. 52 de oleis Olympicis leguntur, e quibus victorum coronæ petebantur. Vide tamen ne potius de Eleorum Politia cogitandum sit, in qua de Hellanodicis ab Aristotele dictum erat, ita ut ex illo fonte, non e Mirabiliū quādam collectione Scholia in Aristophanis Plut. v. 586 (cf. Suidas s. v. κόνις) et in Theocriti Id. IV, 7 derivata sint.

De verbis quæ apud Anonymum Olympionicarum titulo addita leguntur: ἐν ᾧ Μέναιχμον ἐνέχησεν, quomodo statuendum sit, nescio, nisi in ejus catalogo lacunam fuisse arbitremur, ita ut ante hæc verba Πυθικὸς supplendum sit. Quom enim Menæchmus Sicyonius præter Alexandri historiam, Πυθικὸν etiam (i. e. orationem, non autem quod C. Müllerus volebat Fragm. Hist. gr. t. II, p. 182, librum de ludis Pythiis eorumque victoribus) composuerit, cf. Fragm. Hist. Alex. ad calcem Arriani ed. Didot, p. 146, manifestum est Aristotelis sive veri sive potius falsi et Menæchmi orationes inter se collatas fuisse.

1 (611).

Plutarchus V. Solonis c. 11: Ἦδη μὲν οὖν καὶ ἀπὸ τούτων ἐνδοξὸς ἦν ὁ Σόλων καὶ μέγας, θαυμάσθη δὲ καὶ διεβοήθη μᾶλλον ἐν τοῖς Ἑλλήσιν εἰπὼν ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς ὡς χρὴ βοηθεῖν καὶ μὴ περιορᾶν Κίρραιους ὑβρίζοντας εἰς τὸ μαντεῖον, ἀλλὰ προσαιμύνει ὑπὲρ τοῦ θεοῦ Δελφοῖς. Πεισθέντες γὰρ ὑπ' ἐκείνου πρὸς τὸν πόλεμον ὄρησαν οἱ Ἀμφικτύονες, ὡς ἄλλοι τε μαρτυροῦσι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν Πυθιονικῶν ἀναγραφῇ, Σόλωνι τὴν γνώμην ἀνατιθεῖς. Οὐ μέντοι στρατηγὸς ἐπὶ τούτων ἀπαδείχθη τὸν πόλεμον, ὡς λέγειν φησὶ Ἑρμῖππος Εὐάνθη τὸν Σάμιον οὔτε γὰρ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ τοῦτ' εἰρηκεν, ἐν τε τοῖς Δελφῶν Ὑπομνήμασιν Ἀλκμαίων, οὐ Σόλων στρατηγὸς ἀναγράφεται.

• Cf. Pausan. X, 37 (καὶ Σόλωνα ἐξ Ἀθηνῶν ἐπηγάγοντο συμβουλεύειν). Consentit ipse Æschines adv. Ctesiph. § 108: Λαβόντες δὲ τὸν χρησμὸν οἱ

Ἀμφικτύονες ἐφηρίσαντο Σόλωνος εἰπόντες Ἀθηναίου τὴν γνώμην... ἐπιστρατεύειν ἐπὶ τοὺς ἰναγείας κατὰ τὴν μαντείαν τοῦ θεοῦ. Publico igitur decreto usus esse videtur Pythionicarum auctor, quem ex commentario quodam ad hunc ipsum Æschini locum (Didymi?) citavisse Plutarchus videtur e variis fontibus sparsam Solonis vitam consuens lacunasque vix explens orationis specie. • Rosius.

2 (612).

Hesychius s. v. Βούθος περιφοιτᾷ: παροιμία ἐπὶ τῶν εὐθῶν καὶ παχυρρόνων, ἀπὸ Βούθου τινὸς μετανεχθεῖσα τοῦ Πύθια νικήσαντος, ὃν ἀναγράφει καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ἐνικηκότα.

Proverbio Cratinum usum fuisse testantur Herodianus Περὶ μὲν. λέξεως, p. 42, 8 Lehrs et Zenobius II, 66, quorum prior Βούθος Πύθια νικήσας (cod. male ἐνίκησας): παροιμία Βούθος περιφοιτᾷ. Κρατίνος Χείρωσι τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν εὐθῶν καὶ παχυρῶν. Cf. præterea Suidas s. v., Plutarch. Prov. I, 33 ubi additur ἀπὸ τινος Πυθιονίκου Βούθου καλουμένου, Macarius Prov. I, 81.

3 (613).

Schol. Pindari Isthm. II inscr. Ξενοκράτει Ἀκραγαντίω: Οὗτος ὁ ἐπίνικος γέγραπται μὲν εἰς Ξενοκράτην Ἀκραγαντίνον... τὸν δὲ Ξενοκράτην τούτων οἱ μὲν προϋπομηματισάμενοι Θήρωνος ἀδελφὸν εἶναι φησὶν, ὁ δὲ Ἀρτέμων σφόδρα τὰ περὶ τοὺς Σικελιώτας πεπολυπραγμονηκῶς αὐτὸν μόνον συγγενῆ φησὶν εἶναι, οὗτος δὲ ὁ Ξενοκράτης οὐ μόνον Ἴσθμια νενίκηκεν ἵπποις, ἀλλὰ καὶ Πύθια τὴν εἰκοστὴν τέρτην Πυθιάδα, ὡς Ἀριστοτέλης ἀναγράφει καὶ Σιμωνίδης δὲ ἐπειῶν αὐτὸν ἀμφοτέρας αὐτοῦ τὰς νίκας κατατάσσει.

Theronis et Xenocratis nomina confusa sunt apud eundem Schol. (cod. Vrat. D. Gott. et Vin-

PYTHIONICÆ.

1.

Hæc jam tum Soloni magnam gloriam paraverant: auxit tamen admirationem famamque ejus apud Græcos, quod suavit non esse negligendam esse injuriam quam Cirrhæi Delphico oraculo inferrent, sed pro deo Delphis succurrendum esse. Ejus enim auctoritate moti Amphictyones, bellum susceperunt, quod et alii testantur et Aristoteles in Pythionicarum Recensu Solonem auctorem hujus sententiæ facit. Non tamen, quod Euanthem scripsisse Samium Hermippus ait, dux huic bello præfectus est Solon; nam neque Æschines orator id dicit, et in Delphicis commentariis Alcæmon, non Solon, dux Atheniensium scriptus est.

2.

Buthus obambulal. Hoc proverbium usurpatur de stolidis ac simplicibus, ab athleta quodam Butho, qui Pythia vicerat et quæta et Aristoteles ut victorem recenset.

3.

Xenocrati Agrigentino. Hoc epiniciū in honorem Xenocratis Agrigentini scriptum est... Hunc vero Xenocratem veteres commentatores Theronis fratrem esse affirmant, sed Artemon qui diligentissime de Siceliotis scripsit, tantum cognatum fuisse dicit. Hic autem Xenocrates non solum Isthmica vicit equis, sed et Pythia, Pythiade quarta et vicesima, ut notat Aristoteles: Simonides etiam ubi eum laudat utramque ejus victoriam si-

dob.) in Olymp. II, 87 : Ὀλυμπία μὲν γὰρ αὐτὸς (Θήρων scil.) γέρας ἔδεικτο : ἀντὶ τοῦ μόνος. Πύθια δὲ καὶ Ἰσθμία Ξενοκράτης. Κατὰ δὲ τὴν τοῦ Ἀριστοτέλους [ἀναγραφὴν] Πυθιονίκης μόνος Θήρων ἀναγέγραπται. Ἦτοι οὖν συλληπτικῶς εἰρηκεν ἢ ἐπεὶ Θήρωνος ἵπποις ὁ Ξενοκράτης ἐνίκησε· διὸ καὶ συνανακέρυξε Θήρωνα, ubi pro Θήρων ponendum esse Ξενοκράτης vidit Bournot, *Philologus*, t. IV, p. 296.

Commune est, nisi fallor, his tribus fragmentis, Aristotelis descriptionem Pythionicarum in iis solum laudari, in quibus vel consentiebat cum iis quæ alibi quoque tradita erant vel ab iis discrepabat. Non satis certo igitur argumento ad philosophum referri poterunt, quæcunque de Pythiadum serie et de Pythionicis notationes sive in Scholiis ad Pindarum (cf. Boeckh. Explic. Pind. Olymp. XII, p. 207 et Pyth. VI, p. 296), sive alibi leguntur, nisi tamen ita statuere volueris, quod jam ipsa res ostendit, tales descriptiones, paucis tantummodo exceptis, summum et rerum et verborum consensum præbuisse. Neque illud prætereundum est, Aristotelem, si non primus in talibus curam posuit (cf. Plutarch. V. Numæ c. 1 : Τῶν Ὀλυμπιονικῶν... τὴν ἀναγραφὴν ὀψὲ φασὶν Ἰππίαν ἐκδοῦναι τὸν Ἡλείον, ἀπ' οὐδενὸς ὀρυμμένω ἀναγκαῖου πρὸς πίστιν), omnibus saltem qui post eum in simili argumento desudarunt ducem atque quasi exemplo fuisse. His præmissis adjiciemus excerpta varia quæ ad Pythionicarum catalogum spectant :

Plutarch. de Musica c. 4 : Ἔοικε δὲ κατὰ τὴν τέχνην τὴν κιθαρωδικὴν ὁ Τέρπανδρος διενηνοχέειν τὰ Πύθια γὰρ τετρακίς ἐξῆς νενικηκῶς ἀναγέγραπται.
Ib. c. 8 : Γέγονε δὲ καὶ Σακάδας Ἀργεῖος ποιητὴς μελῶν τε καὶ ἔλεγείων μεμελοποιημένων· ὁ δ' αὐτὸς καὶ ποιητὴς ἀγαθός, καὶ τὰ Πύθια τρίς νενικηκῶς ἀναγέγραπται. Cf. Pausan. X, 7, 3 : Τῆς δὲ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ὀγδόης, ἣν Γλαυκίας ὁ Κρωτωνιάτης ἐνίκησε, ταύτης ἔπει τρίτῳ ἄθλα ἔθσαν οἱ Ἀμφικτύονες, κιθαρωδίας μὲν, καθὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς, προσέθεσαν δὲ καὶ αὐλωδίας ἀγωνισμα καὶ αὐλῶν ἀνηγορεύθησαν δὲ νικῶντες Κεραλλὴν τε ὁ Λάμπου καὶ αὐλωδὸς Ἀρκὰς Ἐγέμβροτος, Σακάδας δὲ Ἀργεῖος ἐπὶ τοῖς αὐλοῖς· ἀνέλειτο δὲ ὁ Σακάδας οὗτος καὶ ἄλλας δύο τὰς ἐφεξῆς ταύτης Πυθιάδας. Ἔθσαν δὲ καὶ ἄθλα τότε ἀθληταῖς πρῶτον, τὰ τε ἐν Ὀλυμπίᾳ πλὴν ταθρίππου, καὶ αὐτοὶ νομοθετήσαντες δολύχου

καὶ διαύλου πασῶν εἶναι ὄρμον. Δευτέρα δὲ Πυθιάδι οὐκ ἐπὶ ἄθλοις ἐκέλευσαν ἐπι ἀγωνίζεσθαι, στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο, quæ omnia, teste Boeckhio, Explicat. ad Pind. Olymp. XII, p. 207, ex Pythionicarum catalogis manifeste desumpta sunt.

3. Schol. Pind. Pyth. X : Ἰπποκλέα Θεσσαλῶν. Ἦν μὲν τὸ γένος... Θεσσαλός, πόλεως δὲ Παλιναίου· ἐνίκησε δὲ τὴν εἰκοστὴν δευτέραν Πυθιάδα... Ἐν δὲ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐνίκησε καὶ στάδιον, οὗ οὐκ ἐμνήσθη, ἴσως τοῦ διαύλου μόνον μισθὸν λαβῶν.

4. Schol. Pind. Pyth. XII : Μίδα αὐλητῆ... Ἀκραγαντίω. Οὗτος ἐνίκησε τὴν εἰκοστὴν τετάρτην Πυθιάδα καὶ τὴν κα'.

5. Schol. Pind. Olymp. XII : Ἐργοτέλης Κρής μὲν ἦν τῷ γένει πόλεως Κνωσοῦ, θεὸς ἠγωνίσαστο ἐβδομηκοστὴν ἐβδόμην Ὀλυμπιάδα καὶ τὴν ἐξῆς Πυθιάδα εἰκοστὴν ἐνάτην.

6. Schol. Pind. Pyth. VII : Γέγραπται ἡ ὥδῃ Μεγακλεῖ Ἀθηναίῳ νικήσαντι τὴν κα' Πυθιάδα τεθρίππων.

7. Schol. Pind. Pyth. I : Ἐνίκησε δὲ ὁ Ἰέρων τὴν μὲν εἰκοστὴν ἕκτην Πυθιάδα καὶ τὴν ἐξῆς κελητι, τὴν δὲ εἰκοστὴν ἐνάτην ἄρματι. Cf. ib. III.

8. Schol. Pind. Pyth. XI : Γέγραπται ἡ ὥδῃ Θρασυδαίῳ παιδὶ Θηβαίῳ σταδιεῖ, νικήσαντι κα' Πυθιάδα, καὶ γὰρ διαύλον ἢ στάδιον ἄνδρας.

9. Schol. Pind. Pyth. IX : Γράφει ὁ Πίνδαρος τὴν ὥδῃν Τελεσεικράτει νικήσαντι τὴν εἰκοστὴν ὀγδόην Πυθιάδα. Ἐνίκησε μέντοι καὶ στάδιον τὴν λ' Πυθιάδα. § Ἄλλως· γράφεται Τελ. Κυρηναίῳ δηλοδορῶν νικήσαντι τὴν κα' Πυθιάδα, τῇ δὲ λ' στάδιον.

10. Schol. Pind. Pyth. IV : Γέγραπται ἡ ὥδῃ Ἀρκεσιλάῳ Πολυμνήστου παιδὶ, Κυρηναίῳ τὸ γένος τῆς Λιβύης, νικήσαντι τὴν τριακοστὴν πρώτην Πυθιάδα· ἐνιοὶ δὲ καὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Ib. V : Γέγραπται δὲ καὶ αὐτῇ ἡ ὥδῃ νικήσαντι τῷ αὐτῷ Ἀρκεσιλάῳ ἄρματι τὴν τριακοστὴν πρώτην Πυθιάδα. Cf. ib. VI.

11. Schol. Pind. Pyth. VIII : Γέγραπται ἡ ὥδῃ Ἀριστομένει Αἰγινήτῃ παλαιστῇ νικήσαντι τὴν λ' Πυθιάδα.

VI. ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΙ.

Didascaliarum scriptores apud Græcos qui primus enumeravit, Casaubonus in Animadv. ad Athenæi l. VII, c, 7, de Aristotele egregie ita iudicavit : « Omnium primus scriptionis hujus exemplum dedit vir laudatione omni major, Aristoteles. Refert Diogenes Laertius inter ce-

mal memorat. Secundum Aristotelis Pythionicarum recensum unus Theron (ἴμμο Xenocrates) Pythiis vicit.

terros conscriptorum ab eo librorum indices, istum Διδασκαλίαι α'. Didascalias nempe inscripserat philosophus, commentarium quo διδασκάλων vetustiorum ac recentiorum ad sua usque tempora historiam texuerat, dramata singulorum recensuerat et cuiusque illorum tempora indicaverat. » Quæstionem uberius persecuti sunt multi, inter quos satis erit nominasse Boeckhium in *Corp. Inscriptt. gr. t. I, p. 342 sqq.*, Rankium in *comm. de vita Aristophanis*, p. CXXI sqq. De fontibus quibus Aristoteles usus est, disputavit nuper O. Korn, in *Libro miscellaneo edito a societ. philol. Bonn.*, Bonn. 1864, p. 11 sqq. Quæ si monumenta publica lapidi inscripta fuisse satis certum est, oritur jam quæstio utrum, quotiescunque nude Didascalix nominantur, sive res afferuntur ex iis petitz, de ipsis monumentis, an de Aristotelea earum descriptione cogitandum sit. Reputantibus vero nobis quæcunque e Didascaliiis afferuntur Alexandrinis grammaticis deberi, jam minime dubium esse poterit, quin omnia ex Aristotelis collectione hausta sint, cuius magnam fuisse auctoritatem et inde perspicitur, quod sæpius ipso ejus silentio usi esse videntur ad controversas quæstiones dijudicandas. Cujus generis hæc sunt : Schol. Eurip. Androm. v. 446 : Εὐκρινῶς δὲ τοῦ δράματος χρόνος οὐκ ἔστι λαβεῖν· οὐ δεδιδάχται γὰρ Ἀθήνησιν. Similiter in Schol. Aristoph. Pluti v. 385, ubi quæritur utrum Pamphilus pictor an poeta fuerit : Ἐν μὲντοι ταῖς Διδασκαλίαις πρὸ τούτων τῶν χρόνων Πάμφιλος οὐδεὶς φέρεται τραγικός. Hinc et illud perspicuum fit, nomine Διδασκαλιῶν collectionem quandam secundum temporum seriem ordinatam designari, nec vero monumenta ipsa, quæ diversis locis neque ex serie annorum posita erant. Eam vero collectionem Aristoteleam fuisse satis probabiliter inde conjici poterit, quod de eodem argumento nullus alius scriptor affertur. Etenim plane alia ratio erat libri περὶ Διδασκαλιῶν Carystii Pergameni, quem laudant Athenæus VI, p. 238, E, et auctor Vitæ Sophoclis, (cf. Boeckh. *Corp. Inscriptt. Græc. t. I, p. 350*), quippe qui potius in ipsis institutis scenicis exponendis versatus fuerit, omnem morem qui in docendis fabulis obtinebat illustrando, adspersis simul narratiunculis sive de singulis poetis sive de eorum fabulis, simili plane modo quo et rex Iuba antiquitates scenicas illustrave-

rat, cf. *Fragm. Hist. gr. t. III, p. 481*. Neque magis igitur audiendi sunt qui de hac nostra Didascaliarum collectione accipienda putant Plutarchi verba, Non posse suaviter sec. Epicurum viv. c. 13 : Πῶτος γὰρ ἂν αὐλὸς ἢ κιθάρα διηρμωμένῃ, πρὸς ᾧδὴν, ἢ τίς χορὸς·

Εὐρύσκα κέλαδον ἀπροσφών ἀγνύμενον διὰ στομάτων (1). φθεγγόμενος, οὕτως ἠύφρανεν Ἐπίκουρον καὶ Μητρόδωρον, ὡς Ἀριστοτέλη καὶ Θεόφραστον καὶ Ἰερώνυμον καὶ Δικαιάρχον οἱ περὶ χορῶν λόγοι καὶ διδασκαλίαι (corr. διδασκαλιῶν e conj. Rankii, *Vita Aristoph.* p. CXLIV, n. 33), καὶ τὰ δι' αὐτῶν προβλήματα καὶ ῥυθμῶν καὶ ἀρμονιῶν; quæ enim statim sequuntur apud Plutarchum, satis indicant, similes illum quæstiones significasse quales haud uno in loco in Pseudo-Aristotelis *Problematum* collectione tractatas reperies. Quod ut demonstrarem jam uno exemplo defungi potero. Quæstio enim quam tertio loco posuit Plutarchus : Καὶ τί δήποτε τῶν θεάτρων ἂν ἀχυρα τῆς ὀρχήστρας κατασκευάσθης ἢ χροῦν, ὃ λαὸς τυφλοῦται, ex Aristotelis *Probl. XI, 25* : Διὰ τί, ὅταν ἀχυρωθῶσιν αἱ ὀρχήστραι, ἦττον οἱ χοροὶ γεγῶνασιν, emendanda erit, pro λαὸς, quod absurdum est, reposito χορὸς. Melius etiam ostendet quæ sequitur apud Plutarchum quæstio quid illi λόγοι περὶ διδασκαλιῶν fuerint : Καὶ χαλκοῦν Ἀλέξανδρον ἐν Πάλλῃ βουλόμενον ποιῆσαι τὸ προσκήνιον, οὐκ εἴασεν ὁ τεχνίτης, ὡς διαφθερόντα τῶν ἑποικριῶν τὴν φωνήν.

1 (614).

Schol. Aristoph. *Aves* 281 : Οὗτος μὲν ἔστι Φιλοκλέους (ἔξ ἑποπος) : οὗτος ὁ Φιλοκλῆς ἔποπα ἐσκεύασεν ἐν τῇ Πανδιονίδι τετραλογία... Ἄλλως : ὁ Σοφοκλῆς πρῶτον τὸν Τηρέα ἐποίησεν εἶτα Φιλοκλῆς... Εἶη ἂν οὖν τὸν ἔποπα ἐσκευοποιηκῶς (ὁ Φιλοκλῆς scil.) τῇ Πανδιονίδι τετραλογία, ἣν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις ἀναγράφει. Ἔστι δὲ ὁ Φιλοκλῆς τραγωδίας ποιητῆς καὶ Φιλοπίθους υἱὸς ἐξ Αἰσχύλου ἀδελφῆς.

Pro τραγωδίας codd. κωμωδίας quod correxerunt Meineke, *Hist. com. Græc.* p. 521 et Kayser, *Hist. trag. gr.* p. 46.

2 (615).

Harpocraton s. v. Διδάσκαλος : ἰδίως διδασκά-

(1) Cf. Bergk, *Poetæ lyrici* p. 1343, qui versum Pindaro tribuendum esse putat.

DIDASCALIÆ.

1.

Pandiondem tetralogiam Philoclis poetæ Aristoteles

quoque in Didascaliiis recenset. Philocles autem tragicus est poeta filius sororis Æschyli.

2.

Peculiari notione διδασκάλους appellant dithyrambo-

λους λέγουσι τοὺς ποιητὰς τῶν διθυράμβων ἢ τῶν κωμῳδιῶν ἢ τῶν τραγῳδιῶν. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ Χορευτοῦ (§ 11), «ἐλαχον, φησί, Παντακλία διδάσκαλον» ἐστὶ γὰρ ὁ Παντακλῆς ποιητῆς, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις.

Pantaculis nomen exstat in inscriptione a Stephano Byz. memorata s. v. Ἀθήνη. Cf. Meineke, *Hist. com. Græc.* p. 6.

3 (616).

Photius s. v. Ὀνου σκιά, καὶ περὶ ὄνου σκιάς: Σοφοκλῆς Κηδαλιῶνι... Ἀριστοφάνης Δαιδάλω... Ἀριστοτέλης δ' ἐν Διδασκαλίαις καὶ δράματός τινας φέρει ἐπιγραφὴν Ὀνου σκιά.

Eadem Suidas. Zenob. Prov. VI, 28: Ὑπὲρ ὄνου σκιάς: μέμνηται ταύτης ἐν τῷ Ἐγγυριδίῳ Μένανδρος... καὶ Ἀρχίππῳ δὲ κωμῳδία γέγονεν Ὀνου σκιά. Cf. Meineke, *Hist. com. Gr.* p. 208.

4 (617).

Schol. Plat. Apolog. p. 330 Bekk.: Μέλῃτος δὲ τραγῳδίας φαῦλος ποιητῆς Θραξ γένος ὡς Ἀριστοφάνης Βατράχοις (1309), Πελαργοῖς Λαῖου υἱὸν αὐτὸν λέγων, ἐπεὶ ᾧ ἔπει οἱ Πελαργοὶ ἰδιδάσκοντο καὶ ὁ Μέλῃτος Οἰδιποδείαν ἔθηκεν, ὡς Ἀριστοτέλης Διδασκαλίαις.

Pro ἔθηκεν, Meinekius l. 1. p. 177 καθῆκεν conjecit, cf. Bergk. in *Meinek. Fr. com. t. II*, p. 1127.

5 (618).

Schol. Aristoph. Aves 1379: Τί δὲυρο πόδα σὺ κυλλὸν ... Δίδυμος μὲν κύκλον ἐπεὶ κυκλίων ἀσμάτων ποιητῆς ἐστὶ (ὁ Κινησίας scil.), κυλλὸν δὲ ἐπεὶ χλωλὸς ἐστίν. Ἐρῆται δὲ περὶ αὐτοῦ ἐν Βατράχοις. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις δύο φησὶ γεγονέναι. Σύμμαχος οὕτως. Ἐυφρόνιος ἐπειδὴ κυλλὸς

ἦν ὁ Κινησίας. Τοῦτο δ' οὐκ ἐστὶν εὐρεῖν. Ἄλλ' ἐπειδὴ πολὺ παρ' αὐτοῖς ἐστὶ τὸ ποδὶ λευκῶν καὶ ποδὶ καύφω καὶ πόδα τιθεῖς ἢ τι τοιοῦτον, τὸ κυλλὸν προσέθηκεν.

In loco corrupto Aristotelis testimonium male appositum videtur. Nec multum juvat Rosii conjectura pro ἐν Διδασκαλίαις, ἐν Πολιτείαις scribendum esse suspicantis.

6 (619).

Schol. Aristoph. Ran. 404: Ἐπὶ γούν τοῦ Καλλίου τούτου φησὶν Ἀριστοτέλης ὅτι σύνδου ἔδοξε χορηγεῖν τὰ Διονύσια τοῖς τραγῳδοῖς καὶ κωμῳδοῖς... ὥστε ἴσως ἦν τις καὶ περὶ τὸν Ἀθηναϊκὸν ἀγῶνα συστολή. Χρόνῳ δ' ὕστερον οὐ πολλῶν τιμῶν καὶ καθάπαξ περιεῖλε Κινησίας τὰς χορηγίας· ἐξ οὗ καὶ Στράττις ἐν τῷ εἰς αὐτὸν δράματι ἔρη σκηνη μὲν τοῦ χοροκτόνου Κινησίου. Cf. Bothe, *Poet. comic. Fr. p.* 294.

7 (620).

Schol. Aristoph. Ran. 1124: Ἐξ Ὀρεστειῶν: τετραλογία φέρουσι τὴν Ὀρεστειῶν αἱ Διδασκαλίαι Ἀγαμέμνονα, Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτεύα σατυρικόν. Ἀριστάρχους καὶ Ἀπολλώνιος τρίλογίαν λέγουσι, χωρὶς τῶν σατυρικῶν (Σατύρων conj. Bernhardt, *Gesch. der gr. Litter.*, t. II, p. 667). Argum. *Æsch. Agamemn.*: Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἀρχοντος Φιλοκλείους Ὀλυμπιάδι ὀδοηκοστῇ ἔτει δευτέρῳ. Πρωτὸς Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Πρωτεύα σατυρικῶν. Ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς.

8 (621).

Harpocration s. v. Σθένης: Αὐσίας ἐν τῷ πρὸς Διογένην. Καὶ ἐν ταῖς Διδασκαλίαις εὑρίσκεται ὁ Σθένης τραγῳδίας ποιητῆς. Ἐκωμῳδαὶ δὲ αὐτὸν ὁ τοῦ Πλάτωνος Λάκωνας γράψας ὡς τᾶλλότρια σφετεριζόμενον. Cf. Photius s. v. et Schol. Aristoph. *Vesp.* v. 1312.

6.

rum, comœdiarum aut tragœdiarum poetas. Antiphon in Oratione de Choreuta: Nactas sum, inquit, Pantaclem Didascalum, Pantaclem vero poetam fuisse docuit Aristoteles in Didascaliiis.

3.

Aristoteles in Didascaliiis recenset etiam comœdiam Asini umbra inscriptam.

4.

Meletus nequam tragœdiarum poeta, Thrax genere, ut Aristophanes in Ranis et in Ciconiis, ubi eum Laii filium dicit, quod anno, quo Ciconiis fabula docebatur, Meletus *Œdipodiam* scenæ commisit, ut Aristoteles tradit in Didascaliiis.

5.

Aristoteles in Didascaliiis duos fuisse Cinesias dixit.

Sub Callia archonte, ut Aristoteles ait, binos choragos Dionysiorum festis sumptus tragœdiarum et comœdiarum suppeditare placuit. Fortasse igitur etiam circa Lenæos ludos diminutio fuit. Non multo vero post Cinesias choragias prorsus sustulit. Unde Strattis in fabula quam contra eum scripsit, Cinesias tanquam χοροκτόνου meminit.

7.

Didascalæ Orestiam tetralogiam fuisse ferunt compositam ex Agamemnone, Choephoris, Eumenidibus et Proteo satyrico.

8.

Sthenelus tragœdiarum poeta in Didascaliiis quoque reperitur.

9 (622).

Schol. Aristoph. Nubes v. 552 : Δῆλον δὲ ὅτι πρότερος ὁ Μαρικῆς ἐδιδάχθη τῶν δευτέρων Νεφελῶν. Ἐρατοσθένης δὲ φησὶ Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς Διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὑστερον τρίτην εἶται τὸν Μαρικῆν τῶν Νεφελῶν, σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου ὅτι πρότερον καθεῖται. Λανθάνει δ' αὐτόν, φησὶν, ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθεῖσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν, ἐν δὲ ταῖς ὑστερον διασκευασθεῖσαις εἰ λέγεται, οὐδὲν ἄτοπον. Αἱ Διδασκαλῖαι δὲ δῆλον ὅτι τὰς διδαχθεῖσας φέρουσι. Πῶς δ' οὐ συνείδεν ὅτι καὶ ἐν τῷ Μαρικῆ πρότελεστάτῃ Κλέων, ἐν δὲ ταῖς Νεφέλαις λέγεται:

Εἶτα τὸν θεοῖσιν ἐχθρὸν βυροσδέψην
(v. 581).

Cf. Argument. V : Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ᾧσται ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου (Ol. 89, 1) ὅτι Κρατίδος μὲν ἐνίκα Πυτινή, Ἀμειψίας δὲ Κόννη.

10 (623).

Argum. Aristoph. Pacis : Ἄλλως. Φέρεται ἐν ταῖς Διδασκαλίαις δεδιδαχῶς Εἰρήνην ἁμωνώμως (ita Dind. cod. RV ἁμωνώως) ὁ Ἀριστοφάνης. Ἄδελον οὖν, φησὶν Ἐρατοσθένης, πότερον τὴν αὐτὴν εἰδίδαξεν ἢ εἶταν καθῆκεν ἥτις οὐ σώζεται.

Cf. Argum. I : Ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου (Ol. 89, 3) ἐν ᾧσται. Πρῶτος Εὐπόλις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνη, τρίτος Λεύκιον Φρότοσι. Τὸ δὲ δράμα ὑπεκρίνατο Ἀπολλόδωρος, ἡνίκα ἐριμῆν λοιοκρότης, quæ ultima aperte corrupta Dindorfius ita restituit : ἡνίκα ἐτ' ἦν ὑποκριτής. Rosius nomen Hermonis histrionis in his latera putat a Polluce IV, 88 nominati.

11 (624).

Argum. Sophocli. Ajax. : Ὅθεν καὶ τῇ ἐπιγραφῇ πρόσκειται μαστιγοφόρος, ἢ πρὸς ἀντιδιασταλὴν τοῦ Λοκροῦ. Δικαίρχος δὲ Αἰαντος θάνατον ἐπιγράφη· ἐν δὲ ταῖς Διδασκαλίαις ψιλῶς Αἰας ἀναγράφεται.

9.
Eratosthenes dicit Callimachum succensuisse Didascalium quod ferunt Maricam tertio anno post Nubes doctum esse, quum in illis aperte dicatur prius in scenam commissum fuisse.

10.
In Didascalium fertur Aristophanem alteram fabulam eodem nomine Pacis inscriptam docuisse.

11.
In Didascalium Ajax (Iorartus) nude Ajax inscribitur.
ARISTOT. VOL. IV.

12 (625).

Argum. Euripid. Rhesi : Τοῦτο τὸ δράμα ἐνίοι νόθον ὑπενόησαν, Εὐριπίδου δὲ μὴ εἶναι· τὸν γὰρ Σοφοκλεῖον μᾶλλον ὑποφαίνει (ὑποφαίνειν Valcken.) χαρακτῆρα. Ἐν μόντοις ταῖς Διδασκαλίαις ὡς γνήσιον ἀναγράφεται, καὶ ἡ περὶ τὰ μεταρσία δὲ ἐν αὐτῷ πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ἁμολογεῖ.

13 (626).

Schol. Aristoph. Ran. v. 67 : Καὶ ταῦτα τοῦ τεθηκότος (sc. Εὐριπίδου) :... οὕτω γὰρ καὶ αἱ Διδασκαλῖαι φέρουσι, τελευταίαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχένας ἁμωνώμων ἐν ᾧσται Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Δύλιδι, Ἀλκμαίωνα, Βάχχας. Cf. Suidas s. v. Εὐριπίδης et Vita Euripid. p. 134, 27 Westerm.

14 (627).

Argum. Soph. Œd. tyr. : Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ πρότερον οὐ τύραννο ν αὐτὸν (τὸν Οἰδίποδα sc.) ἐπιγράφοντες, διὰ τοὺς χρόνους τῶν Διδασκαλιῶν καὶ διὰ τὰ πράγματα· ἀλήτην γὰρ καὶ κτηρὸν Οἰδίποδα τὸν ἐπὶ Κωλωνῶ εἰς τὰς Ἀθήνας ἀφικνεῖσθαι.

Res e Didascalium petitis ommissa earum mentione haud semel præbent Argumenta tragœdiarum, de quibus cf. Schneidewin, de Hypothes. trag. Græcar. Aristophani Byz. vindicandis Abhandl. der Götting. Ges. der Wiss., t. VI.

1. Argum. Æschyl. Pers. : Ἐπὶ Μίνωνος (Ol. 76, 4) τραγωδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ, Προμηθεῖ.

2. Argum. Æsch. S. c. Theb. : Ἐδιδάχθη ἐπὶ Θεαγενίδου Ὀλυμπιάδι ὄη'. Ἐνίκα Λαίῳ, Οἰδίποδι, Ἐπτά ἐπὶ Θήβας, Σφιγγὶ σατυρικῇ. Δεύτερος Ἀριστίας Περσεῖ, Τεντάλῳ, Παλαισταῖς σατυρικοῖς τοῖς Πρατίνῳ πατρὸς. Τρίτος Πολυφράδμων Λυκούργεῖα τετραλογία.

3. Argum. Æschyl. Agam. : Ἐδιδάχθη τὸ δράμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλείους Ὀλυμπιάδι ὀδοσχοστῇ εἶται δευτέρῳ. Πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις,

12.
In Didascalium Rhesus ut genuina Euripidis fabula recensetur.

13.
In Didascalium scriptum est, Euripide mortuo, ejus filium cui ipsi nomen Euripidi erat docuisse in urbe Iphigeniam in Aulide, Alcæonem vero Bacchas.

15.
Sunt qui Œdipum fabulam inscribant priorem, non tyrannum, propter tempora Didascaliarum.

Εὐμενίστι, Πρωτῆ σατυρικῶ. Ἐχορηγεῖ Ξενοκλῆς Ἀριδνεύς.

4. Vita Eurip. : Ἦρξάτο δὲ διδάσκειν ἐπὶ Καλλίου ἀρχοντος κατὰ Ὀλυμπιάδα ὀγδοηκοστὴν πρώτῃν ἔτει α'. Πρῶτον δὲ ἐδίδαξε τὰς Πελοπίδας ἔτει πρώτῳ, ὅτε καὶ τρίτος ἐγένετο.

5. Argum. Eurip. Alcest. : Τὸ δρᾶμα ἐποιήθη ἰζ'. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίου ἀρχοντος Ὀλυμπιάδι π' ἔτει δευτέρῳ. Πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς, δεύτερος Εὐριπίδης Κρήσσαις, Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφίδος, Τηλέφῳ, Ἀλκίσιτιδι.

6. Argum. Eurip. Medæ : Ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἀρχοντος Ὀλυμπιάδος πζ' ἔτει πρώτῳ. Πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης Μηδεία, Φιλοκτήτη, Δίκτυϊ, Θερισταῖς σατύροις.

7. Argum. Eurip. Hippol. : Ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἐπαμεινόνος ἀρχοντος Ὀλυμπιάδος πζ' ἔτει β'. Πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰσφῶν, τρίτος Ἴων.

8. Proleg. Schol. Aristoph. de Comœdia III, 49, p. XIV ed. Dübner : (Aristophanis Δαιταλικῆς) ἐδίδαξε δὲ πρῶτος ἐπὶ ἀρχοντος Διοτίμου (Olymp. 88, 1) διὰ Καλλιστράτου.

9. Photius s. v. Σαμίον ὁ δῆμος cf. Suidas : Τοῦς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔσται πρὸ τοῦ Εὐκλείδου κδ' ἐπὶ Εὐκλείους (Olymp. 88, 2).

10. Argum. Aristoph. Acharn. : Ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθύνου ἀρχοντος (Olymp. 88, 3) ἐν Ἀθηναίοις διὰ Καλλιστράτου· καὶ πρῶτος ἦν. Δεύτερος Κρατίνος Χειμαζομένιοις. Οὐ σώζονται. Τρίτος Εὐπόλις Νουμηνίαις.

11. Argum. Aristoph. Equit. : Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ Στρατοκλέους ἀρχοντος (Olymp. 88, 4) δημοσίᾳ εἰς Ἀθήναια δι' αὐτοῦ Ἀριστοφάνους. Πρῶτος ἐνίκα. Δεύτερος Κρατίνος Σατύροις. Τρίτος Ἀριστομένης Ἐλοφοροῖς.

12. Argum. Aristoph. Nub. : Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄσται ἐπὶ ἀρχοντος Ἰσάρχου (Olymp. 89, 1), ὅτε Κρατίνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννω.

13. Argum. Aristoph. Vesp. : Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἀρχοντος Ἀμεινίου διὰ Φιλωνίδου εἰς Ἀθήναια ἐν τῇ πθ' Ὀλυμπιάδι. Δεύτερος ἦν. Καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης Προάγωνι. Λεύκων Πρέσβεισι τρίτος.

14. Argum. Aristoph. Pacis : Ἐνίκησε δὲ τῷ δρᾶματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἀρχοντος Ἀλκαίου ἐν ἄσται (Olymp. 89, 3). Πρῶτος Εὐπόλις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτορσι. Τὸ δὲ δρᾶμα ὑπεκρίνατο Ἀπολλόδωρος ἐνίκα ἐρμῆν λοιπαρότης. Cf. supra fragm. 10.

15. Athen. V, 216, E : Ἐπὶ τούτου (Ἀριστίωνος sc. Olymp. 89, 4) γὰρ Εὐπόλις τὸν Αὐτόλυκον διδξας διὰ Δημοστράτου.

16. Æhan. V. Hist. II, 8 : Κατὰ τὴν πρώτην

καὶ ἐνενηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντινὸς στάδιον, ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοισι Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. Καὶ πρῶτος γε ἦν Ξενοκλῆς ὅστις ποτὲ οὗτός ἐστιν, Οἰδίποδι καὶ Λυκάονι καὶ Βάκχαις καὶ Ἀθάμαντι σατυρικῶ. Τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Παλαμῆδι καὶ Τρωάσι καὶ Σισύφῳ σατυρικῶ. Cf. Schol. Aristoph. Vesp. 1326 et Avium 842.

17. Argum. Aristoph. Av. I et II : Ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου (Olymp. 91, 2) διὰ Καλλιστράτου ἐν ἄσται, ὅς (ὅτε corr. Petersen, *Neue Jahrb. für Philologie*, t. LXXXV, p. 661) ἦν δεύτερος τοῖς Ὅρνησι, πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς, τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. — Ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄσται διὰ Καλλιστράτου· εἰς δὲ Ἀθήναια τὸν Ἀμειψάρων ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου. Cf. Schol. Av. 997.

18. Argum. Aristoph. Lysistr. : Ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἀρχοντος τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἀρξάντος (Olymp. 92, 1). Εἰσῆκεται δὲ διὰ Καλλιστράτου.

19. Argum. Soph. Philoct. : Ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίππου (Olymp. 92, 3)· πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς.

20. Argum. Eurip. Phœniss. : Ἐδιδάχθη ἐπὶ Ναυσικράτους ἀρχοντος (Olymp. 92, 3? Γλαυκίππου). Δεύτερος Εὐριπίδης καθῆκε διδασκαλίαν περὶ τούτου. Καὶ (corr. κατὰ) γὰρ ταῦτα (corr. ταῦτά) ὁ Οἰνόμαος καὶ Χρῦσιππος. Καὶ σώζεται. Cf. Schol. Aristoph. Ran. 53 et Av. 348, 424.

21. Argum. Aristoph. Ran. : Ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Ἀντιγένῃ (Olymp. 93, 3) διὰ Φιλωνίδου εἰς Ἀθήναια. Πρῶτος ἦν· δεύτερος Φρύνιχος Μούσαις, Πλάτων τρίτος Κλεοφῶντι.

22. Argum. Soph. Œdip. Colon. : Τὸν ἐπὶ Κολωνῶ Οἰδίποδα ἐπὶ τελευτηκότῃ τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς ὁ υἱοῦς ἐδίδαξεν υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος, ἐπὶ ἀρχοντος Μίλωνος (Olymp. 94, 3).

23. Argum. Aristoph. Pluti : Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἀρχοντος Ἀντιπάτρου (Olymp. 97, 4), ἀνταγωνισμένου αὐτῷ Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτῳ, Νικοφῶντος δὲ Ἀδώνιδι, Ἀλκαίου δὲ Πασιστῆ.

« Nudas præterea temporum notas e didascaliiis petitas passim præbent scholia, velut de Eurip. Andromeda et Helena Olymp. 91, 4 (Schol. Aristoph. Ran. 53 et Thesmoph. 1012), de Aristoph. Thesmoph. Olymp. 92, 2 (Schol. Thesmoph. 190), de Euripid. Oreste Olymp. 92, 4 (Schol. Orest. 361), de Platonis Phæone Olymp. 97, 1 (Schol. Aristoph. Plut. 179). Cf. de Strattidisch Alalanta Schol. Aristoph. Ran. 146 etc.» Rosius.

VII. NOMOI ΣΥΣΣΙΤΙΚΟΙ.

Inter librorum titulos qui manifesto ad historici generis scripta pertinent, legitur apud Diogenem Laert. (139) Νόμος συστατικός α', apud Anonym. (169) Νόμων συστατικῶν α', ubi, quum quid illud sit συστατικός a nullo dici potuerit, συσσιτικός corrigendum erit (συνουσιαστικός Casaub., συμποτικός Jonsius *de Scriptor. Hist. Philos.* p. 57; cf. συσσιτικὸν νόμον Gnathænzæ meretricis apud Athen. XIII, 585, B), ita ut hic liber fortasse non diversus fuerit ab eo qui in appendice Anonymi (21) περὶ Συσσιτίων ἢ Συμποσίων nominatur. Argumentum igitur libri non tam illud fuit, ut, quod Rosius voluit (p. 178), διάταξιν describeret peripatetici convivii a Theophrasto in testamento instituti (cf. Diog. Laert. V, 52 s., Athen. V, 186, A), quam ut varias in syssitiis usitatas consuetudines colligeret atque illustraret, singulis fortasse legibus quibus regebantur appositis. Inde et illud explicandum erit quod in Συσσιτικῶν Platonis Reipublicæ mentionem factam esse affirmat Proclus, cujus nominandæ vix ulla erat causa in libro qualem Rosius voluit. De tali vero libro, ut jam supra diximus, accipienda viderentur Macrobiani verba Saturn. VII, 3, 23 : *Quum videas, inquam, anceps esse omne scommatum genus, suadeo in conviviis in quibus lætitiæ insidiatur ita, ab hujus modi dictis facessas et magis quæstiones convivales vel proponas vel ipse dissolvas. Quod genus veteres ita ludicrum non putarunt, ut et Aristoteles de ipsis aliqua conscripserit, nisi constaret totum hunc locum e Plutarcho expressum esse, Quæst. conviv. I in., qui de ipso Aristotelis Convivio loquitur. Potius fortasse ad hunc nostrum librum spectant, quæ duobus locis refert Athenæus V, p. 186, B : Καὶ τοῖς φιλοσόφοις δὲ ἐπιμαλὲς ἦν συνάγουσι τοὺς νέους μετ' αὐτῶν πρὸς τινα τεταγμένον νόμον εὐωχεῖσθαι. Τοῦ γοῦν Ξενοκράτους ἐν Ἀκαδημαίᾳ (cf. van de Wynpersee, *de Xenocrate Chalcædonio*, Lugd. Bat. 1822, p. 191) καὶ πάλιν Ἀριστοτέλους συμποτικοὶ τινες ἦσαν νόμοι et in Epit. I, p. 3, F : Ὅτι Ξενοκράτης δὲ Χαλκηδόνιος καὶ Σπεύσιππος δὲ Ἀκαδημαϊκὸς καὶ Ἀριστοτέλης συμποτικὸς (male βασιλικὸς in codd.) νόμους ἔγραψαν, licet, ut Rosii verbis utar : « consuetudinem potius philosophorum quam quibus ea illustratur libros tangere videatur Athenæus. » Non vero est cur dubitemus ad ipsius jam Plato-*

nis et Aristotelis Convivia referre, quæ apud Plutarohum leguntur Quæstion. conviv. I, 2, 3 : Ἀβέλτερον οἶμαι καὶ ἀνόητον, ἐν λόγοις πλεονάζοντα καιρὸν ἀποστερεῖν τῶν ἀρίστων λόγων, καὶ ζητεῖν μὲν ἐν ταῖς διατριβαῖς περὶ συμποτικῶν καθηκόντων, καὶ τίς ἀρετὴ συμπότου, καὶ πῶς οἴνω χρηστέον, ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν συμποσίων ἀναιρεῖν φιλοσοφίαν, ὡς ἔργα βεβαιούη δὲ διδάσκει λόγῳ μὴ δυναμένην.

(609.)

Proclus in Plat. Rempubl. p. 350 ed. Basil. 1534 : Καὶ γὰρ Ἀριστοτέλης ἐπιτεμένωμενος τὴν πραγματείαν ταύτην (Πολιτείαν scil. Platonis) οὕτως ἔφησιν ἐπιτέμεσθαι τὴν Πολιτείαν· καὶ ἐν τῷ Συσσιτικῷ τοῦτον αὐτὴν προσαγαρεύει τὸν τρόπον καὶ ἐν τοῖς Πολιτικοῖς (cf. Arist. Polit. II, 1, 2; IV, 5, 9; V, 10, 1; VIII, 7, 8; Rhet. II, 4, 3) ὡσαύτως καὶ Θεόφραστος ἐν Νόμοις καὶ ἄλλοι πανταχοῦ.

VII. ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ ΙΣΤΟΡΙΚΑ.

In divisione Aristoteleorum scriptorum, quæ apud plerosque antiquos interpretes reperitur, ex uno eodemque fonte derivata, certum quoddam genus ὑπομνηματικῶν nomine designatur. De quibus ita exposuit Simplicius in Arist. Categ. p. 24, A, 45 Brand. : Ὑπομνηματικὰ ὅσα πρὸς ὑπόμνησιν οἰκείαν καὶ πλείονα βάσανον συνέταξεν ὁ φιλόσοφος... ὁ μὲντοι Ἀλέξανδρος τὰ ὑπομνηματικὰ συμπεφυρμένα φησὶ εἶναι καὶ μὴ πρὸς ἕνα σκοπὸν ἀναφέρεσθαι. Διὸ καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τούτων συνταγματικὰ τὰ ἕτερα λέγεσθαι. Cf. Joann. Philop. in Arist. Categ. p. 35, B, 27, David Proleg. p. 24, A, 37. Hujusce generis libri, qui sive vera erant, sive hunc ipsum ὑπομνημάτων titulum præ se ferebant, perquam multi in antiquitate memorantur, de quibus egregie disputavit E. Kœpke, *de Hypomnematis græcis*, Berol. 1842. Titulum, ut libri Aristotelei, ignorant indices græci, nisi quod tres libros Ὑπομνημάτων ἐπιχειρητικῶν recensent (Diog. L. 33. Anon. 31), qui tamen ab hoc loco alieni sunt : præbet vero index librorum Theophrasteorum apud Diogenem Laertium V, 48 : Ὑπομνημάτων Ἀριστοτελικῶν ἢ Θεοφραστῆων α' β' γ' δ' ε' ζ', a quo sine dubio non diversus est qui in altero indice nominatur, aperto scripturæ vitio : τὰ ὑπνήματα. Cf. Usener, *Analecta Theophrastea*, p. 10, 14 et 11, 12. Ex hoc indice fortasse translatus est titulus in indicem Ptolemæi p. 156 apud Wenrich. : *Commen-*

LEGES CONVIVALES.

In Syssitico Aristoteles Rempublicam Platonis Πολιτείαν appellat.

tarii, qui inscribuntur υπομνήματα libri XVI. De horum librorum auctore dubitabant quoque quos secutus est Athenæus. Soli Aristoteli tribuuntur in Argumento Euripidis Medæ, soli Theophrasto in Scholiis Apollonii Rhodii, quod fortasse librariorum festinatione factum est. Ipsi vero Commentarii excerptis ex Aristotelis Theophrastique scriptis constabant, ita ut quam simillimi Mirabilibus, quæ vocantur, Auscultationibus haberi possint.

1 (609).

Athen. IV, p. 173, E : Σῆμος δ' ἐν τετάρτῳ Δηλιάδος, « Δελφοῖς, φησί, παραγινόμενοις εἰς Δῆλον παρῆγον Δῆλιοι ἄλας, καὶ ὄξος, καὶ ἔλαιον, καὶ ξύλα, καὶ στρώματα ». Ἀριστοτέλης, δ' ἢ Θεόφραστος ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι περὶ Μαγνήτων λέγων τῶν ἐπὶ τὸν Μαιάνδρον ποταμὸν δεῖ Δελφῶν εἶσιν ἄποικοι, τοσαύτας ἐπιτελοῦντας αὐτοὺς ποιῆι χρεῖας τοῖς παραγινόμενοις τῶν ξένων λέγων οὕτως « Μάγνητες οἱ ἐπὶ τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ κατοικοῦντες ἱεροὶ τοῦ θεοῦ, Δελφῶν ἄποικοι, παρέχουσι τοῖς ἐπιδημοῦσι στέγην, ἄλας, ἔλαιον, ὄξος, ἔτι λύχνον, κλίνας, στρώματα, τραπέζας. »

Cf. O. Müller, *die Dorier*, t. I, p. 258 s.

2 (610).

Athen. XIV, p. 654, D : Ἀριστοτέλης δ' ἢ Θεόφραστος ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι « Τῶν φασιαίων, φησί, οὐ κατὰ λόγον ἢ ὑπεροχῇ τῶν ἀρρένων ἀλλὰ πολλῷ μείζων. »

3 (611).

Athen. Epit. II, p. 44, C : Ἀριστοτέλης δ'

ἢ Θεόφραστος Φιλίων ἴνα ἱστορεῖ μήτε ποτῶ χρήσασθαι ποτε μήτε ἐδέσματι ἄλλῳ ἢ μόνῳ γάλακτι πάντα τὸν βίον.

Fortasse e Dialogo eodem hæc excerpta erant e quo fragm. 45. Cf. supra p. 38.

4 (612).

Argum. Eurip. Medæ : Τὸ δράμα δοκεῖ υποβαλεῖσθαι (δ' Εὐριπίδης scil.) παρὰ Νεόφρονος διασκευάσας, ὡς Δικαιάρχος τε περὶ τοῦ Ἑλλάδος Βίου καὶ Ἀριστοτέλης ἐν Ὑπομνήμασι.

Cf. Diog. L. II, 154, Suidas s. v. Νεόφρων, Elmsley in Euripid. Med. p. 68. Ὑπομνήματα fortasse quæ hic vocantur Διδασκαλίας erant.

5 (613).

Schol. Apollonii Rhod. IV, 834 : Εἰ μὲν δὲ μαλεροῖο πυρός : περὶ τὸν πορθμὸν ἐν τῇ θαλάττῃ πυρὸς ἀναφυσήματα γίνεται ὥστε καὶ τὴν θάλασσαν θερμαίνεσθαι, ὡς φησι καὶ Μητρόδωρος ἐν πρώτῳ περὶ Ἱστορίας καὶ Θεόφραστος ἐν ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασι. Καὶ φησι τὸν βρόμον τὸν ἀπὸ τῶν Αἰόλου νήσων ἀκούεσθαι ἕως α, σταδίων· περὶ Ταυρομένιον γοῦν ἀκούεσθαι βροντῇ παραπλήσιον ψόφον.

Idem hic qui supra citari videntur libri. Similem confusionem in libris Φυσικῆ καὶ Μεταλλικῆ inscriptis supra jam notavimus cf. p. 161 et 165. Eodem fonte fortasse usus est Callimachus in Ἑκλογῇ παραδόξων apud Antigon. Mir. 130 : Θεόφραστος δὲ (φησὶν ἱστορεῖν scil.) τὴν περὶ τὰς Αἰόλου νήσους (θάλασσαν) ἀναεῖν οὕτως ἐπὶ δύο πλείθρων τὸ μῆκος ὥστε μὴ δυνατὸν εἶναι διὰ τὴν θερμασίαν ἐμβαίνειν εἰς ταύτην.

COMMENTARII HISTORICI.

1.

Semus, quarto Deliadis, « Delphensibus, ait, Delum venientibus præbebant Delii salem et acetum et oleum et ligna et stragula. Aristoteles, vel Theophrastus, in Commentariis, postquam de Magnetibus Mæandrum flumen adcolentibus dixit, esse eos Delphensium colonos, eandem operam præstantes facit peregrinis qui eos conveniunt. Verba ejus hæc sunt : « Magnetes, qui ad Mæandrum fluvium habitant, Deo consecrati Delphensium coloni, peregrinantibus, qui eos conveniunt, tectum præbent, salem, oleum, acetum, præterea lucernam, stragulas, lectos, mensas. »

2.

Aristoteles, sive Theophrastus, in Commentariis scribit : In phasianis non pro ea ratione, quæ in aliis avi-

bus obtinet, sed multo major est marium excellentia. »

3.

Aristoteles, sive Theophrastus, narrat Philinum quendam neque potu neque cibo ullo usum esse nisi lacte per totam vitam.

4.

Medeam drama Euripides a Neophrone mutuatus, nova ejus recensione instituta scenæ commisisse videtur, uti Diczæarchus in Vita Græciæ et Aristoteles in Commentariis tradunt.

5.

Ad fretum (*Siculum*) ignis sunt in mari efflationes, adeo ut iis mare calefiat, teste Metrodoro libro primo de Historia, et Theophrasto in historicis Commentariis. Dicit etiam fremitum qui fit ad Eoli insulas audiri mille stadiorum intervallo; apud Tauromenium certe sonitum qui ad tonitruum strepitum proxime accedat.

6 (614).

Erotian. Gloss. Hippocr. p. 312 Franz.: Πικερίω : βουτύρω ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι φησιν ὅτι Θόας ὁ Ἰθακήσιος Ἱστοραὶ παρὰ Φρυξὶ πικέριον καλεῖσθαι τὸ βούτυρον.

Locum inter dubia Aristophanis Byz. fragmenta posuit Nauckius p. 234; Rosius vero pro Ἀριστοφάνης, Ἀριστοτέλης corrigendum esse censet. Eodem jure Ἀριστοφάνης poterat cuius non solum Ἱστορὰ καὶ μέδ ἐν σύμμικτα Ὑπομνήματα afferunt, cf. Müller. Fragm. Hist. Gr. t. II, p. 290. Sed mendum fortasse potius subest in titulo quum et alibi Aristophanis grammatici auctoritas ab Erotiano interponatur. Quis ille Thoas Ithacesius fuerit aliunde compertum non habemus, nec morem illum Aristotelis novimus aliorum testimoniis uti, quo modo hic factum esse videmus.

IX. ΠΕΠΛΟΣ.

Peplum qui vocatur Aristoteli adscriptum, neque novit Diogenis Laertii index neque laudant nisi recentioris jam antiquitatis scriptores. De quo post Schneidewinum, *De Peplo Aristotelis Stagiritæ, Philolog.* t. I, p. 1 sqq., Hullemannus, *Bedenkingen tegen de echtheid van den zoogenaanden Πέπλος van Aristoteles*, Amsterd. 1858, aliosque disputaturi, totam hanc maxima obscuritate laborantem quæstionem ab integro exponendam esse duximus, omissis tamen iis quæ infelici tantummodo conjecturæ, eorum a quibus hucusque tractata est debentur.

De Peplo quotquot supersunt testimonia, aperte duorum sunt generum. Hanc diversitatem jam in ipsis indicibus deprehendere licet. Quum enim apud Anonymum, qui bis ponit titulum (96 et Append. 29), in altero loco, hæc addita sunt verba : περιέχει δὲ Ἱστορίαν σύμμικτον, in Ptolemæi indice (83) legitur : *Epitaphia heroum, quæ Pepli nomine censentur, libri VI*. Cum Anonymo manifesto facit, qui fusius Pepli mentionem injectis Socrates, in cuius Historia ecclesiastica III, 23 p. 165 ed. Paris. 1686, ita de hoc opere disseritur : Διὸ οὐκ αἰσχύνονται πολλοὺς ἀνθρώπους ἀποθεώσαντας καὶ εἶθε γε κἀν χρηστοὺς τὸν τρόπον ἢ δικαίους ἢ σώφρονας, ἀλλὰ ἀνάγους, ἀδίκους, μέθη ἐαδουλωμένους, Ἡρακλέας φημι καὶ Διονύσιους καὶ Ἀσκληπιούς, καθ' ὧν συναγωγῆς ἐν τοῖς αὐτοῦ λόγοις ὀμνύων Λιβάνιος οὐκ αἰσχύνεται· ὧν τοὺς ἀρσενικοὺς καὶ θηλυκοὺς ἔρωτας εἰ ἀπα-

ριθμησαίμην, μακρὸς ἡμῖν ἔσται ὁ τῆς παρεδύσεως λόγος. Ἀρκέσει δὲ τοῖς ταῦτα γυνῶναι ἐθέλουσιν ὁ Ἀριστοτέλους Πέπλος καὶ ὁ Διονυσίου Στέφανος καὶ Ῥηγίνου ὁ Πολυμνήμων καὶ τῶν ποιητῶν τὸ πλῆθος, οἱ περὶ αὐτῶν γράψαντες γέλωτα ὄντως καὶ φλέγαρον παρὰ πᾶσι τῆς Ἑλλήνων θεολογίας δευκνούουσιν. Socratem exscripsit iisdem pæne verbis Nicephorus Hist. Eccles. X, 36, t. I, p. 89 ed. Paris. 1630 (1), nisi fortasse uterque e tertio quodam scriptore cuius nomen ignoramus suas copias derivasse censendus est. De Dionysii Stephano, non diverso fortasse ab ejus *Cyclo* (cf. Welcker, *Der epische Cyclus*, p. 79 sq. et C. Müller, *Fragm. Histor. gr. t. II, p. 7*) et de Rhegini *Polygmne* (cf. ib. p. 12), quæ aliunde comperimus ostendunt argumentum libri Aristoteli adscripti apte indicatum esse in indice Anonymi. Ab his vero paulo diversa et cum indice Ptolemæi magis consentientia narrat Porphyrius apud Eustathium ad Hom. Iliad. β, 557, p. 285, 20 : Ἰστίον δὲ καὶ ὅτι Πορφύριος εἰς Ἀλαντα ἐπίγραμμα παλαιὸν φέρει τοδε... Ἱστοραὶ δὲ ὁ αὐτὸς Πορφύριος καὶ ὅτι Ἄριστοτέλης σύγγραμμα πραγματευσάμενος περὶ ἐκλήθη Πέπλος, γενεαλογίας ἡγεμόνων ἐξέθετο καὶ νεῶν ἐκάστων ἀριθμὸν καὶ ἐπιγράμματα εἰς αὐτοὺς, ἀ καὶ ἀναγράφεται ὁ Πορφύριος ἐν τοῖς εἰς τὸν Ὅμηρον ἀπλᾶ ὄντα καὶ οὐδὲν τι κατὰ καὶ φλεγμαῖνον ἔχοντα. Δίστιχα δὲ τὰ δια ἐκαίνα δίχα τοῦ θηθέντος εἰς τὸν Ἀλαντα· ἴσως γὰρ ὁ ἐπιγραμματοποιὸς ἐφιλοτεχνήσατο (ἐφιλοτιμήσατο nescio unde habet Stallbaum.) ἀπεναντίας Ἰδῶν τῷ ποιητῇ ἐπὶ μὲν τῷ λαμπρῷ Ἀλαντι πολυμνήσαι, τοὺς δὲ ἄλλους ἤττον σεμνύων. Quæ si vera ab Eustathio relata sunt, partem tantum argumenti totius operis descriptam esse a Porphyrio satis perspicuum est, quod et fragmento comprobatur a Scholiaste Aristidis servato. Cetera omnia, præter unum in scholiis homericis allatum, de quo dubitari potest, metrica sunt, ita ut falsa apud quosdam nata sit opinio, de Peplo quasi poetico quodam opere. De his epigrammatis mox videbimus, nunc ad aliam jam quæstionem accedamus cui idem Scholiastes ad Aristidem ansam præbet.

Quum enim, exposita Aristotelis de ordine ludorum sententia, ita pergat : Ταῦτην τὴν τάξιν

(1) Ὡν τοὺς ἔρωτας καὶ τὴν περιττὴν φιλαρίαν εἰ καιρὸς ἰδίῳ ἀπαριθμεῖσθαι, πλατὺς ἂν καὶ ἀσθετος ἀνεπράγη γέλωτος τοῖς σώφροσι· πλὴν ἀπαχρήσει τοῖς ἐθελουσίῳ ὡς τάχος ἰδεῖν ὅτι Ἄριστοτέλους Πέπλος, ὁ Διονυσίου Στέφανος καὶ ὁ Πολυμνήμων Ῥηγίνου καὶ ὁ τῶν ποιητῶν χορός, εἰ κτλ.

ὁ τοὺς Πέπλους συνθεὶς Ἀριστοτέλης (1) ἐξέθετο τῶν ἀρχαίων καὶ παλαιῶν ἀγῶνων, minime dubium relinquit, quin ab Aristotele philosopho alium quendam, Pepli auctorem, distinguere voluerit. Auget et confirmat hanc dubitationem pessimus quidem auctor, sed in cujus sterquilinio plura latent reconditoris doctrinæ vestigia. Ipsa verba de quibus agitur, Joannis Tzetæ in Prolegom. in Hesiod. Op. et D. p. 15 ed. Gaisford, ubi laudatur: Ἀριστοτέλης, ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δ' οἶμαι ὁ τοὺς Πέπλους συντάξας, ἐν τῇ Ὀρχομενίων Πολιτείᾳ, præclarum ejus qui scripsit ineptiæ documentum exhibent, quippe quæ, si ea e nudo sensu interpretari conamur, nihil aliud significant, quam Aristotelem philosophum ab illo qui Politias et Peplum composuerit, diversum fuisse. Quæ tam absurda est opinio tamque aliena a totius antiquitatis consensu, ut eam, licet Rosio arripserit (l. I. p. 565), ego ne Tzetæ quidem tribuere auderem. Quid vero, si homo sciolus atque doctrinæ undecunque arreptæ incontinens, inductus fortasse vel mentione Dionysii cyclographi, quam in præcedentibus fecerat (cf. Müller. Fragm. Hist. gr. t. II, p. 10 et Bergk, Poetæ lyr. gr. p. 648 n. ed. tertiaræ), vel quod de sepulchrali titulo agitur quem in Peplo quoque legerat, temperare non potuit, quin hanc suam satis inepto loco adderet conjecturam? In qua nihil veri inesse puto, præter illud tamen, quod Pepli auctorem a philosopho diversum esse obscura quadam fama audierat. Quod et alius ejus locus testatur. Ita enim in Comm. ad Lycophr. v. 448: Ὁ Ἀγκαῖος υἱὸς ὦν Ποσειδῶνος καὶ Ἀστυπαλαίας τῆς Φοίνικος ἐφύτευσεν ἄμπελον κατὰ Ἀριστοτέλην τὸν τοὺς Πέπλους συντάξαντα. Hæc in Samiorum Politia de Ancæi viticultura narrata fuisse cum alia demonstrant, tum præsertim Heraclidis Excerpta (cf. supra fragm. 567), ita ut, licet ejusdem rei in Peplo quoque mentio fieri potuerit, libenter crediderim, hic rursus Tzetzem intempestive doctrina abusum esse.

Præter illud vero quod hucusque notavimus, aliud quoque est de quo consentiunt Scholiasta Aristidis atque Tzetzes. Quum enim non de *Peplo*, sed, plurali numero, de *Peplis*, loquantur, totius operis plures libros fuisse indicare videntur, quorum singuli fortasse Peplum efficiebant. Quod deinde Aristoteles laudatur ὁ τοὺς Πέπλους συντάξας sive συνθεὶς, ostendit, nisi fal-

lor, de compilatore potius quodam agi, quam de scriptore qualis Aristoteles philosophus fuit.

Ad hæc vero per se jam satis gravia testimonia, aliæ præterea accedunt rationes, quibus adducor ut Peplum Stagiritæ abjudicandum esse censeam. Et quidem primum titulum in indice Diogenis deesse nullo modo negari potest. De hac re satis infeliciter Schneidewinum disputasse puto. Quæ enim voluit vir doctissimus (l. I. p. 10 sq.), duplicem operis fuisse titulum Πέπλος ἢ Ἄτακτα βιβλία εἶδ', ita ut, priore omisso, posterior tantummodo apud Diogenem Laertium (127) nominaretur, vix credibile efficiet quod apud Suidam legitur s. v. Εὐφορίων, Μοφοπία ἢ ἄτακτα, ἔχει γὰρ συμμιγείς ἱστορίας, cum Anonymi indice collatum: Πέπλον περιέχει δὲ ἱστορίαν σύμμικτον. Duplex mentio Pepli quæ apud Anonymum fit, nihil habet quod miremur, quum duplex sit ejus index: bis vero in eadem indicis parte eundem memoratum esse librum, non est cur credamus. De libris Ἀτάκτων apud Diogenem, quos male Διατάκτων εἶδ' nomine recenset Anonymus (fortasse Ἄδιατάκτων voluit, nisi priorem syllabam male e sequenti titulo Διακτικῶν ortam putes), quid statuendum sit satis difficile est dicere. Sive enim, quæ est Bergkii sententia (Poetæ lyr. gr. p. 647 sq.), hic titulus, ab illo qui volumina Aristotelea recensuit, additus est commentariis quos rudes et imperfectos reliquerat philosophus, quique varias observationes continentes post ejus mortem denique cum aliis similibus publici sunt juris facti, sive, quod ego verisimilius puto, quum a primo indicis conditore positum esset, ut totum genus librorum designaret, librorum deinde errore ad peculiare quoddam opus translatum est. Quod si Schneidewini sententiam, cui assensus est Müllerus Fragm. Hist. gr. t. II, p. 189, probaremus, mirum profecto haberi posset, auctorem libri cui titulus Ἄτακτα foret, bis a Tzetze τὸν συντάξαντα dictum fuisse.

Ceterum nemo est quin videat ipsam hanc Pepli inscriptionem quam longissime ab Aristotelis simplicitate abhorrere, quum contra optime conveniat cum posteriorum scriptorum in talibus ridicula sæpe elegantia atque festivitatis studio, quod, multis congestis exemplis, nec omisso hoc Pepli nomine, ab Aulo Gellio in Præfatione Noctium atticarum notatum est. Quod ad nominis originem attinet, de ea optime disseruit Jos. Scaliger, in Notis ad Catalecta Virgilii p. 48: *Quod peplum Minervæ ferretur in Panathenais, pleni sunt Græcorum commentarii... In eo pingebantur acu, sive interebantur Titanomachia et*

(1) Ita olim e conjectura scripsit Th. Bergk, pro εἰς πέπλους συνθεὶς, quam conjecturam confirmavit cod. Marcianus a Rosio inspectus.

Minervæ victoria in Titanas... Sed eo respexit, quia et strenuorum quoque ducum Athenis gesta in peplo intexta templo Minervæ imponebantur. Quare et Aristoteles librum suum, quem de heroum tumulis confecerat, Peplum vocavit. Errorem qui in his inest vitare non potuit vir omni laude major, quippe qui neque Anonymi indicem neque Scholiastem Aristidis noverat, quibus illud certo efficitur, argumentum Pepli non in celebrandis tantuminodo heroum tumulis circumscriptum fuisse, sed multo latius patuisse. De qua tamen re accuratius definiri nequit propter reliquiarum penuriam, quarum longe maxima pars ipsis istis epitaphiis constat de quibus jam videndum nobis erit.

mori, qui nomina propria per compendia scribere solebant. Cf. Montfaucon, *Palæographia gr.* p. 348 et Bast, *Comm. palæograph.* ad calcem Gregorii Corinthii ed. Schæfer p. 798. Exempla satis multa confusionis inde ortæ in promptu sunt. Ita in deterioribus quibusdam Harpocrati- onis et Suidæ libris s. v. Ζεῦξις, pro ἔρωτες scriptum est Ἀριστοτέλης. Cf. Cobet, *Variae lecti.* p. 145. Item Ἀριστοτέλης et Ἀριστοφάνης nonnum- quam inter se locum mutantur. Factum hoc esse apud Hesychium s. v. Γρίσων demonstrari ne- quit. Aperte vero in hunc modum peccatum est apud Schol. Aristoph. Vespar. 503, Schol. Luciani Timon. c. 30 p. 37 Jacobitz, et quidem du- plici errore, Schol. B II. v, 252, Etymol. M. p. 110, 50, Suidam s. v. Ἐμβεβλημένα, Schol. Theocrit. I, 132, Plutarch. Non posse viv. sec. Epicur. c. 13. Incertior res est in Etymol. Gu- dian. p. 82, 51. Quum enim, qui eadem habet Ammonius p. 24 : Ἀρρωστος καὶ ἀρρωστῶν δια- φέρι. Ἀρρωστος μὲν γὰρ ὁ νοσῶν· ἀρρωστῶν δὲ ἐστὶν ὁ ἀδυνατῶν ἐπιτελεῖν τὰ κατὰ τὰς ὀρέξεις, ὡς Ἀρι- στοφάνης φησὶν, Aristophanem pro Aristotele nominat, ab utroque differt Herennius Philo p. 158 : Ἀρρωστος ἀρρωστῶντος διαφέρει· ἀρρωστος μὲν γὰρ ἐστὶν ὁ ἀδυνατῶν ἐπιτελεῖν τι κατὰ τὰς ὀρέ- ξεις· ἀρρωστῆ δὲ ὁ νοσῶν· οὕτως Ἀριστοφῆ δοκεῖ, cf. Nauck. *Aristoph. Byzant. fragm.* p. 232. Ἀριστοτέλης pro Ἀριστοφάνης legitur Schol. II. β, 447, δ, 137 in Crameri *Anecd. Paris.*, t. III, p. 282, Etymol. M. p. 249, 42, apud Gramm. Hermannii p. 362. Eundem vero errorem apud Demetrium de Elocut. § 128 commissum esse, non erat cur locuerent editores. Cf. Blass, *die griech. Beredsamkeit in dem Zeitraum von Alexander bis auf Augustus.* Berl. 1865, p. 51. Pro Ἀρίσταρχος male legitur Ἀριστοτέλης in Schol. II. ψ, 122, item in Schol. Theocriti I, 34. Contra suo jure Ἀρίσταρχον et Θεόπομπον exu- lare jussit Prellerus ad *Polemonis Perieg. fragm.* Lips. 1838, p. 59, apud Clementem Alex. Stromat. I, p. 129, in eorum loco Ἀριστο- τέλης et Θεόφραστος positus, cf. supra fr. 106. Minus probo quod idem vir doctus l. l. sus- picatus est, Ἀριστοτέλης pro Ἀριστέιδης, an- tiquo jam errore, scriptum fuisse in Pausaniæ lexico, unde hæc corruptela propagata sit apud Suidam s. v. Δωδωναίων χαλκίων aliosque gram- maticos, etsi eandem nominum confusionem Proverb. cod. Coislian. 116 exhibeat. Pro Ἀρι- στομένης, quem laudat Schol. Apoll. Rh. I, 164, reponendum esse Ἀριστοτέλης, non absque probabilitatis specie quadam, suspicatus est C. Müllerus in *Fragm. hist. gr. t. IV*, p. 336. Nec

minus deinde fieri potuit, ut et Ἀρίστων et Ἀριστοκλῆς legendum sit, ubi nunc in codicibus Ἀριστοκλῆς scriptum est. Prioris confusionis nullum exemplum novi, præterquam quod in Cicerone de Officiis II, 16, supra notavimus cf. fr. 63; alterius exempla suppeditant Plutarchus Parall. min. c. 29, codd. nonnulli Schol. Pindari Olymp. VII, 66, Varronis de L. lat. X, p. 550 Spengel. : utraque tamen nimis abusum esse puto Rosium, qui in reponendo præsertim Aristoclis nomine ultra legitimas fines evagatus est. Quominus autem in talibus temere aliquid mutandum esse censeam, non una tantummodo impediatur causa. Quum enim, testimonio Procli (cf. infra fragm. 10) constet, præter Aristotelem philosophum, alium quendam et quidem Rhodium exstitisse (1), ad hunc fortasse referenda sunt quæcunque res mythologicas spectant fragmenta, e Τελεταῖς, Θεολογοῦμένοις, Θεογονίᾳ, quæ omnia fortasse unius ejusdemque operis partes fuerint, allata. In re tamen dubia nihil decernere præstat.

Fragmentis dubiis et incertis accensenda præterea sunt nonnulla, quæ sive apud lexicographos sive apud scholiastas reperiuntur vocabula, quorum usus apud Aristotelen notatur. Ad hoc genus sequentia pertinent :

1.

Lex. Seguer. in Bekk. Anecd. gr. p. 367, 24 : Ἀκολασία Θουκυδίδης ἐφη (III, 37), ἀκολαστικά δὲ Ἄλεξις, ἀκολαστότατα δὲ Ἀριστοτέλης καὶ ἀκολαστότερον Νικόλαος.

2.

Phrynich. Epit. p. 311 Lob. : Πρώτως : Ἀριστοτέλης καὶ Χρύσιππος λέγει· ἴσθι δὲ διεφθαρμένον πᾶν τοῦνομα· οὐδὲ γὰρ δευτέρως καὶ τρίτως φαμέν. Λέγει οὖν πρῶτον.

Cf. Plat. Respubl. VIII, p. 544, C, Timæus p. 56, B, 58, B, 86, A et quæ diximus in libro *Die verlorenen Schriften des Aristoteles*, p. 300.

(1) Aristotelis Rhodii nomen latet fortasse apud Erotianum, in cujus Glossar. Hippocrat. p. 32, 10 ed. Klein, Lips. 1865, codd. BC exhibent lectionem Ἀριστοκλῆς καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Ῥόδιος. Ceteri variant inter Ἀριστοκλῆς, Ἀριστέας, Ἀριστόβουλος. Franzius Ἀριστογείτων conjecit.

5.

Sive quod ex aqua omnia sunt genita et aqua omnium est mater, poetæ vero Stygem matrem deorum appellant, ut Aristoteles quoque testatur.

3.

Schol. Platon. Euthyd. p. 368 Bekk. : Οὕτως (σκληρὸς) λέγεται καὶ παρὰ Ἀριστοτέλει ὁ ἰσχνὸς καὶ λεπτός τὸ σῶμα. Cf. Hesych. s. v.

Usus vocabuli apud Theopompum comicum notatur a Polluce On. II, 10.

4.

In Suidæ glossa : Ἄδοξότατα τὰ παράδοξα· τὰ ἀδύνατα παρὰ Ἀριστοτέλει, sine dubio corrigendum est ἄδοξα coll. Lex. Seguer. p. 344, 27. Spectat fortasse ad librum de Sophist. Elench. c. 12. Similiter quæ ex Aristotele habet Eustathius ad II. p. 625, 36, de verbo ἐπιβάλλεσθαι, referri possunt ad Politica I, 9.

5.

In Apecd. græc. Boisson. t. IV, p. 469, Ἀμινιανού, τίνος ἔνακον οἱ θεοὶ τὴν Στύγα ὀμνύουσαν, hæc leguntur : Ἡ ὅτι τὰ πάντα ἐξ ὕδατων ἐγένετο καὶ τὸ ὕδωρ μήτηρ πάντων, οἱ ποιηταὶ δὲ τὴν Στύγα μητέρα τῶν θεῶν καλοῦσιν, ὡς καὶ ὁ Ἀριστοτέλης. Locum ubi hæc dixerit Aristoteles neque Boissonadus neque Osannus, *Neue Jahrb. für Philol. u. Pædag.* t. X, p. 362, indicare potuerunt, neque exstat tale quid a philosopho traditum. Male hæc sine dubio e Metaphysic. I, 3, 5 detorta videntur, ubi Aristoteles : Ὠκεανὸν τε γὰρ καὶ Τηθὺν ἐποίησαν τῆς γενέσεως πατέρας, καὶ τὸν ἔρκον τῶν θεῶν ὕδωρ, τὴν καλουμένην Ἰπ' αὐτῶν Στύγα τῶν ποιητῶν.

I. ΤΕΛΕΤΑΙ.

1.

Schol. in Apollon. Rhod. IV, 973 : Ὀρειχάλκω : φασὶν ὀρειχάλκον εἶδος χαλκοῦ ἀπὸ Ὀρείου τινὸς γενομένου εὐρετοῦ ὀνομασμένον. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Τελεταῖς φησὶ μὴδὲ ὑπάρχειν τὸ ὄνομα μὴδὲ τὸ τοῦτου εἶδος. Τὸν γὰρ ὀρειχάλκον ἔνιοι ὑπολαμβάνουσι λέγεσθαι μὲν, μὴ εἶναι δέ. Τῶν δὲ εἰκῆ διαδεδομένων καὶ τοῦτο... οὕτως ἦν ἐν τῇ κωμικῇ λέξει τῆ συμμίκτης.

Cf. Hesych. s. v. In verbis Scholiastæ Salmasius de Homonymis Hyles iatrices, p. 228, b, A, scribendum esse censet φησὶ μὲν ὑπάρχειν τὸ ὄνομα, μὴ εἶναι δὲ τὸ τοῦτου εἶδος, quod melius ad sen-

INITIATIONES.

1.

Orichalcum æris quoddam genus esse dicunt ab Oreo quodam inventore. Aristoteles vero in Initiationibus nomen quidem exstare, non vero ipsum metallum. Orichalcum enim nonnulli conjiciunt appellari quidem, sed non esse.

primum editum est a C. Gesnero cum Antonii Melissa, Tiguri 1546, deinde a Combefisio in S. Maximi Oper. Paris 1675, t. II, p. 528-689 (cf. de hoc Gnomologio quæ disputavit Ritschl in *Opusculorum* t. I, p. 731 sq. et 835 sqq.), nonnullas e locupletioribus codicibus, Laurentianis XI, 14 et VII, 15, protraxit Rosius. Utræque infra adscriptimus, additis præterea quæcunque ejusdem generis e Joannis Stobæi Florilegio, Antonii Melissa aliisque afferri possunt, iis vero omissis quæ jam supra ad certos quosdam dialogos philosophos relata sunt.

1.

Maximus Conf. c. α', p. 533 Combef. : Θεοῦ μὲν ἔστι πράττειν ἃ βούλεται, ἀνθρώπου δὲ τὰ δέοντα προθυμῆσθαι. Anton. Melissa c. ζ', p. 10 ed. Gesn. τὸ πράττειν. Cf. Arsen. Violet. p. 122 Walz.

2.

Maximus c. δ' (codd. Laur.) : Ἀνδριώτερος εἶναί μοι δοκεῖ ὁ τῶν ἐπιθυμιῶν ἢ τῶν πολεμίων κρατῶν· καὶ γὰρ χαλεπώτατον τὸ ἑαυτὸν νικῆσαι.

Hæc aperte de Alexandro dicta videntur, ita ut jure fortasse ad epistolam retulerit Rosius. Similis sententia Democriti exstat in Stobæi Floril. VII, 26, quam quum post hanc nostram sine nomine posuerit Antonius c. ια', p. 13, Aristoteli tribuere videtur, non minus quam sequentem.

3.

Maximus c. ζ', p. 549 Combef. : Χρήματα ποιῆσθαι μᾶλλον τῶν φίλων ἔνεκα προσήκει, ἢ τοὺς φίλους τῶν χρημάτων.

4.

Id. ib. (cod. La τῶν αὐτοῦ cod. Lb sine lemmate) : Ἐπιτήδειος πρὸς φίλον ὁ πλεῖστα ἀδικεῖσθαι δυνάμενος. Aristoteli tribuunt Antonius c. χδ',

p. 28 : Τίς ἐπιτήδειος πρὸς φίλιαν; ὁ π. α. δ., et Arsenius Viol. p. 121.

5.

Maximus c. θ', p. 559 : Ὁ πολλοῖς φοβερόν (ita cum editis malo legere quam φανερόν, quod e codd. protulit Rosius) ὦν πολλοὺς φοβεῖται. Eadem in Antonii Mel. II, c. α', p. 78.

6.

Id. ib. (τοῦ αὐτοῦ cod. La, sine lemmate cod. Lb et edd.) : Δεῖ τοὺς νοῦν ἔχοντας τῶν δυναστευόντων μὴ διὰ τὰς ἀρχὰς ἀλλὰ διὰ τὰς ἀρετὰς θαυμάζεσθαι, ἵνα τῆς τύχης μεταπεσοῦσης τῶν αὐτῶν ἐγχευμένων ἀξιώσονται. Aristoteli tribuunt Joann. Stob. Floril. XLV, 18, Arsen. Viol. p. 357. Cf. supra p. 329.

7.

Maxim. c. ιβ', p. 569 : Ἡ πενία πολλῶν ἐστὶν ἐνδεής, ἢ δὲ ἀπληστία πάντων. Ant. Mel. c. λγ', p. 41. Quæ nullo adscripto nomine in edd. Maximi sequuntur :

Μηδέποτε μακαρίσεις ἀνθρώπων ἐπὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ· πάντα γὰρ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν ἐλάττονι πίστει δέδεται.

Οὐχ ὁ πλουτῶν, ἀλλ' ὁ μὴ χρῆζων πλούτου μακάριος.

Μέγιστόν ἐστι πλούτου, τὸ γινώσκειν ὅτι περιττός ἐστιν.

Ἄν μὴ πολλῶν ἐπιθυμῆς, τὰ ὀλίγα πολλὰ δοξεί· μικρὰ γὰρ ὄρεξις πενίαν ἰσοσθενῆ πλούτου ποιήσει.

Ὅ κατὰ φύσιν πλούτος ἄρτων καὶ ὕδατι καὶ τῇ τυχούσῃ τοῦ σώματος σκέπη συμπληρῶται· ὁ δὲ περιττός κατὰ ψυχὴν ἀπέραντον ἔχει καὶ τῆς ἐπιθυμίας βάσανον.

Ὅ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν τις γένηται πλούσιος, ἐὰν τῶν ἐπιθυμιῶν ἔσται πένης, φησὶν.

Ὅσα μὲν ἐπὶ τῇ φύσει, πάντας ἐσμέν πλούσιοι, ὅσα δὲ ἐφ' ἑμῶν, πάντας ἐσμέν πένητες.

SENTENTIÆ.

1.

Dei est quæ velit agere, hominis autem quæ opus sunt providere.

2.

Fortior esse mihi videtur qui cupidines quam qui hostes vicit : etenim difficillimum est seipsum vincere.

3.

Acquirendæ potius facultates amicorum causa, quam amici earum gratia.

4.

Idoneus est amicitia qui plurimas injurias ferre potest.

5.

Qui multis ipse formidabilis est, multos formidat.

6.

Decet sapientes magistratus, non propter magistratum sed propter virtutem in admiratione esse : ut fortuna mutata liisdem laudibus celebrentur.

7.

Paupertas multis eget, insatiabilis cupido omnibus.

Ἐο τῶν κατὰ φύσιν ἀρκούμενος πλούτῳ, τοῦ πολλὰ κερτημένου, πλείονα δὲ ἐπιθυμοῦντος, πολὺ ἔστι πλουσιώτερος· τῶ μὲν γὰρ οὐδὲν ἔλλειπει, τῶ δὲ καὶ ὄν κέρτεται πολλῶ πλείονα.

Ἡ τέκνους ἄγαν χρημάτων συναγωγῆ, πρόφασίς ἔστι φιλαργυρίας (ita ed. Gesn. et Joann. Stob. Floril. X, 65, qui Democrito tribuit, φιλαργυρίας. Combef.), τρέπον ἴδιον ἔλγχουσα.

Hæc omnia Democrito tribuuntur, teste Rosio, in codd. Laurentianis, a quibus non dissentit Antonius, qui l. l. quarto loco positam sententiam Democrito adscripsit.

8.

Maxim. c. ιδ', p. 577 : Τὸν εὐχόμενον δεῖ φρόνιμον εἶναι, μὴ λάθῃ τι κακὸν εὐξάμενος ἑαυτοῦ. In Antonii Melissa I, c. μς', p. 53, ubi Aristoteli tribuitur hæc sententia, non Isocrati, ut ex errore Rosius indicavit, κατ' αὐτοῦ. Vera lectio exstat in Georgidis Gnomologio edito in Boisson. Anecd. t. I, p. 117.

9.

Maxim. c. ις', p. 581 : Μὴ διαττον ἡγοῦ τοῦ ἐπαινεῖσθαι τὸ νοουθετεῖσθαι.

10.

Maxim. c. ιζ', p. 586 : Ταῖς μὲν πόλεις τὰ τεῖχη, ταῖς δὲ ψυχαῖς ὁ ἐκ παιδείας νοῦς κόσμος καὶ ἀσφάλειαν παρέχει. Democrito hæc tribuuntur in Antonii Melissa I, c. ν', p. 56, ubi male παρέχεται. Quæ sequuntur apud Maximum cum lemmate τοῦ αὐτοῦ in ed. Combefisii, similiter sub Democrito nomine leguntur in Antonii Melissa.

11.

Maxim. c. κ', p. 596 : Ὁ μὴ εἰδὸς σιωπᾶν οὐκ οἶδε διαλέγεσθαι.

8.

Qui preces offert, prudens existat necesse est, ne imprudens sibi ipse malum aliquod oret.

9.

Ne minus existimes corripī quam laudari.

10.

Urbibus quidem mœnia, animis autem mens ex disciplina exulta decus et munimentum præstat.

11.

Qui tacere nescit, is nec loqui novit.

12.

Homini improbi, sicut taciti canis, non tam vox cavenda quam silentium.

13.

Oportet filium magis servum esse patris quam famulum; ille enim natura servus est patris, hic vero lege.

12.

Maxim. c. κ', p. 597 : Φαύλου ἀνδρὸς καθάπερ κυνὸς σιγηροῦ δεῖ τὴν σιγὴν (μᾶλλον deesse videtur) ἢ τὴν φωνὴν εὐλαβεῖσθαι. Pro σιγηροῦ malim στυγεροῦ. In ed. Gesneri, p. 186 Isocrati tribuitur; in ed. Combefisii adscriptum est margini Ἄλ. Ἄριστ. Absque lemmate post dictum Aristotelis legitur in Antonii Melissa I, c. ογ', p. 73.

13.

Maxim. c. κγ', p. 604 : Χρὴ τὸν υἱὸν δοῦλον εἶναι τοῦ πατρὸς (μᾶλλον suppl.) ἢ τὸν οἰκέτην· ὁ μὲν γὰρ φύσει τοῦ πατρὸς δούλος ἔστιν, ὁ δὲ νόμῳ. Eadem Anton. Mel. II, c. ια', p. 92.

14.

Maxim. c. κς', p. 610 : Οὐ πόρρω τοῦ ἀναμαρτήτου καθίστησιν ἑαυτὸν ὁ τὸ ἀμαρτηθὲν ἐπιεικῶς ὁμολογήσας. Eadem Anton. Mel. I, c. ις', p. 20, quæ cur falso nomine Aristotelis inscripta dixerit Rosius, equidem non intelligo.

15.

Maxim. c. λς', p. 626 : Ἐκ τοῦ βίου κράτιστόν ἐστιν ὑπεξελθεῖν ὡς ἐκ συμποσίου μήτε διψῶντα, μήτε μεθύοντα. Idem Apostol. Prov. VI, 96^a, Anton. Mel. I, c. νη', p. 64, Arsen. Prov. p. 391.

16.

Maxim. ib.: Ὁ ἐν νόσῳ διαθήκας γράφων, παραπλήσια πάσχει, τοῖς χειμῶνι θαλαττῶν εὐτρεπίζων ἀρχομένοις τὰ τῆς νηὸς ὄπλα. Cf. Anton. Mel. I, c. νη', p. 64. Arsen. Viol. p. 121.

17.

Maxim. c. μ', p. 633 et Ant. Mel. II, c. οα', p. 135 : Τὸ μὴ αἰσχύνεσθαι κακὸν ὄντα κακίας ὑπερβολή.

14.

Haud procul ab innocentia consistit, qui ingenue peccatum fassus est.

15.

Optimum est e vita tanquam e convivio excedere neque sitientem neque temulentum.

16.

Qui jam æger testamentum conscribit, haud absimilis illi est, qui orta jam tempestate, navis arma apparare incipit.

17.

Pudore non affici, quum sis malus, summa est perversitas.

In cod. I.a, teste Rosio, cum lemmate τοῦ αὐτοῦ sequuntur hæc : Γλώσση θρασεῖα μὴ χρῆσθαι· πολ-
λάκις γὰρ τὸ θράσος, καὶ αὐτὴν διώλεσε τὴν κεφαλὴν,
quæ in cod. I.b Isocrati tribuuntur, in ed. Com-
belsii Socrati.

18.

Maxim. c. va', p. 653 : Ὡσπερ φασὶν ἐν ἱατρικῇ,
τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωματίων ὀπόσω ἀνθρώποις, μᾶλλον
βλάβει, ἕλην ὑποθαλῶν τῇ κακοχυμῆα, οὕτω καὶ ψυ-
χὴν μοχθηροῖς δόγμασι προκατελημμένην, ὀπόσω ἀν-
θρώποις, μᾶλλον βλάβει, μειζονας ἀρχὰς αὐτῇ τῆς
ψευδοδοξίας παρέχων.

Hæc, licet bis in Antonii Melissa I, c. α', p. 3
et c. μδ' p. 52 ad Aristotelem referantur, tamen
potius, sicuti Rosius autumat, christiano cui-
dam scriptori tribuenda sunt.

19.

Maxim. c. νδ', p. 658 : Φθόνος, φησὶν, ἀντα-
γωνιστὴς ἐστὶ τῶν εὐτυχεύοντων. Cf. Anton. Melissa
I, c. ξγ', p. 66, Arsen. Viol. p. 122.

20.

Joann. Stob. Floril. XCIV, 16 : Κραίττω πρὸς
εὐδαιμονίαν ἐλάττω κεκτησθαι ἢ πολλὰ μετὰ φθόνου·
καὶ γὰρ καλλίων καὶ ἡδίων οὗτος ὁ βίος.

21.

Joann. Stob. Floril. XCIII, 60 : Τί γάρ ἐστιν
ἀνθρώπος; Ἀσθενείας ὑπόδειγμα, καιροῦ λάφυρον, τύ-
χης παίγιον, μεταπτώσεως εἰκὼν, φθόνου καὶ συμ-
φορᾶς πλάστιγξ, τὸ δὲ λοιπὸν φλέγμα καὶ χολή. Cf.
Secundi Sententiæ, apud Mullach. Fragm. Philo-
soph. gr. t. I, p. 513.

18.

Quemadmodum in medicina fieri aiunt, ut corpora non
pura quo magis nutrieris, eo magis lædas, qui nimirum
corruptis humoribus materiam ac fomentum subjicias :
sic et qui pravis opinionibus præoccupatus sit, quo plus
docueris, eo magis lædes, majores subinde male falseque
sentientiæ occasiones præbens.

19.

Invidiam dicebat illorum adversariam esse qui rebus
secundis utuntur.

20.

Melius est ad felicitatem pauciora possidere, quam
multa cum invidia. Nam ista vita laudabilior et suavior
est.

21.

Quidnam est homo? Imbecillitatis exemplum, tempo-
ris spoliium, fortunæ cursus, inconstantis imago, invidiæ
et calamitatis trutina : reliquum vero pituita et bilis.

22.

Appendix Florent. ad Joann. Stob. V, 11 :
Ὡσπερ ὁ οἶνος κινεῖται τοῖς τῶν πινόντων τρόποις,
οὕτω καὶ ἡ φιλία τοῖς τῶν χρωμένων ἕθει. Demo-
stheni tribuitur in Antonii Mel. I, c. κδ', p. 28,
ubi legitur statim post sententiam Aristoteli
adscriptam.

23.

Anton. Melissa I, c. α', p. 3 : Ἀρχὴ ἀρίστη
πάντων μὲν ὁ θεός, ἀρετῶν δὲ εὐσέβεια.

24.

Anton. Mel. I, c. νθ', p. 55 : Πάντες, ὡς ἔπος
εἶπεν, τοὺς μὲν ὑπερητοῦντας αὐτῶν ταῖς ἐπιθυμίαις
ἀποδέχονται καὶ νομίζουσιν οὐ μόνον εὐνοῦς ἀλλὰ καὶ
μόνους ἀνδρας ὡς ἀληθῶς εἶναι, τοῖς δὲ σωφρονίζειν
ἐπιχειροῦσιν ἀπῶς ἔχουσιν.

25.

Georgid. Gnomol. in Boisson. Anecd. t. I,
p. 53 : Λέγειν μὲν δεῖ ὡς οἱ πολλοί, νοεῖν δὲ ὡς οἱ
σοφοί.

26.

Georgid. Gnomol. in Boisson. Anecd. t. I,
p. 91 : Τὸ εὐρεῖν ἀνδρα πιστὸν ἔργον ἐστὶ· φαῦλων
δὲ πλῆθος ἀναρίθμητον. Quæ Aristoteli male apud
eundem tribuitur sententia p. 9, non illius est
sed Demosthenis in Or. de Corona, § 25.

27.

Rutil. Lupus de Figuris Sentent. I, c. 6 : Item
ARISTOTELES dicitur dixisse : Ejus esse vitam bea-

22.

Ita ut vinum temperatur convivarum moribus, ita et
amicitia ingenis eorum qui ea utuntur.

23.

Principium omnium optimum deus, virtutum vero
pietas.

24.

Omnes fere, quicumque nostris libidinibus indulgent,
iis obtemperamus et eos non solum benevolos sed et so-
los veros esse viros putamus; male autem habemus qui
nos ad sanam mentem revocare student.

25.

Loqui oportet ut plerique, cogitare vero ut sapientes.

26.

Virum fidum lavare opus est : malorum vero inno-
merabilis est multitudo.

tissimam cujus et fortunæ sapientia et sapientiæ fortuna suppeditet.

IV. ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ

1.

Diogen. Laert. V, 17 : Ἀναφέρεται δ' εἰς αὐτὸν (τὸν Ἀριστοτέλη) καὶ ἀποφθέγματα κάλλιστα ταυτί· Ἐρωτηθεὶς τί περιγίνεται κέρδος τοῖς ψευδομένοις· ὅταν, ἔφη, λέγωσιν ἀληθῆ, μὴ πιστεύεσθαι. Similiter Hieronymus in Ep. ad Julium Diconum : *Antiquus sermo est, mendaces faciunt, ut ne vera dicentibus credatur.*

2.

Diog. L. V, 17 : Ὀνειδιζόμενός ποτε ὅτι πονηρῶ ἀνθρώπῳ ἐλεημοσύνην ἔδωκεν, οὐ τὸν τρόπον, εἶπεν, ἀλλὰ τὸν ἀνθρώπον ἠλέησα. Id. 21 : Πρὸς τὸν αἰτιασάμενον ὡς εἴη μὴ ἀγαθῶ ἔρανον δεδωκώς (φέρειται γὰρ καὶ οὕτως), οὐ τῷ ἀνθρώπῳ, φησὶν, ἔδωκα, ἀλλὰ τῷ ἀνθρωπίνῳ, quæ eadem fere habent Joann. Stob. Floril. XXXVII, 32 et Cod. Vatic. 151 apud Walz. ad Arsenii Violetum p. 120, n.

3.

Diog. L. V, 17 : Συνεχῆς εἰσθεὶ λέγειν πρὸς τε τοὺς φίλους καὶ τοὺς φοιτῶντας αὐτῷ, ἔνθα ἂν καὶ ὅπου διατρίβων ἔτυγεν, ὡς ἡ μὲν θρασις ἀπὸ τοῦ περιέχοντος [ἄερος] λαμβάνει τὸ φῶς, ἡ δὲ ψυχὴ ἀπὸ τῶν μαθημάτων.

4.

Diog. L. V, 17 : Πολλάκις δὲ καὶ ἀποτενιόμενος τοὺς Ἀθηναίους ἔρασκεν εὐρηκίαια πυροῦς καὶ νόμους· ἀλλὰ πυροῖς μὲν χρῆσθαι, νόμοις δὲ μή.

ΑΠΟΡΗΘΕΓΜΑΤΑ.

1.

Interrogatus quidnam mendaces lucrarentur, ut quum vera, inquit, dixerint, illis non credatur.

2.

Quum ipsi probro daretur quod flagitioso homini misericorditer dedisset opem, non, inquit, mores miseratus sum sed hominem.

3.

Amicis ac discipulis ista consueverat dicere ubicunque moraretur : Aspectus quidem a circumfuso aere lumen accipit, animus autem a disciplinis liberalibus.

4.

Sæpenumero quum in Athenienses invehetur, aiebat, illos frumenta et leges invenisse, verum frumentis quidem uti, non autem legibus.

5.

Diog. L. V, 18 : Τῆς παιδείας ἔφη τὰς μὲν ῥίζας εἶναι πικράς, γλυκεῖς δὲ τοὺς καρπούς. Idem dictum apud Hermogen. Progymn. c. 3, t. I, p. 22, Walz., Isocrati tribuitur cum v. l. Σωκράτης; apud Arsenium Viol. p. 120 Aristotelī, et ib. p. 190 Demostheni. Cf. Diomed. in Arte gramm. I, p. 310, 1 ed. Keil. : *Chriarum exercitatio in casus sic variatur... Marcus Porcius Cato dixit litterarum radices amaras esse, fructus jocundiores; genetivo casu, etc.*

6.

Diog. L. V, 18 : Ἐρωτηθεὶς τί γηράσκει ταχύ, χάρις, ἔφη. Cf. Arsen. Viol. p. 120.

7.

Diog. L. V, 18 : Ἐρωτηθεὶς τί ἐστιν ἐλπὶς, ἐρηγορότος, εἶπεν, ἐνύπνιον. Platoni hoc dictum tribuit Ælianus Var. Hist. XIII, 29.

8.

Diog. L. V, 18 : Διογένης ἰσχάδα διδόντος αὐτῷ νοήσας ὅτι, εἰ μὴ λάβοι, χρεῖαν εἴη μεμελετηκώς, λαβῶν ἔφη Διογένην μετὰ τῆς χρείας καὶ τὴν ἰσχάδα ἀπολωλεκίαι· πάλιν τε διδόντος λαβῶν καὶ μεταωρίσας ὡς τὰ παιδία εἰπὼν τε· μέγας Διογένης, ἀπέδωκεν αὐτῷ.

9.

Diog. LV, 18 : Τριῶν ἔφη δαῖν παιδεία, φύσις, μαθήσεως, ἀσχέσεως. Eadem Arsen. Viol. p. 120. Cf. supra fr. 91^c.

5.

Institutionis amaras radices, fructus vero dulces esse dicebat.

6.

Rogatus quidnam cito consenesceret, gratia, inquit.

7.

Rogatus quid sit spes : Vigilantis, ait, somnium.

8.

Diogene caricam porrigente, cogitans quod, nisi acciperet, acutam sententiam esset meditatus, sumens, Diogenes ait caricam simul cum sententia perdidisse. Rursus ab eo porrectam accipiens atque puerili more in sublime elevans quum dixisset, magnus Diogenes, eam illi reddidit.

9.

Tria dicebat ad eruditionem esse necessaria, ingenium, exercitationem, disciplinam.

10.

Diog. L. V, 18 : Ἀκούσας ὑπό τινας λοιδορεῖσθαι, ἐπόντα με καὶ μαστιγοῦτω.

11.

Diog. L. V, 18 : Τὸ κάλλος παντὸς ἔλεγεν ἐπιτολίου συστατικώτερον. Ὁ δὲ τοῦτο μὲν Διογένην φασὶν ὄρισσασθαι, αὐτὸν δὲ θεοῦ δῶρον εἶπεν εὐμορφίαν. Priorem definitionem Aristoteli tribuunt Joann. Stobæus Floril. LXV, 11 et Arsen. Viol. p. 122.

12.

Diog. L. V, 19 : Πρὸς τὸν καυχώμενον ὡς ἀπὸ μεγάλης πόλεως εἶη, οὐ τοῦτο, ἔφη, δεῖ σκοπεῖν, ἀλλ' εἰ τις μεγάλης πατρίδος ἀξίος ἔστιν.

13.

Diog. L. V, 20 : Ἐρωτηθεὶς τί ἐστι φίλος, ἔφη, μία ψυχὴ δύο σώμασιν ἐνοικοῦσα. Cf. Arsen. Viol. p. 121.

14.

Diog. L. V, 20 : Τῶν ἀνθρώπων ἔλεγε τοὺς μὲν οὕτω φεῖδασθαι ὡς αἰεὶ ζησομένους, τοὺς δὲ οὕτω ἀναλίσκειν ὡς αὐτίκα τεθηρομένους.

15.

Diog. L. V, 20 : Πρὸς τὸν πυθόμενον διὰ τί τοῖς καλοῖς πολὺν χρόνον ὁμιλοῦμεν, τυρλοῦ, ἔφη, τὸ ἐρώτημα. Paulo aliter Joann. Stob. Floril. LXV, 4 :

10.

Audierat aliquando se a quodam maledictis proscindi ; tum ille, absentem me, inquit, etiam verberet.

11.

Dicebat pulchritudinem plus quam epistolas omnes valere ad commendationem. Plerique Diogenem ita stultissime asserunt, ipsum autem dei munus dixisse pulchritudinem.

12.

Glorianti cuidam quod magnæ esset urbis civis, non hoc, inquit, considerandum est, sed si quis illustri patria sit dignus.

13.

Rogatus quid sit amicus, una, inquit, anima in duobus corporibus habitans.

14.

Homines alios dicebat ita esse parcos ac si semper victuri essent ; alios tam prodigos, ac si continuo morituri.

15.

Querenti eum diu cum iis qui forma præstant una esse eupiamus, cæci est, inquit, talia querere.

Ἀριστοτέλης ἐρωτηθεὶς διὰ τί τῶν καλῶν ὁ ἔρως, τυρλοῦ, εἶπεν, ἡ ἐρώτησις. Cf. Arsen. Violar. p. 122.

16.

Diog. L. V, 20 : Ἐρωτηθεὶς τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ τῆς φιλοσοφίας, ἔφη, τὸ ἀνεπιτάκτως ποιεῖν ἅ τινες διὰ τὸν ἀπὸ τῶν νόμων φόβον ποιῶσιν. Idem Hieroni tribuitur apud Maxim. Confess. c. ιζ', p. 586.

17.

Diog. L. V, 20 : Πρὸς τὸν εἰπόντα ἀδολέσχην, ἐπειδὴ αὐτοῦ πολλὰ κατήνηλασε, μὴ τί σοι καταφλάρῃσα, μὰ Δι', εἶπεν, οὐ γὰρ σοι προσεῖχον. Cf. Plutarch. de Garrul. c. 3 : Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐνοχλούμενος ὑπὸ ἀδολέσχου καὶ κοπτόμενος ἀτόποις τισὶ διηγήμασι πολλάκις αὐτοῦ λέγοντος· οὐ θαυμαστόν, Ἀριστοτέλης ; Οὐ τοῦτο, φησί, θαυμαστόν· ἀλλ' εἰ τις πόδας ἔχων σὲ ὑπομένει. Ἐτέρω δὲ τινι τοιούτῳ μετὰ πολλοῦς λόγους εἰπόντι, κατηδολέσχῃκά σου, φιλόσοφε, μὰ Δι', εἶπεν, οὐ γὰρ προσεῖχον.

18.

Diog. L. V, 21 : Ἐρωτηθεὶς πῶς ἂν τοῖς φίλοις προσπεροίμεθα, ἔφη, ὡς ἂν εὐζαίμεθα αὐτοὺς ἡμῖν προσφέρεσθαι.

19.

Diog. L. V, 21 : Τὴν δικαιοσύνην ἔφη ἀρετὴν ψυχῆς διανεμητικὴν τοῦ κατ' ἀξίαν. Cf. Cicero de

16.

Rogatus quid e philosophia lucratus fuisset, hoc, inquit, ut injussus ea faciam quæ plerique per legum metum faciunt.

17.

Garrulo, postquam multas ineptias effutierat, interroganti, numquid te obtudi ? Nil quidquam, inquit ; namque animum non advertebam.

Aristoteles a garrulo quodam vexatus et absurdis quibusdam narrationibus exagitatus subinde dicenti, nonne hoc mirum est Aristoteles ? respondit : Non profecto hoc est mirum, sed si quis pedibus præditus te sustinet.

18.

Rogatus erga amicos quales esse debeamus, quales, inquit, eos erga nos esse optamus.

19.

Justitiam dicebat virtutem animi unicuique secundum dignitatem distribuentem.

Invent. II, c. 53 : *Justitia est habitus animi, communi utilitate conservata, suam cuique tribuens dignitatem.*

20.

Diog. L. V, 21 : Φησι δὲ Φαβωρίνος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Απομνημονευμάτων ὡς ἐκάστοτε λέγοι, ᾧ φίλοι, οὐδεὶς φίλος ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἐβδόμῳ τῶν Ἠθικῶν ἔστι. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται.

21.

Joann. Stob. Floril. XLI, 8 : Ἀριστοτέλης ἐρωτῆθεις τί δυσκολώτατον ἐν τῷ βίῳ εἶπε, τὸ σιωπᾶν ἢ μὴ δεῖ λαλεῖν. Idem apud Maxim. Confess. c. x', p. 597.

22.

Joann. Stob. Fl. XIV, 87 : Ἀριστοτέλης τοὺς τὰ ἐναργῆ πράγματα πειρωμένους δεικνύναι ὅμοιον ἔφη ποιεῖν τοῖς διὰ λόγου τὸν ἥλιον φιλοτιμουμένοις δεικνύναι. Cf. Maxim. Conf. c. κα', p. 600, Arsen. Viol. p. 122.

23.

Joann. Stob. Flor. III, 53 : Ἀριστοτέλης εἶπεν, ἐπειδὴ μὴ γίνεται τὰ πράγματα ὡς βουλόμεθα, δεῖ βούλεσθαι ὡς γίνεται.

24.

Append. Flor. ad. Joann. Stob. Floril. XVI, 44 : Ἀριστοτέλους ὄψος ἐρωτηθεὶς τί τῶν ζῶων κάλλιστον, ἔφη, ἀνθρώπος τὴν ψυχὴν παιδείᾳ κεκοσμη-

20.

Refert Favorinus in secundo Commentariorum illum crebro dicere solitum, cui amici, amicus nemo. Id etiam legitur in libro septimo Ethlicorum.

21.

Aristoteles interrogatus quid in vita difficillimum esset, tacere, inquit, quæ loqui non decet.

22.

Aristoteles dicebat, illos qui res manifestas demonstrare conantur, perinde facere, ac si solem adhibita lucerna ostendere vellent.

23.

Aristoteles dixit : quoniam eventus quidem rerum nostræ voluntati se haudquaquam accommodant, nos certe voluntatem eventibus accommodare oportet.

24.

Aristoteles interrogatus quodnam animal pulcherrimum esset, homo, inquit, cujus animus humanitate ornatus est.

25.

Idem quum ei exprobaretur aliquis quod barbære lo-

quos. Hoc et sequens dictum in Antonii Melissa I, c. v', p. 56 ed. Gesn. Socrati tribuitur.

25.

App. Flor. ad Joann. Stob. Flor. XVI, 45 : Ὁ αὐτὸς ὀνειδιζόμενος ὑπὸ τίνος ὅτι βαρβαρίζει, ἔφη, ἐγὼ μὲν τῷ λόγῳ, ὑμεῖς δὲ τῷ τρόπῳ.

26.

Anonym. Proleg. in Porphyrii Philos. p. 8, A, 45, Brandis, cf. Cramer Anecd. Paris. t. IV, p. 411, 14 : Φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν ἀποφθέγματι ὅτι ὅσοι ταῖς ἄλλαις τέχναις καὶ ἐπιστήμαις σχολάζοντες τῆς φιλοσοφίας ἀμελοῦσιν, εὐίκασι τοῖς μνηστῆρσι τῆς Πηνελόπης, οἵτινες αὐτῇ συγγενέσθαι μὴ δυνάμενοι ἡγάπων καὶ ταῖς θεραπεύειν αὐτῆς συγγενέσθαι. In Joannis Stob. Flor. IV, 110, Aristoni tribuitur ; Aristippo vero in Arsenii Viol. p. 116.

27.

Maxim. Confess. c. ζ', p. 549 ed. Combefis. : Ὁὗτος ὀνειδιζόμενος ὅτι πονηροῖς συνδιατρίβει, ἐκείνος ἔφη, ἄριστος ἰατρός ἔστιν, ὅς τοὺς ὑπὸ πάντων ἀπεγνωσμένους ἀναλαμβάνει.

28.

Maxim. Conf. c. ζ', p. 549 : Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν, ὅτι τὸ πᾶσιν ἀρεῖσαι δυσχερέστατόν ἐστιν.

29.

Maxim. Conf. c. x', p. 597 : Ἐρωτηθεὶς διὰ ποίαν αἰτίαν τοὺς ἄλλους διδάσκων λέγειν, αὐτὸς σιω-

queretur, ego, dixit, verbis utor barbaris, vos autem moribus.

26.

Dicebat Aristoteles in apophthegmate illos, qui operam darent ceteris doctrinis et disciplinis, neglecto philosophiæ studio, similes esse procis Penelopes, quibus, quum ipsa potiri non possent, satis erat et cum ejus ancillis rem habere.

27.

Quum probro verteretur Aristoteli, quod cum improbis versaretur, ille, inquit, optimus medicus est, qui a reliquis depositos suscipit.

28.

Idem dicebat, placere omnibus rem maxime arduam esse.

29.

Interrogatus quid causæ esset cur qui loqui alios doceret, ipse taceret, respondit, sane etiam eos ipsa non accat, enses tamen et gl'ios acutos reddit.

παρ, ἔφη, καὶ γὰρ ἡ ἀκρόνη αὐτὴ μὲν οὐ τέμνεται, τὰ δὲ ἕξφη δέξια ποιῶ. Cf. Anton. Mel. I, c. ογ', p. 73.

30.

Maxim. Conf. c. λδ', p. 624 : Ἀριστοτέλης θεασάμενος νεανίσκον κατωφρωμένον μηδὲν δ' ἐπιστάμενον, νεανίσκα, ἔφη, οἷος μὲν δοκεῖς αὐτὸς εἶναι, ἐγὼ γενοίμην· οἷος δὲ τῇ ἀληθείᾳ ὑπάρχεις, τοιοῦτοί μου οἱ ἐγερτοὶ γίνονται. Verba μηδὲν δ' ἐπιστάμενον quæ desunt in ed. Maximi Conf. addenda sunt ex Antonii Melissa II, c. οδ', p. 141, Arsenii Viol. p. 122, Gnomol. in Boisson. Anecd. t. III, p. 467.

31.

Maxim. Conf. c. λδ', p. 624 : Ὁ αὐτὸς κατανόησας μενίσκιον ἐπὶ πολυτελείᾳ τῆς χλαμύδος σεμνυόμενον, οὐ παύσει, ἔφη, μενίσκιον, ἐπὶ προδάτου σεμνυόμενος ἀρετῇ; Eadem Anton. Mel. II, c. οδ', p. 141, ubi pro ἀρετῇ, δορᾷ, et Arsen. Viol. p. 122

32.

Anton. Mel. I, c. ιζ', p. 22 Gesn.: Ἀριστοτέλης ἔφη, ἐν παντὶ τῷ βίῳ τρεῖς μεταμελείας (εἶναι) μίαν μὲν ἐπὶ τῷ γυναικί πιστεύσαι λόγον ἀπόρητον· ἑτέραν δὲ πλεῦσας ἔπου δυνατόν περᾶσαι· τὴν δὲ τρίτην, δεῖ μίαν ἡμέραν ἀδιάθετος εἶμινεν. Eadem Arsen. Viol. p. 121, ommissis tamen verbis ἔπου δυνατόν περᾶσαι. Dictum Catoni tribuitur apud Plutarchum V. Catonis, c. 9.

33.

Anton. Mel. I, c. ξ', p. 65 : Ἀριστοτέλης θεασά-

30.

Aristoteles conspecto adolescentulo fastu nimio superbiēte nihil vero sciente, adolescens, inquit, utinam qualis tibi videris ipsa existam, qualis vero reipsa existis, inimici mei existant.

31.

Idem conspecto juvene pretiosa sibi veste placente eaque gloriantē, non desines, inquit, juvenis, de ovis tibi virtute placere?

32.

Aristoteles dixit in tota vita tria se admisisse quorum eum pœniteret, primum quod mulieri arcanum commisisset, alterum quod navigasset quum iter pedibus perficere potuisset, tertium quod una die nihil seriæ rei egisset.

33.

Aristoteles, conspecto adolescentulo pulcherrime exornato, nonne te pudet, inquit, quum natura te virum fecerit, te ipsum in mulierem commutare?

μενος μενίσκιον ὠραϊζόμενον, ἔφη, οὐκ αἰσχύνη, δεῖ, τῆς φύσεως ἄνδρα σε ποιήσασθαι, ἑαυτὸν τεθῆλυκας; Idem e cod. Monac. 8 et e codd. Paris 1983 et 2977 in calce Arsenii ed. Walz, p. 503.

34.

Anton. Mel. I, c. ξ', p. 65 : Ὁ αὐτὸς νέου τινὸς εὐειδοῦς μὲν τὴν ὄψιν, ἀσελοῦς δὲ τὸν τρόπον, λαιδορουμένου αὐτὸν καὶ λέγοντος, εἰ ἐπίσης αὐτῷ ἐμισαίτο ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἀπήγξατο ἄν, ἔφη, ἐγὼ δὲ ἀπηγξάμην ἄν, εἰ ἐπίσης σοι τῶν πολιτῶν ἐφιλοῦμην.

35.

Anton. Mel. I, c. ογ', p. 73 : Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τινος, τίς κατασχεῖν δύναται λόγον ἀπόρητον, ἔφη, δεῖ τις καὶ διάπτρον ἀνθρακα· τῇ γλώσσῃ κατασχεῖν δύνησεται.

36.

Anton. Mel. II, c. σα', p. 135 : Ἀριστοτέλης βλασφημούμενος ὑπ' ἀνθρώπου ἀσελοῦς, ἔφη, σὺ μὲν ἀκούεις τὰ κακὰ ῥαδίως, καὶ λέγεις εὐχερῶς, ἔμοι δὲ καὶ λέγειν ἀήθεις καὶ ἀκούειν ἀηδέας. Eadem Arsen. Viol. p. 121, ubi bis vitiose ἀήθεις.

37.

Arsen. Violet. p. 119 : Ἀριστοτέλης τὴν φιλίαν ὠρῖζετο ἰδιότητα εὐνοίας ἀντίστροφον. Ταύτης δὲ τὴν μὲν συγγενικὴν, τὴν δὲ ἐρωτικὴν, τὴν δὲ ξενικὴν. Εἶναι δὲ καὶ τὸν ἐρωτα μὴ μόνον συνουσίας ἀλλὰ καὶ φιλοσοφίας.

34.

Idem quum juvenis quidam optima quidem forma praeditus sed pravus moribus insultaret ipsi atque diceret, si æque perosus essem meis civibus me suspenderem, ego vero, inquit, si æque ac tu ab illis amarer.

35.

Idem interrogatus a quodam quis arcanum sermonem continere posset, dixit, qui carbonem quoque ignitum lingua continere potest.

36.

Quum ab impudente quodam conviciis lacesseretur Aristoteles, tu, inquit, et convicia facile audis, et libenter dicis, mihi vero et dicere insuetum et audire inæcquum.

37.

Aristoteles definiebat amicitiam affectum proprium cui benevolentia respondeat. Ejus species distinguebat ex consanguinitate, ex amore, ex hospitalitate provenientes.

38.

Arsen. Viol. p. 120 : 'Ο αὐτὸς ἐρωτηθεὶς δια τί μέγας ὢν, μικρὰν ἐγγημὴν γυναῖκα, εἶπε, τοῦ κακοῦ ἐκλογὴν ποιησάμενος τὸ ἐλάχιστον ἡμετιστάμεν. Idem Gnomol. in Boisson. Anecd. t. III, p. 467.

39.

Arsen. Viol. p. 120 : 'Ο αὐτὸς ἐρωτηθεὶς εἰ ὁ ἔρωσ ἐνακα συνουσίας γίγνεται, οὐτ' ἔφη διὰ τοῦτο οὐτ' ἀνευ τούτου. Apud. Joann. Stob. Floril. LXIII, 32 : Ἀριστοτέλης ὁ Κυρηναῖος φιλόσοφος ἐρωτηθεὶς κτλ. Procul dubio Ἀριστιππος legendum est.

40.

Cod. Vatic. 151 apud Walz. in notis ad Arsenii Viol. p. 120, N. 3 : Ἀριστοτέλης ἐρωτώμενος, τί ἄνθρωπος ἐχει δμοιον τῷ θεῷ, τὸ εὐεργετεῖν ἔφη. Apud ipsum Arsenium Viol. p. 189 Demostheni tribuitur. De Pythagora refert hoc dictum Ælian. Var. Hist. XII, 59, quo, non nominato ejus auctore, utitur Dionysius sive Longinus de Sublim. c. 1.

41.

Γνώμαι κατ' ἐκλογὴν ἐκ τῶν Δημοκρίτου, Ἐπιχοῦρου καὶ ἑτέρων φιλοσόφων, ποιητῶν καὶ ῥητόρων e cod. Monac. 8 fol. 39, et e codd. Pariss. 1982, 2977, ad calcem Arsenii ed. Walz. p. 503 : Ἀριστοτέλης ἐρωτηθεὶς ποῦ κατοικοῦσιν αἱ Μοῦσαι, ἔφη, ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν φιλοπόνων.

42.

Ibid. : 'Ο αὐτὸς ἐρωτηθεὶς τί ἴστιν ἰσχυρότατον, ἔφη, ἄνθρωπος ἀνασθητός.

43.

Pseudo-Varronis Sententiæ 144 : *Præclare cum illo agitur qui non mentiens dicit, quod ab Aristotele responsum est sciscitanti Alexandro, quo docente profiteretur se scientem : Rebus, inquit, ipsis quæ non norunt mentiri.*

Præterea non solum esse amorem coitus sed et philosophiæ.

38.

Idem rogatus cur, quum ipse magna statura esset, parvam mulierem sibi junxisset, quia inquit, mali delectu habito, minimum prætuli.

39.

Aristoteles interrogatus an amor coitus gratia fieret, neque ejus gratia, dixit, neque sine eo.

44.

Gunzo apud Martenn. Amplissima Collectio, p. 306 : *Sedens in conclavi monasterii cornutum se putat, secundum proverbium Aristotelis, quo ait : Limax in suo conclavi cornupeta sibi videtur,*

Seque putat cursu timidis contendere damis.

Eadem, omisso tamen versu, in Gerberti Epistola 14. Hoc et quæ sequuntur apophthegmata indicata sunt a v. cl. Thurot, *Revue critique*, Paris 1866, t. II, p. 200.

45.

Cod. Paris. sec. X, 2772 (*fonds du roi*), cuius initium fol. 103 : *Incipiunt sententiæ philosophorum : Aristoteles dixit adversus inimicos inter parietes nostras victoria quærenda est. Cf. supra Sentent. 2.*

46.

Ib. : *Idem dixit injuriam injuste irrogatam ejus infamiam esse, qui facit.*

47.

Ib. : *Idem viri boni est nescire pati vel facere injuriam.*

48.

Ib. : *Idem dixit solum (esse) incommodum paupertatis, quod non posset egentibus subvenire.*

XII. FRAGMENTA DUBIA.

Restat, ut ea percenseamus fragmenta de quibus jure dubitari potest an ad deperditos Aristotelis libros referenda sint. Varium est hoc genus. Ita enim nonnunquam quasi ipsius philosophi verba laudantur, quæ licet ex ejus sententia dicta sint, non ab ipso tamen profecta videntur. Ad hoc genus referenda est definitio quæ apud grammaticos legitur Ammon. de Diff. voc. p. 30, Thom. Mag. s. v. Βιῶν, Etymol.

40

Aristoteles interrogatus quid simile esset homini cum deo, respondit, benefacere.

41.

Aristoteles interrogatus, ubinam habitarent Musæ, in animis eorum, inquit, qui studia amant.

42.

Idem interrogatus quidnam validissimum esset respondit, hominem sensus expertem.

Gudian. p. 109, 22 : Ἀριστοτέλης τὸν βίον ὤρισατο οὕτως· βίος ἐστὶ λογικῆ ζωῆ. Item quod de sapiente ex antiquo quodam ad Aristotelis Ethica commentario excerpit Suidas. s. v. Μετριοπαθεῖν, Ἀριστοτέλης λέγει τὸν σοφὸν μετριοπαθῆ μὲν εἶναι, ἀπαθῆ δὲ μὴ εἶναι. Neque magis affirmare aude- rem, certum quendam Stagiritæ librum respici, in locis qualis est sive Varronis, de Re rust. II, 5, 13 : *Mas an femina sit concepta, significat taurus, quum iniiit : siquidem, si mas est, in dexteriore parte abit : si foemina in sinist- riorum.* Cur hoc fiat, vos videritis, inquit mihi, qui Aristotelem legitis, sive Censorini, de Die nat. IV, 3 : *Aristoteles quoque Stagiritæ et Theophrastus multique præterea non ignobiles Peripatetici idem (sc. semper humanum genus fuisse) scripserunt. Ejus quæri exemplo dicunt quod negant omnino posse reperiri, avesne ante an ova generata sint, quum et ovum sine ave et avis sine ovo gigni non possit : itaque et omnium, quæ in sempiterno isto mundo semper fuerunt futuraque sunt, aiunt principium fuisse nullum, sed orbem esse quendam generantium nascentiumque, in quo uniuscujusque geniti initium simul et finis esse videatur,* de quo loco acutissime ut solet disputat Bernays, *Theophrastus' Schrift über Frömmigkeit*, Berlin, 1866, p. 49. sq.

Factum est deinde, ut sæpius satis incaute Aristotelis nomen poneretur, quum ejus sectatores potius nominandi erant. Qui error communis est Plutarcho et Clementi Alexandrino, quorum alter de Iside et Osir. c. 77 : Διὸ καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης ἐποπτικὸν τοῦτο τὸ μέρος τῆς φιλοσοφίας καλοῦσιν, cf. V. Alex. c. 7, alter vero Stromat I, 28 p. 153 Sylb. Ἀριστοτέλης δὲ εἶδος τοῦτο μετὰ τὰ φυσικὰ καλεῖ.

Aliud est genus errorum a memoriæ lapsu ortorum. Hoc se decipi passus est Seneca, qui, quum ita, de Vitæ brevitate c. 1, locutus est : *Inde Aristoteli cum rerum natura exigenti minime conveniens sapienti viro lis est : illam animalibus tantum indulsisse, ut quina aut dena secula educerent, homini in tam multa ac magna genito, tanto citiorem terminum stare,* aperte Theophrastum nominare debebat, de quo notissima sunt verba in Ciceronis Disput. Tuscul. III, 28. Simili plane causa factum est, ut apud Gregorium Corinthium in Præfat. de Dialectis p. 5 Schæfer, Plato pro Aristotele laudaretur, et rursus apud eundem in Comment. in Hermogen. Rhet. gr. t. VII, p. 1154 Walz, Theophrastus pro Aristotele. Cf. Spengel in Aristot. Rhet., Lips. 1867, t. II, p. 276.

Alia deinde erroris causa debetur librorum

mori, qui nomina propria per compendia scribere solebant. Cf. Montfaucon, *Palæographia gr.* p. 348 et Bast, *Comm. palæograph.* ad calcem Gregorii Corinthii ed. Schæfer p. 798. Exempla satis multa confusionis inde ortæ in promptu sunt. Ita in deterioribus quibusdam Harpocratonis et Suidæ libris s. v. Ζῶεις, pro ἄριστος scriptum est Ἀριστοτέλης. Cf. Cobet, *Variae lectt.* p. 145. Item Ἀριστοτέλης et Ἀριστοφάνης nonnumquam inter se locum mutarunt. Factum hoc esse apud Hesychium s. v. Γρίσων demonstrari nequit. Aperte vero in hunc modum peccatum est apud Schol. Aristoph. Vespas. 503, Schol. Luciani Timon. c. 30 p. 37 Jacobitz, et quidem duplici errore, Schol. B II. v, 252, Etymol. M. p. 110, 50, Suidam s. v. Ἐμβεβλημένα, Schol. Theocrit. I, 132, Plutarch. Non posse viv. sec. Epicur. c. 13. Incertior res est in Etymol. Gudian. p. 82, 51. Quum enim, qui eadem habet Ammonius p. 24 : Ἄρρωστος καὶ ἄρρωστων διαφέρει. Ἄρρωστος μὲν γὰρ ὁ νοσῶν ἄρρωστων δὲ ἔστιν ὁ ἀδυνατῶν ἐπιτελεῖν τὰ κατὰ τὰς ὀρέξεις, ὡς Ἀριστοφάνης φησὶν, Aristophanem pro Aristotele nominat, ab utroque differt Herennius Philo p. 158 : Ἄρρωστος ἄρρωστοῦντος διαφέρει· ἄρρωστος μὲν γὰρ ἔστιν ὁ ἀδυνατῶν ἐπιτελεῖν τι κατὰ τὰς ὀρέξεις· ἄρρωστέϊ δὲ ὁ νοσῶν· οὕτως Ἀριστογεί δευαί, cf. Nauck. *Aristoph. Byzant. fragm.* p. 232. Ἀριστοτέλης pro Ἀριστοφάνης legitur Schol. II. β, 447, δ, 137 in Crameri *Anecd. Paris.*, t. III, p. 282, Etymol. M. p. 249, 42, apud Gramm. Hermannii p. 362. Eundem vero errorem apud Demetrium de Elocut. § 128 commissum esse, non erat cur conjicerent editores. Cf. Blass, *die griech. Beredsamkeit in dem Zeitraum von Alexander bis auf Augustus*. Berl. 1865, p. 51. Pro Ἀρίσταρχος male legitur Ἀριστοτέλης in Schol. II. ψ, 122, item in Schol. Theocriti I, 34. Contra suo jure Ἀρίσταρχον et Θεόπομπον exulare jussit Prellerus ad *Polemonis Perieg. fragm.* Lips. 1838, p. 59, apud Clementem Alex. Stromat. I, p. 129, in eorum loco Ἀριστοτέλης et Θεόφραστος positus, cf. supra fr. 106. Minus probo quod idem vir doctus l. l. suspicatus est, Ἀριστοτέλης pro Ἀριστιδέης, antiquo jam errore, scriptum fuisse in Pausaniæ lexico, unde hæc corruptela propagata sit apud Suidam s. v. Δωδωναῖον χαλκεῖον aliosque grammaticos, etsi eandem nominum confusionem Proverb. cod. Coislian. 116 exhibeat. Pro Ἀριστομένης, quem laudat Schol. Apoll. Rh. I, 164, reponendum esse Ἀριστοτέλης, non absque probabilitatis specie quadam, suspicatus est C. Müllerus in *Fragm. hist. gr. t. IV*, p. 336. Nec

minus deinde fieri potuit, ut et Ἀρίστων et Ἀριστοκλῆς legendum sit, ubi nunc in codicibus Ἀριστοτέλης scriptum est. Prioris confusionis nullum exemplum novi, præterquam quod in Cicerone de Officiis II, 16, supra notavimus cf. fr. 63; alterius exempla suppeditant Plutarchus Parall. min. c. 29, codd. nonnulli Schol. Pindari Olymp. VII, 66, Varronis de L. lat. X, p. 550 Spengel. : utraque tamen nimis abusum esse puto Rosium, qui in reponendo præsertim Aristoclis nomine ultra legitimos fines evagatus est. Quominus autem in talibus temere aliquid mutandum esse censeam, non una tantummodo impediatur causa. Quum enim, testimonio Procli (cf. infra fragm. 10) constet, præter Aristotelem philosophum, alium quendam et quidem Rhodium existisse (1), ad hunc fortasse referenda sunt quæcunque res mythologicas spectant fragmenta, e Τελεταῖς, Θεολογουμένοις, Θεογονίᾳ, quæ omnia fortasse unius ejusdemque operis partes fuerint, allata. In re tamen dubia nihil decernere præstat.

Fragmentis dubiis et incertis accensenda præterea sunt nonnulla, quæ sive apud lexicographos sive apud scholiastas reperiuntur vocabula, quorum usus apud Aristotelem notatur. Ad hoc genus sequentia pertinent :

1.

Lex. Seguer. in Bekk. Anecd. gr. p. 367, 24 : Ἀκολασία Θουκυδίδης ἔφη (III, 37), ἀκολαστία δὲ Ἄλεξις, ἀκολαστότατα δὲ Ἀριστοτέλης καὶ ἀκολαστότερον Νικόλαος.

2.

Phrynich. Epit. p. 311 Lob. : Πρώτως : Ἀριστοτέλης καὶ Χρυσίππος λέγει· ἴσθι δὲ διαφθαρμένον πᾶν τοῦνομα· οὐδὲ γὰρ δευτέρως καὶ τρίτως φαμέν. Λέγει οὖν πρῶτον.

Cf. Plat. Respubl. VIII, p. 544, C, Timæus p. 56, B, 58, B, 86, A et quæ diximus in libro *Die verlorenen Schriften des Aristoteles*, p. 300.

(1) Aristotelis Rhodii nomen latet fortasse apud Erotianum, in ejus Glossar. Hippocrat. p. 32, 10 ed. Klein, Lips. 1865, codd. BC exhibent lectionem Ἀριστοκλῆς καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Ῥόδιος. Ceteri variant inter Ἀριστοπίας, Ἀριστίεας, Ἀριστόβουλος. Franzius Ἀριστογαίτων conjecit.

5.

Sive quod ex aqua omnia sunt genita et aqua omnium est mater, poetæ vero Stygem matrem deorum appellant, ut Aristoteles quoque testatur.

3.

Schol. Platon. Euthyd. p. 368 Bekk. : Οὕτως (σκληρῶς) λέγεται καὶ παρὰ Ἀριστοτέλει ὁ ἰσχνὸς καὶ λεπτὸς τὸ σῶμα. Cf. Hesych. s. v.

Usus vocabuli apud Theopompum comicum notatur a Polluce On. II, 10.

4.

In Suidæ glossa : Ἄδοξότατα τὰ παράδοξα τὰ ἀδύνατα παρὰ Ἀριστοτέλει, sine dubio corrigendum est ἄδοξα coll. Lex. Seguer. p. 344, 27. Spectat fortasse ad librum de Sophist. Elench. c. 12. Similiter quæ ex Aristotele habet Eustathius ad II. p. 625, 36, de verbo ἐπιβάλλεσθαι, referri possunt ad Politica I, 9.

5.

In Apecd. græc. Boisson. t. IV, p. 469, Ἀμινιανῶ, τίνας ἔνακιν οἱ θεοὶ τὴν Στύγα ὀμνύουσι, hæc leguntur : Ἡ δτι τὰ πάντα ἐξ ὕδατων ἐγένετο καὶ τὸ ὕδωρ μήτηρ πάντων, οἱ ποιηταὶ δὲ τὴν Στύγα μητέρα τῶν θεῶν καλοῦσιν, ὡς καὶ ὁ Ἀριστοτέλης. Locum ubi hæc dixerit Aristoteles neque Boissonadus neque Osannus, *Neue Jahrb. für Philol. u. Pædag.* t. X, p. 362, indicare potuerunt, neque exstat tale quid a philosopho traditum. Male hæc sine dubio e Metaphysic. I, 3, 5 detorta videntur, ubi Aristoteles : Ὀκεανὸν τε γὰρ καὶ Τηθὴν ἐποίησαν τῆς γενέσεως πατέρας, καὶ τὸν ἕρκον τῶν θεῶν ὕδωρ, τὴν καλουμένην ἵπ' αὐτῶν Στύγα τῶν ποιητῶν.

I. TEAETAI.

1.

Schol. in Apollon. Rhod. IV, 973 : Ὀρειχάλκοιο : φασὶν ὀρείχθαλον εἶδος χαλκοῦ ἀπὸ Ὀρείου τινὸς γενομένου εὐρετοῦ ὀνομασμένον. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Τελεταῖς φησὶ μηδὲ ὑπάρχειν τὸ ὄνομα μηδὲ τὸ τοῦτου εἶδος. Τὸν γὰρ ὀρείχθαλον ἐνιοὶ ὑπολαμβάνουσι λέγεσθαι μὲν, μὴ εἶναι δέ. Τῶν δὲ εἰκῆ διαδεδομένων καὶ τοῦτο ... οὕτως ἦν ἐν τῇ κοινῇ λέξει τῇ συμμίκτη.

Cf. Hesych. s. v. In verbis Scholiastæ Salmasius *de Homonymis Hyles iatrices*, p. 228, b, A, scribendum esse censet φησὶ μὲν ὑπάρχειν τὸ ὄνομα, μὴ εἶναι δὲ τὸ τοῦτου εἶδος, quod melius ad sen-

INITIATIONES.

1.

Orichalcum æris quoddam genus esse dicunt ab Oreo quodam inventore. Aristoteles vero in Initiationibus nomen quidem exstare, non vero ipsum metallum. Orichalcum enim nonnulli conjiciunt appellari quidem, sed non esse.

tentiam quam ad verba esse dixit Editor Thesauri H. Steph. s. v. Ὀρείχαλκος. Ex orichalco facta signa memorat Pseudo-Aristot. Mirab. Auscult. c. 59. Cf. etiam Pollux On. VII, 100 : Τὸ γὰρ τοῦ ὀρείχαλκου μέταλλον οὐδέπω καὶ νῦν εἰς πίστιν ἤκει βεβαίαν.

2 (?).

Photius et Suidas s. v. Λύσιοι τελεταί, ὡς Διονύσου. Βοιωτοὶ γὰρ ἀλόντες ὑπὸ Θρακῶν καὶ φηγόντες ἐς Τροφώνιου, κατ' ὄναρ ἐκείνου Διόνυσον ἔισθαι βοηθὸν φήσαντος, μεθύουσιν ἐπιθέμενοι τοῖς Θραξίν Ἰλυσαν ἀλλήλους, καὶ Διονύσου ἱερὸν ἰδρῶσαντο, ὡς Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός. Ὡς Ἀριστοφάνης δὲ διὰ τὸ λυτρώσασθαι Θηβαίους παρὰ Ναξίων ἀμπελον. Cf. Apostol. XII, 35. Arsen. p. 340.

De nomine dubitat Nauckius in *Aristoph. Byzant. fragm.* p. 240, Ἀριστοφάνης scribendum esse conjiciens. Ἀριστοτέλης posses, cogitando sive de Thebanorum Politia, sive de Aristotelis opere Τελεταί inscripto.

II. ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

3.

Schol. in Euripid. Rhesum 28 : ... διττὰς δὲ τὰς Εὐρώπας ἀναγράφουσιν ἔνιοι, μίαν μὲν Ὀκεανίδα, ἀφ' ἧς (cod. οὐ) καὶ τὸ ἐν μέρος τῆς οἰκουμένης κληθῆναι, καθάπερ Ἀπίων ἐν τοῖς περὶ Ἑπωπέων καὶ Ἀριστοτέλης ἐν πρώτῳ τῆς Θεογονίας, ἑτέραν δὲ Φοίνικος.

II. ΘΕΟΛΟΓΟΥΜΕΝΑ.

4.

Macrobius Saturn. I, 18 : *Hæc quæ de Apolline diximus possunt etiam de Libero dicta existimari. Nam Aristoteles qui Theologumena scripsit Apollinem et Liberum patrem unum eundemque deum esse quum multis aliis argumentis asserat, etiam apud Ligyreos ait in Thracia esse adytum*

2.

Bœoti a Thracibus victi quam in Trophonii antrum fugissent, deusque per somnium illi dixisset Bacchum opem laturum esse, Thracæ ebrios aggressi se invicem solverunt, et Bacchi Lysii templum condiderunt, ut scribit Heraclides Ponticus. Ut vero Aristoteles (?) quod Thebani vitem ab Naxiis redemissent.

THEOGONIA.

3.

Nonnulli duas Europas recensent, unam Oceanidem,

Libero consecratum ex quo redduntur oracula, sed in hoc adyto vaticinaturi plurimo mero sumpto, uti apud Clarium aqua pota, effantur oracula. Apud Lacedæmonios etiam in sacris quæ Apollini celebrant, Hyacinthia vocantes, hedera coronantur, Bacchico ritu. Item Bœotii Parnasum montem Apollini sacratum esse memorantes simul tamen in eodem et oraculum Delphicum et speluncas Baubicæ uni deo consecratas colunt. Unde et Apollini et Libero patri in eodem monte res divina celebratur, quod quum et Varro et Granius Flaccus affirmant, etiam Euripides his docet...

Cf. Arnobius adv. Nat. III, 33 : *Quid quum Liberum, Apollinem, solem unum esse contenditis.* Porphyr. ap. Servium ad Virg. Eclog. V, 66, et de oraculo Bacchi in Thracia Pausan. IX, 30, 5.

5.

Arnobius adv. Nation. III, 31 : *Aristoteles, ut Granius memorat, vir ingenio præpotens atque in doctrina præcipuus, Minervam esse Lunam probabilibus argumentis explicat et litterata auctoritate defendit.*

Cf. Arnob. l. I. III, 34. Porphyr. apud Macrobian. Sat. I, 17 et apud Euseb. Præp. Evang. III, 11 p. 113, B.

6.

Clemens Alex. Protrept. c. 2, 28 p. 8 Sylb. : *Ναὶ μὴν Ἀπόλλωνα ὁ μὲν Ἀριστοτέλης πρῶτον Ἡραίστου καὶ Ἀθηναῶν ἐνταῦθα δὴ οὐκέτι παρθένος ἢ Ἀθηναῶν· δεύτερον ἐν Κρήτῃ τὸν Κορύβαντος, τρίτον τὸν Διὸς καὶ τέταρτον τὸν Ἀρκάδα τὸν Σεληνοῦ· Νόμιος οὗτος κέκληται παρ' Ἀρκάσιον. Ἐπὶ τούτοις τὸν Λίβυν καταλέγει τὸν Ἀμμωνός. Ὁ δὲ Δίδυμος ἔγραμματοῦς τούτους ἔκτον ἐπιφέρει τὸν Μάγνητος.*

Eadem Cicero de Nat. deor. III, 23 : *Apollinum antiquissimus is, quem paulo ante ex Vulcanano natum esse dixi, custodem Athenarum : alter Corybantis filius, natus in Creta, cujus de illa*

cujus nomen orbis terrarum parti inditum est, ut Apollon in libris de Cognominibus et Aristoteles in primo de Theogonia.

THEOLOGUMENA.

6.

Primum Apollinem Aristoteles Neptuni et Minervæ filium dicit, alterum Cretensem Corybantis, tertium Jovis, quartum Arcadem Sileni filium; hic Nomius apud Arcades vocatur. Præterea affert Apollinem Libyn Ammonis filium.

insula cum Jove ipso certamen fuisse traditur : tertius Jove tertio natus et Latona, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse : quartus in Arcadia quem Arxades Nomionem (Νόμιον scil.) appellat, quod et ab eo se leges accepisse ferunt.

